



**Vera et solida refutatio conviciorum et calumniarum, quas Jesuitæ duobus maledicentissimis libellis, tàm Latina quàm Germanica lingua Anno &c. 86. Ingolstadij editis, per orbem Christianum sparserunt. : Quorum alter titulum habet, Judicium Roberti Bellarmini Politiani, Societatis Jesu Theologi, de Libro, quem Lutherani vocant, Concordiæ. Alter vero per illius teutonicum interpretem & Paraphrasten, Petrum Hansonum evulgatus, inscribitur, Patefactio ingentis stultici[a]e, horribilium errorum, & palpabilium mendaciorum, Libri Concordiæ Lutheranorum.**

<https://hdl.handle.net/1874/427112>

*VERA ET SOLIDA*  
*REFUTATIO*

**C O N V I C I O R V M**  
ET CALVMNIARVM, QVAS IE-  
SVITAE DVOBVS MALEDICENTISSIMIS LI-  
bellis, tam Latina quam Germanica lingua, An-  
no, &c. 86. Ingolstadij editis, per orbem  
Christianum sparserunt.

QVORVM ALTER titulum habet: Iudicium Roberti Bel-  
larmini Politiani, Societatis Iesu Theologi, de Libro,  
quem Lutherani vocant, Concordia.

ALTER VERO per illius teutonicum interpretem & Parephra-  
sten, Petrum Hansonium euulgatus, inscribitur: Patefactio in-  
gentis stulticie, horribilium errorum, & palpabilium  
mendaciorum, Libri Concordiae Lutheranorum.

*AD V N I V E R S O S S A L V T I S*  
*aterna amantes commonefaciendos,*

A  
THEOLOGIS VVIRTEMBERGI-  
CIS CONSCRIPTA.

Psalms. 54.

Vix sanguinum & dolos, non dimidiabunt dies suos.



T U B I N G A E,  
Apud Georgium Gruppenbachium,  
M. D. LXXXVII.

# CONVIVIUM

IN CAVOURIA

1834.

EDIZIONE DELLA SOCIETÀ

PER LA PROPAGAZIONE DELLA

SCUOLA PIA DI PIEMONTE.

CON UNA DEDICA DI GIOVANNI

PIRELLI AL VESCOVO MONS.

MONSIGNOR' ANTONIO

PIRELLI.

CON UNA DEDICA DI GIOVANNI

PIRELLI AL VESCOVO MONS.

MONSIGNOR' ANTONIO

PIRELLI.

CON UNA DEDICA DI GIOVANNI

PIRELLI AL VESCOVO MONS.

MONSIGNOR' ANTONIO

PIRELLI.

CON UNA DEDICA DI GIOVANNI

PIRELLI AL VESCOVO MONS.

MONSIGNOR' ANTONIO

PIRELLI.

# ILLVSTRISSIMIS

ELECTORIBVS ET PRINCIPI-

BVS, ILLVSTRBVS AC GENEROSIS CO-

mitibus & Baronibus, cæterisq; S. Romani Imperij Ordini-

bus amplissimis, Nobilitate, sapientia, fortitudine & digni-

tate præstantissimis, Augustanam Confessionem profitenti-

bus, Dominis nostris clementissimis, diuinam gratiam,

pium zelum, & in agnita editaç; sincerae fidei

confessione perpetuam con-

stantiam,

## LLVSTRISSIMI ELECTORES

atq; Principes, Illustres ac Generosi Comites

& Barones, cæteriq; Rom. Imperij Ordines

amplissimi, dignissimiq; quam firma fide,

quamq; pio ac laudabili Zelo, coram inuitif-

simo Imperatore Carolo V. Illusterrima cele-

stitudinis, Generosa Dominationis, ac amplitudinis vestra lau-

datissimi Maiores, in magnis illis Augusta celebratis Comitys.

Anno &c. 30. fidei sua Confessionem (qua inde Augustana di-

cet a est) de cunctis controuersis Religionis Christianæ Articulis,

contra Papatum, cæterasq; damnatas hereses, summo dignita-

ti, fortunarum, atq; vita sua periculo intrepide & alacriter

ediderint: toti orbi notum est.

Quanquam autem multi hactenus eam refellere conati

Inconcessa & immo-  
ta permanxit.

sunt: per Dei tamen gratiam, in hunc usq; diem inconcessa per-

mansit, ut quæ super immotâ inexpugnabilis verbi Dei petrâ

Matth. 7. 16.

fundata est: contra quam ne inferorum quidem porta praau-

lebunt. Quod enim ad confutationem, quam in dictis comitys

congregati Pontificij Theologi adornarunt, attinet: talis illa

fuit, ut etiam Papistas eius puduerit: nec vestra Confessionis

homines ullis precibus obtinere potuerint, ut ipsis vel legenda

vel videnda exhiberetur: nec aliud de ea consequi potuerunt,

Sieida lib. 7.

Papistas confutatio-

nis sux puduit.

) ( 2                          quam

E P I S T O L A

quām quod inter celerem eius recitationem raptim calamis ap-  
prehenderunt.

Mendacia scriptorū  
Papisticorum, in  
Confessionem Au-  
gust. confusa.

Cum itaq; aduersarij nostri, & Papisticae Religionis pro-  
pugnatores, Confessioni uostre per veritatem nihil derogare  
aut derrahere possent: iam à multis usq; annis in hoc toti fue-  
runt, ut eam omnis generis figmentis, & impudentibus men-  
dacijs apud suos suspectam & exosam redderent, quasi Augusta-  
ne Confessionis Ordines, per quos illa exhibita est, iam totos  
40. annos nullum verum exemplar Confes. August. sed illud  
corruptum & adulteratum habuerint: quodq; inter eorum  
verbi Ministros, ne duo quidem reperiantur, qui in omnibus  
eius articulis inter se consentiant.

Postea quām verò, & hac impudentia mendacia, edito  
Christianæ Concordie libro, eoq; ab Illustrissimis Electoribus,  
Principib; ceterisq; Ordinib; subscripto, manifestè refuta-  
rentur: Iesuitæ, Pontificis Triarij & Exploratores, Robertus  
nimirum Bellarminus, & Paraphrastes ipsius Petrus Han-  
sonius, Ingolstadij cum sua societate, ipsam Confessionem eiusq;  
Apologiam adorti sunt: nec Theologos solum verbiq; Mint-  
istros, verùm in primis Imperij Electores atq; Principes contu-  
melijs proscindere, ac mendaciorum illustrium arguere, eoq; no-  
mine publicis typis tam latinis qnām germanicis, per totum  
orbem diffamare non erubuerunt, quasi ipsorum Maiores, co-  
ram Imperatore Carolo V. de Pontificijs corumq; doctrina fal-  
sum professi sint. Ideoq; Confessionem illorum, Illustria men-  
dacia, aliquoties nominant: vestram verò Celsitudinem, cle-  
mentiam, & amplitudinem, subscriptione libri Concordie, im-  
pudentia & palpabili mendacia confirmasse criminantur.  
Itaq; pī magnopere mirantur, Iesuitas eò impudentia & pro-  
teruiæ progressos, ut non Theologos solum & verbi Ministros,  
verùm etiam Confessionis August. Ordines tot contumeliosis  
calumnijs & iniuriosis conuictijs infamare auderent.

Scripta Roberti Bel-  
larmini, & Petri Han-  
sonij, in Electores,  
Principes, & Ordi-  
nes Confessionis  
August. Contume-  
liola.

Hic

D E D I C A T O R I A.

Hic enim non queritur: Papistarum ne, an nostra doctrina, fides & confessio, vera sit, verboq; Dei conueniens: sed in Jesuitarum contumeliosis scriptis de hoc cōtrouertitur, vtrum in Papistarum Ecclesijs atque Scholis tradiderint doctrinam, quam Confessio August. vt falsam, impiam, & verbo Dei dissentaneam reiecit atq; damnauit? Et num Electores, Principes, cæteriq; Ordines Confessionis Augustanae vt & ipsorum posteri, mentiti sint (hac enim modestia Iesuitæ de Principibus & Ordinibus Confessionis August. loquuntur & scribunt) qui eam Carolo V. & tradiderunt, & proprijs manibus subsignarunt.

Iesuitarum contumeliosa calumnia, non Theologica, sed politica est.

Cum ergo Christianæ nostræ Confessionis veritas meritò Veritas afferenda defendenda sit: intermittere non potuimus, quin impudentes istas calumnias & atroces Criminationes solidis & inexpugnabilibus veritatis fundamentis eueteremus: quod totus orbis videat, per omniarem longè aliter se habere, & Iesuitas insinulis articulis turpisimos calumniatores deprehendi.

Quod enim ad impiam Papistarum doctrinam, & errores (quorum Iesuitas nunc pudet, quosq; Catholicæ sua Ecclesia summa vanitate tribui queruntur) attinet: nos præter ipsorum quotidianam praxin, quam in Ecclesiis suis indefinenter adhuc exercent, ex illorum quoq; proprijs scriptis ad oculum, luceq; meridiana clarius, demonstravimus, quod omnia ea docuerint, doceantq; adhuc, que Confessio Augustana eiusq; Apologia ipsis exprobrait: Sicq; planum fecimus, Principes Christianos atque Ordines Confessionis nostræ (qui pariter in Domino quiescunt, pariter adhuc in viuis sunt) nihil eorum ipsis falso affinxisse, quorum Iesuitas nunc miserè pudet, nec eam clarissima Euangeli luce amplius confiteri audent, quamvis in Ecclesiis atque Scholis suis etiam nunc eosdem crassissimos

Papistæ, falsa doctrina, cuius ipsis nunc pudet, ex scriptis suis convicti.

E P I S T O L A

errores doceant, suisq; inculcent, nosq; propterea ut hereticos condemnent, quod eos non comprobare, nec unā cum illis profiteri velimus. Quod unicum (si nihil praterea restaret)

Tergiuersatio Iesuitarum, Principes Papisticos ad indagationem veritatis, & maxius salutis studium curamq; excitate debebat.

Auent. lib. 7. Anna-

lium.

Papistica religionis Principibus & Ordinibus rem totam meritò suspectam reddere, & vel tandem excitare debebat, ut de toto negocio diligentius cogitarent, adeoq; perpendent, quam turpiter, in primis à Pontifice Romano, (quem Reuerendissimus Salisburgensis Archiepiscopus Eberhardus, in publico Imperij Conuentu, ante annos 200. Antichristum appellauit) delusi & decepti sint, atq; ipsorum Religio per Iesuitas in extremum contemptum adducta sit, quod cum defensores illius videri, velint, id tamen confiteri non ausint, quod seculis superioribus in Papatu ut Catholicū, Christianum, & summus diuini Numinis cultus (sicut etiam nunc à quibusdam) creditum & obseruatum fuit: imò impudenter negent, quicquam horum in Catholica ipsorum Ecclesia unquam traditum fuisse.

Exectanda & horribilis blasphemia Iesuitarum in Christum.

Hansen. pag. 27. 28.  
29.

Item, in Disput. In-

nis personalis cum Filio Dei, assumpta est: dum cum Calvinis sine fronte scribere & docere non verentur quod absque blasphemia ne nomen quidem omnipotentiæ diuinæ humanitati Christi tribui possit, utpote cuius in eternum nec capax nec particeps sit. Omnipotentiæ enim essentia diuina proprietatem esse, & propterea nulli creature, atq; sic Humanitati Christi non magis quam Petro aut Paulo, communicari posse. Quemadmodum illum quoq; Semimediatorem & Redemptorem fingunt, qui solum secundum Humanitatem nos Deo reconciliauerit. Id quod in sequenti Refutatione clare & abundè demonstrabitur.

Bellar. pag. 4. &c. se-  
guunt.

Cura

DEDICATORIA

Cum itaq; isti Iesuita, in verbo Dei nullum sua fidei fundamentum habeant, & post tot tentum mendacia quorum in hac Responsione evidenter conuincuntur, multo maiori audacia & impudentia Christianos Principes & Ordines Confessionis August. ut impudenter mendaces criminari audeant: cui porro dubium erit, eos multò maius quiddam atq; sceleratus animis suis concepisse?

Quapropter cum res cum ipsis Iesuitis, & impia ipsorum do- Ordines Imperii  
Iesuitis canecant.  
etrina se ita habeat: Imperii Ordines sedulo cauebunt, ne ista viperarum progenies, & omnis Concordiae atq; pacis turbatores in ipsorum ditionibus nidulentur, sed hasce pestes à terris suis quam longissimè propulsent. Qui autem eos ferre coguntur: Seductis caritas  
declaranda.  
solida hac Refutatione non solum in vera agnitione Christi le-  
su, & sancti ipsius Euangeli, contra illorum damnatos errores  
confirmabuntur, verum etiam inde prouocabuntur, ut aduer-  
sa religionis hominibus seductis tantò plus charitatis exhibe-  
ant: quò, considerata Iesuitarum publica vanitate, impuden-  
tissimus mendacis & calumnüs, oculos indies magis magis q;  
aperiant, & per Dei gratiam ac S.S. illuminationem agnoscant,  
quam misere seducti sint, ac tandem veritatis Confessioni piè  
accendant. In primis autem, ut sub illa tyrannie pressis, qui-  
bus Euangelium ex parte lucens, poste à per vim restinctum est,  
ipsi in priores tenebras detrusi, ibidem multis gemitibus de-  
sinentur, lux illa rursum illucescat, atq; ipsorum pia pectora ad  
intrepidam verbi diuini confessionem excitari possint. Quan-  
doquidem ultimis hisce temporibus Dominus procul dubio non  
minus quam tempore Eliae sua septem millia piorum sibi reli- 1. Reg. 17.  
Ezech. 9.  
qua fecerit, qui sese ipsi Baal non curuauerunt: quiq; ad omnes  
abominationes, quas in Ecclesia cernere coguntur, auertere au-  
tem nequeunt, ingemiscunt: quos Dominus signauit & in me-  
dys periculis mirabiliter conseruare indeq; eripere potest.

De his,

EPISTOLA DEDICATORIA.

Ezech. 3. 22.

Ela 58.

De his, Celsitudinem, Clementiam atq; Amplitudinem veram, nos qui in domo Dei vigiles agimus, ex officio & vi commisi nobis muneric, nec non obedientia debita, piè atque fideliter monere debuimus: Omnipotentem Deum orantes, ut vos unā cum subditis in semel agnita & confessā veritate confirmare, & in pia pace, ocio ac tranquillitate, ad nominis sui gloriam clementer & paternè conseruare, & in vera ac sincera Euangely doctrina omnipotenti sua dextratueri atq; defendere dignetur.

Illustrissime Celsitudini, Generosa Dominationi, ac Amplitudini vestra,

Subiectissimi & obedientissimi,

Theologi Virtembergici.

VERA ET SOLI-  
DA REFUTATIO LIBELLORVM,  
QVOS ROBERTVS BELLARMINVS, ET  
Petrus Hansonijs, de societate Iesu, contra li-  
brum Concordia euulga-  
runt.



CRIPTORES PONTIFICII A MVL-  
tis iam annis summa vanitate & impuden-  
tia insultarunt nostris, atque publicis ia-  
ctarunt scriptis: Inter omnes Lutheranæ  
confessionis Theologos & Ministros, ne  
duos quidem reperiri, qui in omnibus Au-  
gustanae confessionis capitibus, inter se syn-  
cerè consentiant. Quo vanissimo commento piam nostram,  
& verbo Dei optimè fundatam Confessionem, cunctis mor-  
talibus, in primis vero suæ religionis complicibus suspectam  
& exosam reddere, conati sunt.

Vnde Electores, Principes, cæteri q; Imperij Ordines, veræ  
pietatis & religionis studiosi (quorum laudatissimi anteces-  
sores Imperatori Carolo V. Confessionem hanc, An-  
no, &c. 30. in magnis illis Imperij comitijs, Augustæ ob-  
tulerunt) compulsi sunt, concordiam suorum Theologo-  
rum in scholis publicis, atque omnium etiam Ecclesiæ Mini-  
strorum, exactè & accurate explorare: cunctis interim, qui  
sensim irrepererant erroribus explosis atque damnatis. Id  
quod editione libri Concordiæ, toti Christiano orbi, ob oculos  
positum est: quod nimurum non duo, aut tres solum, sed  
aliquot millia Theologorum & verbi Ministrorum, coram  
Deo & Ecclesia ipsius, corde, ore & manu, vnaminem con-  
sensem, in omnibus articulis Augustanae confessionis, publi-  
cè testati sunt.

Posteaquam ergo Papisticorum scriptorum vanitas & ca-  
lumnia, apertè refutata, atque ipsi palpabili suo mendacio,

Papistarum clamor-  
es de Lutherano-  
rum discordia.

Libro Concordiæ  
quid causam dede-  
tit.

lesuitæ librum Cō-  
cordiæ calūniantur.

A

coram

cotam toto orbe confusi sunt: Iesuitæ in primis (qui Papatum, eiusque falsum & in verbo Dei damnatum cultum, restaurare conantur) Robertus nimurum Bellarminus, & Petrus Hansonius, duobus scriptis, Germanicè & Latinè editis, aliâ via ingressi, Concordiæ librum (cui Augustana confessio eiusdemque Apologia, iuxta alias pias Ecclesiarum nostrarum sincerae doctrinæ declarationes, inserta est) euoluerunt, & ex eo conatis sunt, ingentes vanitates & stultitias, horrendos errores, & multiplicia mendacia, ostendere & euincere: qua in repetita Confessione, & toto Concordiæ libro (ut ipsi quidem putant) cōtineantur, & ab octo mille Ecclesiarum & Scholarū ministris subscripta, confirmata, & approbata sint.

**Car Iesuitarum Ca-  
lumniæ in opus  
Concordiæ confi-  
az refutentur.**

Etsi verò, quicquid in prædictis latinis & germanicis scriptis Iesuitarum cōtinetur, maxima ex parte ante annos complures, à D. Luthero, Domino Brentio, Philippo Melanthonie, Dœct. Chemnicio & alijs. contra Doctorem Eccium, Rofensem, Cochlæum, Doct. Embserum, Hoffmeisterum, Alphonsum, Staphilum, & reliquos ipsorum cōplices, firmissimis S. Scripturæ testimonijs multoties refutatū, enersum & explosum est, quemadmodum in Antecessorū nostrorum, præsertim in D. Lutheri, & aliorū consentientium Theologorum scriptis videre licet, quorū quidam in Domino quietescunt, alij adhuc in viuis sunt: non potuimus tamen prætermittere, quin ex immotis & inuictis veritatis fundamentis, prudissima ista mendacia refelleremus, quo Christiano lectori planum & manifestum fiat, quanta vanitate & impudenteria Augst. Confessioni, & Concordiæ libro, hæc omnia imputentur: & quod ipsos Iesuitas, suæ iamdudum damnatae doctrinæ pudeat: quam tamen etiam nunc in Ecclesia profiteri, & miseræ ac rudi plebeculae inculcare contendunt, licet, cum ad disputationem & Apologiam deuentū fuerit, tergiuersari, eamq; occultare & penitus abnegare incipient.

Quo minore autem tædio, Christianus lector hæc legat: volumus quam breuissimè, & quantum sine veritatis iactura fieri potest, in quoouis capite, allegatas in Iesuitarum scriptis, ut ipsi putant, vanitates, horrendos errores, & palpabiliæ

**Ordo huius scripti.**

bilia mendacia, ipsorum verbis exprimere: atque mox illis  
firmum solidumque nostrum responsum subiungere: ac tan-  
dem Christiani, & pij lectoris syncero, candidoque iudicio,  
totam causam committere. Christus Dominus noster, ad id  
suam gratiam & Spiritum largiri dignetur.

2.  
3.

## IESVITARVM VERBA.

**PATEFACTIO INGENTIS STVLTI-**  
**TIAE, AB OMNIA N DORVM ERRORVM,**  
& palpabilium mendaciorum, libri,  
quem vocant Lutherani,  
Concordia.

Hansor.  
Germ. L.

**L**IBER Concordie (inquit Bellar.) nuper editus à Lutheranis, tria  
mibi continere videtur, preter communes & notos Lutheranorum er-  
rores, insignem videlicet vanitatem, grauissimae hereses contra sym-  
bolum Apostolicum, & mendacia innumerabilia, apertissima, atque in-  
ter se pugnantia.

Bellar. lat. pag. 2.  
Summa duorum  
Scriptorum Iesu-  
ticorum.  
1. Mendacium Ic-  
tuitarum.

## RESPONSIO.

**I**C PRIMVM CHRISTIANVM LECTO-  
rem propter Deum oramus, cum hi Iesuitæ, iudicio & con-  
sensu Decani & Collegij Theologici Ingolstadianæ schola,  
non solum Theologos, verum etiam pios Electores, Princi-  
pes, & ordines August. Confessionis, in ipsorum fidei confes-  
sione, adèd improbis & impudentibus verbis, mendaci arguant: ne offendit  
velit, si huiusmodi mendacia, ipsi, ijsdem verbis ac phrasibus, in os rege-  
rantur. Quod enim breui inscriptio contra librum Concordie, & Con-  
fessionem August. proficitur: Id non solum non verum, sed eius contra-  
rium cunctis manifestum esse: in hoc responso, solide & luculentè de-  
monstrabimus.

## IESVITÆ.

Prima stultitia & temeritas, inquiunt, perspicitur in libri Concordie Hansor.  
A 2 inscri- Germ. 6.

4 De Vanitatibus & Stultiis, quæ libro  
inscriptione: quod autores libri apud sectarios Concordiam quarere &  
constituere presumunt.

R E S P O N S I O .

2. Mendacium Ie-  
fuitarum.

Concordia ista non inter sectarios instituta est, sed inter catholicos & sinceros Doctores, qui verbum Dei, secundum sinceram, piam, Catholicam, Apostolicam, in August. Confessione comprehensam doctrinam, simpliciter & constanter tueruntur: quibus nulla pars est cum sectariis, qui à verbo Dei recedunt, & erroneous doctrinas defendere conantur: quemadmodum id mox solide probabimus. Itaque hic non Euangelij ministrorum, sed Iesuitarum vanitas & amentia perspicitur.

I E S V I T R .

Secunda stultitia & vanitas.

Germ. pag. 2.

Q V O D Lutherani sibi gratulantur, & pro singulari Dei beneficio agnoscunt, se honestissimorum Maiorum suorum & veterem Catholicam fidem deseruisse, & in irreligiosum Lutheranum dogmam, atque confessionem August. concessisse.

R E S P O N S I O .

3. 4 & 5 mendacium Iesuitarum.  
Augustian Confessionis loci, Majorum suorum fidem Catholicam non deseruerunt.

Quod piorum antecessorum nostrorum fidem Catholicam non deseruerimus: quodq[ue] doctrina in August. Confessione descripta, nihil irreligiosi sapiat: quod etiam in semel accepta, & agnita doctrina, constanter perseveremus: in hac Iesuitarum vanitatum & mendaciorum refutatione clarissime ostendetur. Nam duodecim Christianae fidei articulos, Dei verbum, & Sacramenta (quemadmodum ea Christus, ab initio Ecclesia commendauit) sincera & incorrupta seruamus, & ab ijs, ne in minimo quidem receperimus.

Præterea, Christus ipse falsos Prophetas signauit, cùm Matthæi 24. de illis præcipue concionatur, dicens: Dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri possit, etiam electi. Quæ signa de nostris verbi ministris adèd intelligi non possunt, vt ipsi Paphisti illis salse exprobrent, eos miraculorum ita inopes esse, vt ne claudum quidem canem sanare possint.

I E S V I -

## Concordiae falso obijciuntur.

I E S V I T A.

### Tertia Stultitia.

**Q**UOD Lutherani August. Confessionem, fidei symbolum nominare  
audient (quasi verò ante Confessionis August. compilationem, nullum  
verum symbolum fuerit) quem tamen posse a multis in locis, ita muta- Germ. pag. 3.  
ta sit, ut tandem amissa, in Actis Imperij querenda fuerit. Calumnia in Au-  
gust. Confessio-  
nem.

### R E S P O N S I O.

Quemadmodum Apostolice fidei repetita confessio in vrbe Nicæa, à Vnde symbolum  
318. Patribus facta, rectè Nicenum symbolum dicitur, & tamen à nullo Nicenum nomen  
Orthodoxo pro noua religione habita est, sed ab Arrio solum, eiusq; affectu fortium,  
per calumniam sic appellata, cum in illa ipsius heresis damnaretur: ita  
quoque priorum Electorum, Principum, atq; Ordinum confessio, Augustæ Confessio Augusta-  
Imperatori Carolo V. & vniuersis Imperij ordinibus, intrepide oblata & na vnde nomen ha-  
proposita, Augustana Confessio, & Ecclesia nostræ symbolum dicitur, quo Curfymbolum di-  
rectè sentientes à superstitionis Papistis, & alijs Sectarijs dignoscuntur & catur.  
discernuntur: minimè verò symbolum fidei appellatur (quemadmodum  
Iesuita librum Concordia falso infamant) quasi confessionem hanc, loco 6. Mendacium Ie-  
Apostolici symboli receperimus, & symbolum Apostolorum impie deserue-  
rimus. Quæ certè astuta Iesuitarum nequitia est.

Hac enim confessio Pontificijs, ut & ceteris damnatis sectis, molestia  
fudet in oculis est, cum in ea Idolatria, falsi cultus, & heretici illorum  
errores, firmissimis ac solidissimis, ex verbo Dei desumptis argumentis, re-  
futati atque damnati sint.

Quod autem confessio hæc, posteaquam Imp. Carolo V. oblata fuit, à August. Confessio  
Philippo Melanthone proprio arbitrio (vt eam amplius declararet) verbis in verbis per Philip-  
quibusdam mutata est: Electorum, Principum, atque ordinum Imperij pum Melanth. mu-  
Confessi, nihil derogat: sed mutatio ista viuis Philippi opus est, ad tata.

Quamobrem etiam Electores atque Principes confessionem hanc, non Electores Principes  
sicut Philippus eam, quibusdam in locis mutauit, sed qualis in illorum ar- & ordines Imperij  
chiuis, intacta & integra conservata est, concordie libra inseri curarunt, perseverant in  
quo vniuersis, præserit verò posteris testatum facerent, quod coram Confessione Imp.  
Imp. Carolo V. Electoribus, Principibus, & Ordinibus Imperij, summo suo Carolo V. exhibita.

## 6 De Vanitatibus & Stultitijs, quæ libro

periculo editam confessionem fidei, constanter retinere & tueri, nec singularis annis nouam fidem suscipere velint. Quaratione vniuersa Papistarum & Iesuitarum calumnia, de Confessionis nostra mutatione clamantium, sufficienter & abundè refutata sunt.

**August. Confessio,**  
cur ex Sacr. Rom.  
Imp. Archiuo pe-  
rita.

**7. Mendacium Ie-**  
**suitarum.**

Quod autem hoc in Imperij actis quaesita, & è Sacr. Rom. Imp. Archiuo petita est: id non ideo factum, quod apud ordines Augustanæ Confessionis, vñquam amissa fuerit, sed solum propter multiplices & nequissimas cæluminas Papisticae superstitionis scriptorum, qui sine fine clamauerunt: Confessionem apud nos amissam esse, nec à nobis ullum verum exemplar monstrari posse.

Ad hæc mendacia refutandum, in Sacri Rom. Imp. Archiuo depositum exemplar petitum est, & cum exemplaribus, que quisque Principum eorum, qui tūm Augustanam Confessionem profitebantur, in Archiuo suo habuit, accurata diligentia collatum, & cum ipso per omnia eadem esse deprehensa sunt. Atque sic Papisticorum scriptorum mendacia, infallibilis ista, & ad oculum facta demonstratione, refutata, & osiporum impudentis obturatum est. Quemadmodum si necessitas postularet, in Archiuis Electorum, Principum, & Ordinum, ista exemplaria, que Augusta anno, &c. 30. pro se quisq. Elector, Princeps, ac singuli Ordines scripta, domum suam secum detulerunt, monstrari & exhiberi possent.

**Philip. Melancht.**  
**Electorum, Princi-**  
**pum atque Ordinum**  
**Confessioni**  
**nihil derogare po-**  
**nit.**

Et si maximè Philippus mutatione August. Confessionis, in gratiam Caluinistarum sensum eius non tantum ambiguis verbis exposuisset, verum etiam totus in Caluinistarum sectam concessisset: ista tamen defectio Confessioni Augusta exhibita, aquæ non derogaret, atq. Salomonis Proverbiis nihil detraxit, quod ipse ab uxoribus dementatus, in gratiam illarum, Idololatricos cultus instituit. Prestantisimi enim ipsius libri, quos ante dendum suum lapsum conscripsit, in S. Biblijs nihilominus incorrupti ac sinceri permaniere.

## I E S V I T A .

### Quarta Stultitia.

Germ. pag. 4.  
Concord. Germ.  
fol. 239. 256.

**L**utherani Ecclesiarum & scholarum Doctores, libro Concordie subscripti, nominant Augustanam Confessionem, suæ fidei H O C  
T E M P O R E symbolum. Ostendere volentes fidem suam, vt  
D. Hilarius contra Arianos queritur, fidem temporum & annuum  
esse,

## Concordia falsò obijciuntur.

7

esse, & præsenti tempori accommodatam. Siquidem tūm illa non certò consliterit, quenam sequenti anno ipsorum confessio futura esset.

### R E S P O N S I O.

Hac est palpabilis, petulans, maligna, & Sophistica deprauatio verborum: horum temporum, in libro Concordia positorum: quibus alienus plane sensus affingitur, quasi de certo annorum & dierum spacio intelligi debeant, nosq; in horas fidem nostram mutemus. At hac illorum mens nunquam fuit. Sed quemadmodum Athanasij tempore, Arriani sub Apostolorum symbolo astute latebant, nec illo à Catholicis dignosci poterant, cum istud symbolum Arriani quoque (quamuis falsò sensu) acceptarent: noluerunt autem subscribere, nec Athanasiano nec Nicano symbolo, quamvis hac Apostolici symboli sensum, de sancta Triade, in primu verò de persona Christi, eiusq; eterna Deitate (de qua illis temporibus, vt & de Spiritu sancto, precipue controversia fuit) clarissimè explicarent, propterea quod in illis, ipsorum error detectus atque damnatus esset: ita quoque Iesuita & vniuersi Pontificij, Symbolum Apostolorum, Nicenum & Athanasianum, vbi de Trinitate agitur, libenter admittunt & ampliuntur: in alijs verò multis Christiana Religionis articulis, præsertim de Christi merito, non credunt nec statuunt, quod Christus sua solius obedientia pro totius mundi peccatis satisficerit, ea perfectè expiarit, quemadmodum in August. Confessione & eiusdem Apologia, cum Apostolorum, Niceno & Athanasiano symbolo per omnija consentiente, abunde declaratum est.

2. Mendacium Iesuitarum.

Cur August. Confessio horum temporum symbolum sit dicta.

Quemadmodum ergo per symbolum Nicenum & Athanasij verè Catholicus Christianus agnoscit, & ab Arrianis atque Sabellianis discerni poterat: ita quoque HOC TEMPORE, verus Catholicus Christianus cognoscitur per symbolum nostrum August. Confessionis, quæ non est doctrina, vnum atque alterum duntaxat annum duratura, sed super Petram Christum edificata, in eternum vera permanebit, nec contra illam inferorum porte vñquam præualebunt.

Consimilis malitiosa verborum Philippi deprauatio est, qua Iesuita & calumniantur, Philippum de se ipso scribere: Quod August. Confessionem subinde mutauerit. Atq; id sic intelligi volunt, quasi Philippus sensum eius & doctrinam in ea comprehensam permutarit, sicq; in dies

Catholici Christiani, tempore Arrij, per Symbolum Nicenum & Athanasij agniti.

3. Mendacium Iesuitarum.  
Deprauatio verborum Philippi.

8 De Vanitatibus & Stultitijs, quæ libro

dies nouam religionem fabricarit: cùm tamen Philippus, in eadem Epistola ostendat, quod istud solum intellexerit de acerbioribus quibusdam verbis, quæ in August. Confessione, antequam exhibita est, hinc inde occurserant: In quorum locum leniora & molliora substituerit, ita sperans aduersarios ad studium veritatis, in illa confessione comprehense, inuitari posse. Quod tamen ceteri Theologi, cum temporis Augustæ cum ipso in eadem deliberatione versantes, non probarunt, aliqua etiam non permisérunt, ne quisquam cogitare posset, se in ista Confessione sibi metuere. Hoc vero, dicas queso, est ne quotidie nouam fidem cuderet?

¶. Mendacium Iesuitarum.

Pag. 4.  
Calumnia Iesuitarum de mutatione  
Articulorum fidei.

In Epist. 2. ad Lu-

therum.

D. Lutherò scripsisse: Articulos fidei interdum occasione accommodandos esse. Atque inde exclamant: hanc scilicet praeclaram religionem esse, quæ quotannis, imò quotidie, imò in horas, & pro temporum occasionibus mutari possit. Pessimi namqz sycophante verba Philippi non integrâ ponunt, quemadmodum ipse conscriperat. Sic enim sonant: Valem percurrisse articulos fidei, in quibus si nihil putaueris esse vitij, reliqua vrcunque tractabimus. Subinde enim mutandi sunt, atque ad occasions accommodandi. Hic vero nemo ita stupidus est, qui non intelligat, aliud esse articulum de fide Christiana conscribere, atque eundem post in quibusdam verbis mutare, quo tamen ipsa fides non mutatur: siquidem sine mutatione rei, ipsa verba mutari, & maioris intelligentia gratia, una res, varijs modis enunciari & effiri possit.

Eft itaque fallacia compositionis, ac nequissimum sophisma, quod Philippi verba transponunt, & hic vt Philippi verba recitant: Articuli enim fidei subinde mutandi: cùm tamen hoc in loco Philippus vocem fidei non usurparit, & ista loquendi phrasis Philippo nunquam in mentem慷慨oris eximium specimen?

Si autem Iesuite scire cupiunt, qui nam isti homines sint, qui sua religionis capita, pro tempore mutanda censeant: ne, quæsumus, grauentur, Romani sui Cardinalis Nicolai Cusani verbis auscultare, quæ in Epistolis suis ad Bohemos scripti: Scripturas esse ad tempus adaptatas, & variè intellectas, ita vt uno tempore, secundum currentem vniuersalem ritum exponerentur: mutato ritu, iterum sententia mutaretur. Et in eadem Epist. inquit Cusanus: Scripturas esse,

Nicol. Cusanus  
Epist. 2. ad Bohe-  
mos.

esse, de benè esse regiminis Ecclesiæ, nequaquam de essentia existere posse. Et in tertia Epistola scribit: Necesse erit in illis, iudicium Ecclesiæ conforme esse iudicio Dei remunerantis. Ita ut sicut quondam coniugium præferebatur castitati per Ecclesiam, ita & apud Deum remunerantem. Et postea ait: Mutato iudicio Ecclesiæ, mutatum est & Dei iudicium. Hucusque Nicolaus Cusanus Pontificius Cardinalis, qui disertè docuit: Scripturam sacram iam hoc, iam illo modo intelligendam esse, prout in Ecclesia ceremonia mutata fuerint. Et si Ecclesia Christiana sententiam suam mutet, etiam Deum suum mutare iudicium. Super eiusmodi arcenosò fundamento non nostra Christiana & pia doctrina, in August. Confessione tradita, sed Papistica superstitione fundata est. Hec enim Scriptura sacra nam cereum singit, eamq; huc illuc crinibus raptitat.

## I E S V I T A.

## Quinta stultitia &amp; vanitas.

**Q**UOD Electores, Principes, & ceteri Augst. Confessionis Ordines, consentientem atque concordem Confessionem in sua præfatione iactitant, ad quam vñanimi & perpetuo consensu, sine omni controuerzia & dubitatione prouocarint: Cūm tamen ipse liber Concordia, & Ienenses contrarium testentur.

Germ. s.  
Iesuitæ mendacijs  
arguunt Electores,  
Principes, atque  
Ordines Augst.  
Confessionis.  
Concord. pag. 2.

## R E S P O N S I O.

Hoc est Christianismos Electores, & Principes, ceterosq; Augstantæ Confessionis Ordines, improbè ac impudenter, contra manifestam veritatem, mendacijs arguere: cūm eius contrarium luce meridiana clarius sit. Nam cunctis planum & manifestum est, quod inter Electores, Principes, & ceteros nostra Confessionis Ordines, quotquot eam profesi sunt (ut & ipsorum verbi ministros) constans & vñanimis consensu, ad Lutheri vsque beatum obitum, fuerit: Qui etiam concordissimè contra Papistas, Anabaptistas, sacramentarios, & ceteros damnatarum sectarum patronos, qui Augst. Confessioni nunquam subscriperunt, fortiter pugnarunt.

Qualia autem dissidia, post pium, sobrium, & placidum Lutheri ex hac vita exitum (quem vanissimi Iesuitæ, temulentam mortem fuisse claimant) quales etiam post infelix illud INTERIM dissensiones ortasint,

Consensus ante  
D. Lutheri obitum  
inter Augst. Con-  
fess. socios.

Dissensiones & con-  
trouerzia post obi-  
tum D. L. in Eccle-  
sijs Augst. Confess.  
ortæ.

*in libro Concordia non negatur. Videmus autem, Papistas pessimè habere, quod præter ipsorum expectationem, Concordia ista, inter Electores, Principes, & Ordines, eorundemq; Theologos & Ludimagiſtros, tanto subscriptientium numero in libro Concordia declarata, confirmata, atque promulgataſit. Quamobrem fœda iſta & manifeſta Ieſuitarum calumnia ad noſtros Electores, Principes, atque Ordines nequaquam pertinet.*

## I E S V I T A.

## Sexta vanitas atque stultitia.

Germ. 5.  
In Prefat. Germ.  
fol. 6.

**E**lectores, Principes, & ceteros Augſt. Confessionis Ordines, in protestatione ſua, duplicis Confessionis mentionem facere: alterius quidem, Imperat. Carolo V. Augufta anno, &c. 30. exhibita: alterius verò, qua Numburgi repetita, hoc eſt, ad Calvinisticam normam accommodataſit: nec tamen fateri velle, quod interim multæ alia Confessiones, ſub nomine prima, cui tamen conſentientes non fuerint, in lucem editæ ſint: & nihilominus gloriari, ſe in prima Confessione Imperat. Carolo V. exhibita, conſtanter perſeueraſſe, quam tamen, poſt aliquot & quadragesima demum annos, ē Sacri Rom. Imp. Archiuo petere coaſti ſint. Ex quo ſequatur, quod eam prius nunquam habuerint, atque in incertum crederentes, ſe puerorum inſtar naſo circumduci paſſi ſint: nihilominus pre-textu Prophetice, Apoſtolicæ, ac Euangeliæ doctrina Pontifices, Imperatores, Reges, ac totum mundum vexaſſe ac condemnaffe.

## R E P O N S I O.

12. Mendacium Ieſu  
fuitarum.  
Mutatio Augſt.  
Confessionis non  
probata.

Ad hanc calumniā, ac putidum mendacium, in tertie stultitiae refutatione, ſufficienter reponſum eſt. Quemadmodum enim Philippum non decuit Confessionem Auguſtanam mutatis verbis explicare, & nomine Confessionis Auguſta exhibita, in lucem edere, cum non ipſius ſoliſ, ſed Electorum, Principum, ceterorumq; Ordinum Confefſio fuerit, & ab ipſis quoque exhibita, vt merito ſine ipſorum conſenſu & voluntate, ne syllaba quidem mutanda fuerit, ſicuti id Philippo ſepe multumq; & ab amicis, & inimicis exprobratum eſt: ita quoque Electores, & Principes nullo ipſius respectu habitu, Confessionem Auguſta, Imperat. Carolo V. oblatam, in verbis & ſenſu incorruptam conſtanter retinuerunt, & ne in minimo quidem articulo verboq;, huic uſq; ab ea reſeſſerunt. Quemadmo-  
dum

## Concordiae falsò obijcituntur.

11

dum etiam in Numburgenſi conuentu, & prefatione libri Concordie, candidè ac diſertè protestati ſunt, ſibi nunquam in mentem veniſſe, & ne nunc quidem animum eſſe, vel in minimis, à Coffeſione illa, anno 1530. Auguſtæ exhibita, diſcedere.

Concord. fol. 6.  
Protestatio Elec-  
torum Principum &  
Ordinum de Con-  
fessione August.

Ita, ne vel minima ſuſpicio vlliū diſceſſionis, à ſepe iam dicta Confeſſione, in iſpos cadere poſſet: primam ſuam ſynceram & incorruptam Confeſſionem de nouo profeſſi ſunt, & nihil proiſſus, quod eius ſenſu contrarium eſſe poſſet, admittere & probare voluerunt, ut poſtea amplius de- monſtrabitur.

Neque etiam Electores, Principes & ceteri Confeſſionis noſtra Ordines, vel Imperatores, vel Reges, Confeſſione ſua vnuquam vexarunt, exagitauit, aut condemnarunt: ſicut hic falſo à vaniſimis Iefuitis tradu- cuntur & diſfamantur: Sed non ſine maximo periculo diſtiorum ac fortu- narum ſuarum, coram illis fidem ſuam (ut Christianos decuit, & Caſarea Maieſtatis edictū requirebat) ſumma ſubmiſſione atq; humilitate profeſſi ſunt: Interim fortunas ſuas omnes, & quicquid preſtare poſſent quod verbo Dei & conſcientie iſorum non repugnaret, promptiſime deferentes.

Papa am verò, Antichriſtum eſſe, intrepide confeſſi ſunt: idq; ex Danie- lis, Christi, & D. Pauli vaticinijs planum fecerunt: cumq; cum omni ſua blaſphemia doctrina, & impijs culibus repudiarunt & condemnarunt.

Papa, ut Antichri-  
ſtus, damnatus.

## I E S V I T A.

### Septima Vanitas.

**A**T multo vanius eſt, inquit Iefuita, multoq; ſtultius quod Electo- res, Principes, & ceteri ſubscripti Ordines in Prefatione libri Con- cordie proſtitentur: In Numburgenſi conuentu, ſe nunquam in animum induxiſſe, nouum aliquod & peregrinum dogma amplecti, defendere aut ſpargere: ſed cupere eam veritatem, quam Auguſtæ anno, &c. 30. profeſſi ſint, Deo iſpos benē iuuante, conſtanter tueri, ac retinere: cum tamen Caluiniſta ſubdolis ac clandestiniſta ſuis machinationibus, hunc eundem conuentum & principiibus impetrārint, quod condemnatio contraria doctriña conſensu Auguſtana Confeſſionis ſociorum ex hac iſpa Confeſſione tolleretur, & alia noua, ſub qua Caluiniſta aliq; ſectarii facile latere poſſent, in ſoliuſ Pontificis odium, cuderetur, atque ſubſcriberetur.

Germ. 7.  
Prefat. Concord.  
Exemp Germ. fol. 6.  
Pag. 2. fol. 4.

B 2

R E S P O N-

## RESPONSIO.

14. Mendacium Iesuitarum.

Per quem, Electorum & Principum conuentus Numburgi, anno, &c. 61. institutus.

Princip. quæstio.  
Vtrum Electorum  
& Principum Numburgianimus fuerit  
nouam Confessionem amplectendi.

Hoc est apertaplaniè & impudenti calumnia, Electores, Principes, ceterosq; Augustana Confessionis Ordines proscindere, atque traducere. Ad quam diluendam solidum hoc & verissimum responsum accipient Iesuitæ: Hic parum referre, an Numburgensis conuentus Calvinista primum causa fuerint, nec ne: verum nos certò scimus, plenissimum & laudatissimum Principem Christophorum, Ducem Vvitenbergicum, illustris ac sancta memoria, ut & alios plures præclaris nominis Principes, puram atque sinceram Augustanam Confessionem amplectentes, conuentum istum ardentissimis votis exoptasse, antequam de eo villa vñquam deliberatio suscipetur. Ceterum de hoc est quæstio: An Electorum & Principum illic congregatorum, mens & sententia fuerit, à Confessione Imperat. Carolo V. anno no, &c. 30. exhibita discedendi, & nouam amplectendi doctrinam? Ad hoc disertè respondemus: Isthos Iesuitas vñâ cum omni societate sua, Electores, atque Principes, manifesta calumnia, contra suam ipsorum conscientiam, petulanter infamare atque grauare, sicut q; qui adhuc in viuâ sunt, verè testari possunt, & acta quoque illius conuentus clarissimè demonstrant. Ad hac etiam, Illustrissimi Electores & Principes Imp. Ferdinando, laudatissima memoria, tum temporis clare denuntiarunt, velle se in Confessione, anno, &c. 30. exhibita constanter perseverare, nec in minimo mutare sententiam.

Electorum atque Principum verba, que sua quisque manu & sigillo confirmavit, hæc sunt: Non intermisimus eandem quoque Confessionem, quemadmodum paulò post finitis Augustæ Comitijs Vvittembergæ, anno 31. tam Latinè, quam Germanicè typis edita & publicata, & secundum quam Ecclesiarum nostrarum inspectio & reformatio instituta est, rursus considerare & perpendere. Etsi enim postea anno 40. & 42. prædicta Confessio (quæ luculentius & copiosius repetita, & ex sacra Scripturæ fundamentis declarata, aucta, & denuò Vvittembergæ in publicum emissa, ac in Colloquio Vvormaciensi tunc celebrato, à statibus illi confessioni addictis, Cæsareis præsidentibus ac collocutoribus exhibita est) approbata in Colloquio defensa sit: tamen nunc quidem, eam nos Confessionem, quæ anno 31. excusa est, repetere voluimus, vt

Cæsar

## Concordiae falsò obiciuntur.

13

Cæsar. Mai. V. & quilibet re ipsa intelligeret, non esse animum aut propositum nostrum, vlla ALIA aut noua dogmata spargere vel defendere. Hactum Electores & Principes.

Quamobrem crassum jesuitarum mendacium est, quo Euangelicæ Confessionis Electores & Principes Numburgi, anno, &c. 61. congregatos calumniantur, quasi caluinianum dogma, in Papæodium, sub August. Confessione tegere voluerint. In hac enim Confessione (quam Electores & Principes Numburgi, noua subscriptione confirmarunt) verba haec in decimo articulo, qui de presentia corporis & sanguinis Christi in Cana agit, integra permanerunt: Et improbant secus docentes. Quæ verba primum anno, &c. 30. ad excludendum Cinglianos, in August. Confessione scripta, & postea in Numburgensi conuentu religiosè conservata sunt. Itaque necesse est jesuitas istos, aut huius negotijs planè ignaros esse, aut certè bipedum nequissimos, quod Electorum atq. Principum illustre nomen adeo contumeliosè per summam iniuriam proscindere audent.

## I E S V I T A.

## Octaua Vanitas.

**A**Mplius clamitant isti Iesuite: Electores atque Principes in praefatione Germ. 2. libri Concordie, insigni vanitate afferere, opus istud Concordiae institutum esse, vt aduersarijs & Papisticis Doctoribus os obturetur, dissidia atque lites inter fidei suæ consortes componantur, & futuri quoque errores præcaueantur. Verum non solum Pontificios, & ipsorum Confessionis homines: sed totum Christianum orbem huic Concordia una voce contradicere, & per ipsam multò plures nouas hereses, ubiquitarias, Nestorianas, Eutychianas excitari.

## R E S P O N S I O.

Christianismos Electores, Principes, & Ordines Imperij (qui in praefatione libri Concordie verba faciunt) verum dicere: Iesuitas vero sceleratē mentiri: suprà satis ostensum est. Nec quisquam inficiari potest, Pontificiorum Doctorum impudens commentum (quod ne quidem duo concionatores, in omnibus August. Confessionis articulis, inter se consentiant) luculenter refutatum, & os ipsis sufficienter obturatum esse, quandoqui-

15. Mendacium Iesuitarum.

Papistarum mendacium aliquot mille testibus in lib. Concord. refutatum.

B 3

dem

dem aliquot mille libro Concordia subscripti testimonio publico, illos mendacij conuincant, & contrarium omnibus testatum faciant.

Quid autem Calviniani, & aliarum sectarum asseclæ (qui huc usque sub Augustana Confessione se occultare voluerunt, nunc autem detracta illis larua, hostes à nobis declarati sunt) contra librum Concordia vociferantur: id Electores, Principes, & Ordines Confessionis nostra Deo omnipotenti committunt. Neque enim hoc consilio & persuasione opus istud suscepereunt, quod omnes sibi accessuros opinantur: sed optimè contenti sunt, id se consecutos esse, quod hoc opere quaesiverant: nimurum, ut si quid constaret, & certò scribi posset, quoniam Ecclesia cum Confessione August. Imperat. Carolo V. exhibita, sincerè consentiant. Nec dubitamus multos esse Principes & Ordines Imperij, qui huic Concordia astipulenter, licet ei hucusque non subscripserint, propter multas & varias de eam sparsas calumnias, quasi aliud sub eius praetextu quaesitum fuerit: cuius tamen contrarium apud viros intelligentes, iam manifestè patet.

Qui autem Nestorij heresin hoc tempore profiteantur, mox in refutatione errorum, qui libro Concordia falsò imputantur, ostendetur: in qua Iesuitarum impietas ac turpitudo, toti orbì reuelabitur.

## I E S V I T A E.

## Nona Vanitas.

Germ. pag. 2.

**P**orrò & hoc vanitatis nomine traducunt, quod Electores, & Principes Confessionis August. in sua Prefatione Calvinistas (quos loco infirmorum anno, &c. 66. Auguste habuerint) secundum sententiam et mentem prime Confess. August. damnèt, & clarè dicant: se ipsos in suis ditionibus, ferre nolle: statim verò pag. sequente protestetur: quod diligenter ex animo cōsoleant, & persecutioni ipsorum non modò nullam causam dēt, sed multò magis optēt, vt hæc in ipsos tyrannis, in tremendo illo iudicio Domini, severissimè puniatur.

## R E S P O N S I O.

16. Mendacium Iesuitarum.

In Praef. b. 2. fac. 3.

**E**tiam his verbis produnt Iesuita malitiam cordis sui, qua Electorum & Principum verba (quæ in Prefat. lib. Concord. extant) manifestè peruerterunt & depravant. Ibi n. expresse discernitur, inter Calvinianos peruvversores Doctores, & ipsorum auditores, sive totas Ecclesiæ: quod nimurum Electores & Principes, damnata dogmata Calvinianorum, corūq; blasphemos Doctores, qui alias seducunt, in suis ditionibus, Ecclesijs, & scholis, tolerare nolint,

## Concordiae falso obiciuntur.

15

nolint. Quemadmodum verò auditorib. seductis, qui ex animi simplicitate errant, nec veritatē verbi diuini blasphemant, Christiana charitate moti, ex animo condolent: ita nullo modo probant, sed execrantur nonnullorum Papistarū crudelitatem, qua ferro & igni, eiusmodi simplices & pios homines ad necem vsg, persequuntur. Contra quam tyrannidem scriptit August. Augustin. Epist. 153.  
Item, contra crescen.  
lib. 3. c. 50.

bis verbis: Nulli bono vñquam placuit, etiam cōtra haereticum conuictū, vsq; ad mortem sauire. Idcirco quām horribile iudicium Dei, vos sanguinarios Iesuitas maneat, qui nō tantum palpabila mendacia de Electoribus & Principibus spargitis, eorumq; verba nequissimè perueritas, verū etiā auditores vestros ad huiusmodi persecutions accēdes, magnis clamoribus accendere atq; inflamare studetis: hoc suo tempore, in illa gloriofa apparitione Iesu Christi ad iudicium, eterno restro exitio experie- Apoc. 17. 21.

mini, quando Babyloniam meretricem, Roman. Pontificem, qui ebrius est ex sanguine sanctorum, & ex sanguine martyrum Iesu, præcipitabit in stagnum igne & sulphure ardens.

## I E S V I T A E.

### X. Vanitas.

**C**oncordiste, nec Ecclesiastici, nec Politici magistratus edictis & mā-  
datis subiecti esse volunt: sed absolutam libertatem in omnibus actio-  
nibus fidei & conscientiae affectant. E contrā aduersarijs suis etiam  
atq; etiam exprobrant, quod similia faciunt, nec se confessionibus & for-  
mulis ipsorum alligari patiuntur.

Germ. pag. 10.

## R E S P O N S I O.

De Ecclesiastico Magistratu, nec in Euangelicis, nec Apostolicis scriptis vel verbum inuenimus, sed tantum de ministris Ecclesie & verbi Dei legimus, siue sint Apostoli & Euangelista, siue Pastores & Doctores: qui unius spirituale caput, quod Christus est, habent & agnoscunt.

De Ecclesiastico  
Magistratu N. Te-  
stamentum nihil  
habet,

1. Cor. 4.  
Ephes. 4.  
1. Petr. 5.  
17. Mēdiacum Ie-  
fuitarum.

Quousque Magi-  
strati obediencia  
debeat,   
Act. 4.

Papisticus Clerus  
nulli Magistrati  
subiectus.

Quod verò Magistratus politici mandatis obedere, recusemus: apertum & impudens mendacium Iesuitarum est. Quando aut̄ Magistratus aliquid præcipit, quod Deo & verbo ipsius aduersatur: ibi Petrus & Ioannes respo- dent: Iudicate vos ipsi, an iustum sit in conspectu Dei, vos po- tiū audire, quam Deum?

Ceterum, quod falsò dicti spirituales, Papistici Sacerdotes & Episcopi, vñā cum Papa suo capite, aquisimum ac mitissimum illud politica potestatis iugum excusserint, & Imperatoribus, Regibus, & Principibus, omnem obedientiam, contra expressum Dei mandatum negent: omnibus no-

tum

Pontificis Roman.  
Impeccata erga Im-  
peratorem.

tum est. Papa enim Imperatori Rom. (qui extra omne dubium, summum Christiani orbis caput est) adeò nullam obedientiam prestat, ut etiam contra Deum ac diuinum ius, hanc sibi potestatem superbè arroget, Imperatores pro libidine priuata consituendi & deponendi, ipsos pedibus calcandi, & similia in eos scelerate perpetrandi: sicut in historijs præsertim Fredericorum, Henricorum, & Ludouici Bauari videre licet.

Rom. 13.  
Pius Magistratus à  
iudicio Religionis  
non excludendus.

Quod totum cum expressis verbis Pauli pugnat: OMNIS ANIMA  
potestatib. supereminentibus subdita sit: qua si Christiane sint,  
à iudicio quoque religionis excludi non debent.

## I R S V I T A.

## XI. Vanitas.

Germ. 10.

**P**ARI stultitia vbique ad primam August. Confessionem tanquam verbo Dei fundatam, prouocant. Deinde verò in prefatione multas alias nugas, vt Apologiam Philippi, Schmalcaldicos articulos, maiorem & minorem Catechismum infamatiissimi Lutheri, & in difficilimis materijs eiusdem obscenæ prophetæ verba, cantica, rhytmos, loco Scriptura allegant, illaq. huic exequant, cum solenni protestatione, quòd ab hac vanitate (veritate, volebam dicere) nunquam discedere velint.

## R E S P O N S I O.

18. Mendacium Ie-  
suitarum.

Curia lib. Concor-  
August. Confess.  
alijs quoque libri ad-  
dit.

Confessionem Augustanam verbo Dei fundatissimam esse, firmissimis Scripturæ sacra testimonij demonstratum est.

Quia verò hac Confessio, quod ad verba attinet, breui & succincta est: amplioris declarationis causa, coniunximus ei in libro Concordia, Apologiam Philippi, Schmalcaldicos articulos, & utrumque Catechismum Lutheri. Hac scripta nugarum nomine traducere, multò Iesuitis facilius est, quam verbo Dei refellere, quandoquidem hoc omnium Papistorum Doctorum vires longissimè supereret.

Quam pingues autem sint, quamq. lautè verbo Dei suffulti articuli Schmalcaldiæ Doct. Lutheri & ceterorum subscriptorum Theologorum: id procul dubio Pontificij Doctores sensuri fuissent, si liberum & Christianum Concilium, ab Electoribus, Principibus, & Ordinibus August. Confessionis toties experitum, in Germania celebratum fuisset: quod Pon-  
tifex Romanus semper, & etiam nunc, non minus quam Diabolus san-

Etiam

## Concordia falsò obiectiuntur.

17

*Eam crucem horrere solet. Sicut ipse Paulus Iouius, Episcopus Pontificius, libr. 2. Elogiorum, sub effigie Iuliani Cardinalis, de Eugenio 4. Pontifice memoria prodidit, scribens: Synodus tanquam immanem & multorum capitum belluam, ad exitium maximorum Pontificum, circa rabie concitatam esse, disserebat: ratus his ad libertatem & vitam, qui in externis terris, ei belluæ se committerent. Hæc Iouius. Præterea, fœdum & impudens mendacium est, quod scribunt: D. Lutheri verba, cantilenas, rhytmos, in libro Concordia, loco verbi Dei allegari, quod Jesuitæ ex libro Concordia ostendere & probare nunquam poterunt.*

*Quaratione vero liber Concordia ad scripta D. Lutheri prouocet: cognoscit Christianus lector, ex pagina 257. vbi scriptorum D. Lutheri mentio fit, atque hac verba leguntur: Ad D. Lutheri explicationes præclaras tam in polemicis, quam didacticis ipsius scriptis comprehensas prouocamus: eo videlicet modo, quem D. Lutherus in latina sua præfatione, Tomis operum eius præfixa, de scriptis suis dextrè legendis, pia & necessaria admonitione, nobis ipse monstrauit. Ibi enim hoc discrimen inter diuina & humana scripta perspicuè posuit, solas videlicet sacras literas prounica regula & norma omnium dogmatum agnoscendas, ijsque nullius omnino hominis scripta adæquanda, sed potius omnia subiicienda esse. Hucusque verba libri Concordia. Quis ergo non videt, Jesuitis frontem meretriciū, vt Propheta ait, esse, quod absq; pudore contrarium coram omnibus profiteri non erubescunt? -*

*Quæ porrò Lutherus de spurco & obsceno Pontifice, eiusq; excrementis, quibus Ecclesiam Dei fœde conspurcauit, dixit atque scriptis: prater solum Pontificem eiusq; creaturas (quæ ipsum adorant, eiusq; pedes exosculantur) male habet neminem.*

I E S V I T A.

## XII. Vanitas.

*SIMILI vanitate obstringunt se libro Concordia, eumq; pro Euangeliō, Germ. 10. & Orthodoxæ fidei norma haberi coliq;, atque pro ea mille mortes appetere volunt. Quamdiu autem ista constantia durauerit, & quantum inter ipsos autores, de hoc infelici partu dissidium exortum sit, & quid*

C

subscripti

*19. Mendacium Is-  
suitarum.*

*Quaratione Con-  
cordia liber ad scri-  
pta Lutheri prouo-  
cot.*

Subscripti Patroni de ea nunc sentiant; & quorsum excusa exemplaria  
deuenerint, & ubi nunc venalia profest: molestum nonnullis que situ  
foret, multoq; molestius id explorare. Ceterum res ipsa loquitur, amo-  
rem & studium istius libri, atque authoris eius, nondum elapo anno, in  
hominum animis refrixisse. Verisimile quoque est, si honoraria & sum-  
ptus in hoc opus facti, adhuc loculis tenerentur, fore ut porrò haud facile  
emungerentur.

## RESPONSIo.

Hec Iesuitarum verba, integra huic referre voluimus, quandoquidem  
hac calumnia se ipsos molliter & blande subinde titillent, eamq; sepe mul-  
tumq; repeatant: ut vniuersitatis huius farinae calumnijs semel atque solidè re-  
pondeamus.

20. Mendacium Ie-  
suitarum, de norma  
fidei.

Concord. 129.  
Verbum Dci vnicā  
regula fidei.

Primum enim quod ponunt: Nos velle Concordiam, hoc est,  
doctrinam in libro Concordiae descriptam, pro Euangelio &  
norma Orthodoxæ fidei haberi: est enorme, palpabile, & impu-  
dens mendacium, id quod ipsius Concordiae libri expressis verbis demonstra-  
bimus. Sic enim epitome articulorum incipit: Credimus, confitemur  
& docemus, vnicam regulā & normā, ex qua omnia dogmata,  
omnesq; Doctores iudicare oporteat, nullam omnino aliam  
esse, quam Prophetica & Apostolica cùm veteris tūm noui  
Testamenti scripta. Sic enim Psaltes ait: Lucerna pedib. meis  
verbum tuum, & lumen semitis meis, &c. Qua verba post, folio  
256. disertè repetuntur.

Iesuitas ergo, si hac libri Concordiae verba legerunt, omnium calumnia-  
torum, quos Sol aspergit vñquam, longè impudentissimos esse oportet, quod  
Concordiae libro manifestè contrarium affingere, & publicis typis in do-  
ctrina nostra dedecus, euulgare & proclamare audent. Si vero non lege-  
runt, execrabilis certè audacia est, ac tanta, vt ipsi ne canis quidem, ne-  
dum innocens iuuentus erudienda & informanda committi deberet. Ex  
quo solo ac ita manifesto mendacio (si in ipsorum censura de libro Concor-  
die, aliud nullum reperiretur) quisque honestus, cuiuscunque religionis  
sit vir, iudicium facere potest, homines istos longè levissimos atq; vanissi-  
mos esse, quos adeò aperti mendaci non pudet: ex quo etiam, quid in cate-  
ris capitibus illis credi debeat, facile colligi potest.

Constan-

Constantia quoque huins Concordia, per Dei gratiam diutius duratura est, quā illi volunt, qui nil nisi discordias & rixas amant, ac sanguinem nostrum sitiunt. De quibus David canit: Viri sanguini Psal. 54. num & dolosi non dimidiabunt dies suos. Deus enim deducet eos in foueam interitus. Nos autem sperabimus in Domino.

Præterea, Christianissimos Electores & Principes, factorum in Concordia constituenta sumptuum, adeo non pœnituit, ut si non fecissent, ad eam consequendam longè maiores facturi essent: id quod vobis Iesuiti consideranter atque certo denuntiamus, qui vna cum Caluinistis complicibus vestris, mendacijs & calumnijs nihil intentatum reliquistis, quo eam impeditretis: at per Dei gratiam sudando & nitendo nihil penitus profecistiis, sed turpisimè confusistiis.

21. Mendacium Iesuitarum.  
Electores & Principes, sumptuum in opus Concordia factorum, non pœnituit.  
Iesuita & Caluinistri opus Concordia impedit conati.

## IESVITÆ.

## XIIIL Vanitas.

Superest (inquiunt Iesuite) adhuc præter unam, maxima istius libri Germ. pag. ix. stultitia & vanitas, qua nimis um, in subscriptione eius, multis modis perspicitur.

## RESPONSIO.

Quandoquidem & hic vera atque solida responsione opus est, de singulis que obijcientur, breuiter & neruose veritatem profitebimur.

## IESVITÆ.

Primum, in titulo & Prefatione libri, non nisi priorum, pacis & Concordia amantium, excellentium, minimè suspectorum, exercitatorum, & singulari eruditione præditorum Theologorum (qui librum hunc accurata deliberatione habita ac vnanimi consensu & conscripserint & subscripserint) mentio sit: reuera autem non solum paucissimi reperiuntur Theologi & verbi Ministri, verum etiam magna ex parte Laici & Politici viri, Ludimoderatores, Baccalaurei, Stipendiati, Chorales, editui, usque ad equites: inter quos paucissimi Concordiam viderunt, nedum legerunt & intellexerunt.

## RESPONSI.

22. Mendacium Iesuitarum.

Discrimen subscripti-  
bentium libro Con-  
cordiz.

*Appertum & impudens mendacium est, quod in titulo & prefatione libri, non nisi huiusmodi hominum mentio facta sit, qui Concordiam subscribersint. Inscriptio enim ne minimo quidem verbo, vel doctorum vel in- doctorum meminit: sed solum Theologos nominat. In Electorum autem & Principum prefatione, Theologi tantum, qui deliberationi huius libri ad- bhibiti fuerunt, talibus Epithetis insigniuntur.*

*Quod autem in fine libri, adeo pauci Theologi, & Ecclesiastici ordinis homines, maxima verò ex parte Laici & Politici reperiantur: eiusdem farina mendacium & impudens calumnia est, cum tam in pagis, quam in vrbibus, verbi ministri solum, & ludimoderatores (quos ab Ecclesiæ ministerio nemo sanus excludet) subscribersint. Inter quos per Dei gratiam aliquot centum Magistri & Doctores sunt, quorum quisque ad Iesuitarum detestandam hypocrisyn aperiendam & detegendam sufficeret.*

## IESVITÆ.

Latin. pag. 2.

*Ab Apostolicis temporibus, per annos mille quingentos, in omnibus Concilijs, tam generalibus, quam nationalibus, aut provincialibus, soli Prelati, qui iurisdictionem aliquam habent, subscriberè consueuerunt. Sed ludimagistrorum & hypodidascalorum, nulla usquam inuenitur mentio.*

## RESPONSI.

*Non latet nos, Deo laus, que ratio in Conciliorum subscriptionibus obseruat a fuit: quam etiam in nostris conuentibus, antehac multoties fecuti sumus, ut si quid de Religione scripto comprehendenderetur, pricipiantium Theologi subscriberent: quemadmodum in Schmalcaldicis articulis videre licet.*

Cur etiam vulgariter docti Ministri subscripterint.

24. Mendacium Iesuitarum.

*Quod autem etiam vulgariter, nec ita excellenter docti Ministri subscripterunt: in scripto publico omitti id bene poterat, nisi Electores & Principes ad hoc coegerint impudentes vestre calumnia, quas contra ipsorum Theologos & Ministros, in publicam Confessionis Augustana contumeliam, publicis typis euomuistis.*

*Porro, de stipendiariis, edituis, & equitibus, quorum nominalib[us] Concordia subsignata sint (quemadmodum hic contumeliosè & vanissime obijcit) nobis planè nihil constat. Meminisse autem Iesuita debeant, qualia-*

qualibus ementitis titulis Tridentini Concilij Episcopi superbuerint, ut  
homines in sui admirationem raperent, cum se Episcopos & Patriarchas  
iactarunt, nescio quorum locorum, in qua nemo illorum vñquam perue-  
nit, neque ex illis Regionibus quisquam Ecclesiasticus ad Concilium Tri-  
dentinum missus erat. Præcipue verò suffraganei, eiusmodi titulos fictios, **Suffraganei.**  
sine solenni periurio consequi nequeunt: quos tamen preferunt, quamdiu  
suffraganei nominantur. Papa namquia iuramento astringuntur, velle se ea  
loca adire, vnde nomen sortiti sunt, & eos populos ad fidem Christianam  
conuertere, quamvis profectio ista nemini illorum vñquam in mentem  
venerit. Quare etiam è vestigio per Papam, à dato iuramento se absol-  
vi curant.

## I E S V I T A.

Quod autem librum istum, antequam typis mandaretur, pauci vide- **Germ. II. 12.**  
runt, nedum legerint & intellexerint, sed iniuti & coacti subscripserint,  
Distichon hoc docet:

*In libro vita, qui non potuere notari:  
Nomen in hunc librum compoſuere suum.*

## R E S P O N S I O.

Hic duo apertissima & impudentissima mendacia combinata videas: **25. & 26. Menda-**  
**cium Iesuitarum.**  
ad quæ distinctè respondebimus.

Primum enim, si isti Iesuitæ Praefationem attente legissent, & in ea  
Christianissimis Electoribus & Principibus, ut decebat, fidem habuissent:  
deprehendissent manifestè, quamprimum Concordia liber vñanimi con-  
sensu Torgæ approbatus est, quod Elector Saxonius Princeps Augustus,  
pia & excellentis memoria, eum ceteris Electoribus, Principib. & Ordini-  
bus August. Confessionem proſitentibus transmiserit, ac petierit: vt ipsi  
adhibitis præstantissimis ac doctissimis Theologis solicita-  
cura & pio zelo eum legerent, diligenter examinarent, &  
suam de eo sententiam & censuram scriptis comprehende-  
rent, & postremò de omnibus & singulis, iudicium suum eius-  
que rationes ipsius Celsitudini liberrimè exponerent. Has  
ergo censuras (inquit Elector Augustus) cùm accepissemus,  
multas in ijs piis ac utiles cōmonefactiones inuenimus, quo-

C 3 modo

**Prefat. lat. 2. a 8.**  
Quanta diligentia  
multorum doctissi-  
morum virorum,  
liber Concordia  
ante publicatio-  
nem elaboratus &  
perfectus fuit.

modo transmissa illa declaratio syncera doctrinæ Christia-  
næ , contra corruptelas ac depravationes sacrarum litera-  
rum testimoijis muniri & confirmari possit : ne fortè pro-  
gressu temporis , sub eius prætextu , impia dogmata occulta-  
rentur : sed syncera veritatis minimè fucata declaratio ad po-  
steritatem transmitteretur. Ex his ergo optimè meditatis li-  
ber iste piæ Concordiæ compositus & absolutus est. Hucusque

Iesuitæ Ingolsta-  
dienses mendacij  
arguant Electores,  
Principes & Ordines Augst. Con-  
fessionis.

Liber Concordiz  
ante editionem  
probè deliberatus.

Nemo ad subscri-  
ptionem libri Con-  
cord. coactus.

Ratio subscriptionis  
in Electoratu &  
Ducatu Saxoniz.

Impudens Menda-  
cium Iesuitarum de  
subscriptione libri  
Concordiz.

Quod ergo isti Iesuitæ, Electores, Principes atque Ordines imperij.  
qui manifestam veritatem commemorant, adeò impudenter & petulan-  
ter mendacij arguant: Leuisimorum ac vanissimorum hominum certis-  
simum argumentum est. Possumus enim verè affirmare, quod à multis  
inde seculis nullus liber conscriptus sit, qui ante editionem, non soñau-  
tot doctrinæ virorum, verùm etiam Electorum, Principum, alio-  
rumq; sapientissimorum hominum manibus versatus sit: ex quorum accu-  
rato iudicio, & pjs commonœ actionibus ita verbo Dei munitus & confir-  
matus est, vt falsi Doctores sub eo se occultare & latere minimè possint.

Secundò, ceteri verbi Ministri, non solum ipsi aut legerunt hunc li-  
brum, aut distinctè legentibus auscultarunt: verùm etiam, si quis eorum,  
vel minimum in eo scrupulum habuit, ante subscriptionem satis illi tem-  
poris datum fuit, de eo accuratè cogitandi. Præsertim verò in Electoratu,  
ac toto Ducatu Saxonie (vt & in ceteris, sine dubio, locis, pro cuiusque  
Electoris, Principiis atque Ordinis commoditate) factum est, vt non clam,  
sed publicè, vbi viriusque sexus homines auscultare potuerunt, aut in  
templa, aut curias, omnes Ecclesiæ & scholarum Ministrorum conuocati,  
ad diligentem & accuratam auscultationem excitarentur; & sequenti-  
bus expressis verbis grauter admonerentur: Ne quis dubia, hæsitan-  
te, aut contradicente conscientia subscribat. Si cui autem de-  
clarationem audiat, ac inde rem omnem diligenti meditatione  
perpendat.

Cùm igitur hec ita, nec aliter, se habeant: oportet hos Iesuitas omnem  
planè frontem exuisse, quod publicis typis euulgare non erubescunt, pau-  
nus legisse, sed contra voluntatem suam subscriptis Concordiæ librum vidisse, multò mi-  
ad consensum profitendum, vi coactos esse.

IESVI-

## I E S V I T A .

*Si Catholica Ecclesia eiusmodi consensum requereret: in puncto temporis haberet, non octo millia, sed plus quam octingenta millia subscribentium: neque ex sola Italia libentissime subscriberent, innumerabiles presbyteri & diaconi, atque scholarum & gymnasiorum prefecti: sed etiam ex Hispania, Germania, Gallia, America, Brasilia, India, Iaponia: nec deessent etiam ex Britania & Palestina.*

Germ. 12.  
Latin. 2.

## R E S P O N S I O .

*Ad hoc prius responsum est, quod non subscribentium numero vincere velimus, sed tantum illorum impudens mendacium refellere, qui clamitant: Inter omnes verbi Ministros non duos reperiri, qui in omnibus August. Confessionis articulis idem sentiant.*

Currantibus numeris subscriptorum in libr. Concordiz.

*Nec est ut Iesuitae clericorum suorum numerum ita ambitiose iactent: cum inter ipsos adeò rudes & indocti reperiantur asini, ut eruditis politici ne verbum quidem latinum vel loqui vel respondere possint.*

## I E S V I T A .

*Sunt etiam interdum addita nomina, Imperatorum aut Regum, aut Principum aliquorum, qui iuxta Episcopos & testimoniū & patrocinij causa subscripterunt.*

Germ. 12.  
Latin. 2.

## R E S P O N S I O .

*In Chalcedonensi Concilio magnus politicorum numerus nominatur, qui non solum vt testes, verum vt iudices quoque Concilio adfuerunt. Quod vos cùm Papa & clericis vestris, nequaquam politicis concessuri estis, donec Deus aliquando Principum corda illuminet, ut que in Religionis negotio partes sua sint, agnoscant.*

Politici in negotio Religionis iudices.

## I E S V I T A .

*Pater etiam illos numero multò pauciores fuisse, quam operis magnitudo requirebat: & artifices qui hoc opus fabricati sunt, ultra sex nō fuisse, & tamen nec hos inter se consensisse.*

Germ. 12.  
Latin. 2.

## R E S P O N S I O .

*Quod liber iste non sex tantum artificum opus dici posse, verum à precipuis August. Confessionis Theologis, diligenter communicatis inter se sententijs deliberatus, iudicatus, & conscriptus sit: ex Electorum, Principum, 27. Mendacium Iesuitarum. Liber Concordie non sex tantum vi- rorum opus.*

## De Vanitatibus &amp; Stultiis, quæ libro

28. Mendacium le-  
suarum.  
Sexviri, quos Patres  
Bergenses vocant,  
non discordes.

pum, ceterorumq; Imperij ordinum prefatione & verissimo testimonio  
liquet. Quare hac Iesuitarum obiectio impudens mendacium est.

Consimili vanitate scribunt: sex illos Theologos, quibus iste  
labor tribuitur, non fuisse concordes: quorum quidem duo iam  
in Domino quiescunt, quatuor autem per Dei gratiam adhuc superstites  
sunt. Omnes enim & singuli, corde, ore & manu, consensum suum de hoc  
libro testati sunt: quod & viuentes hodie faciunt, idq; Deo iuvante, ad  
extremum usque spiritum sunt facturi.

Quod autem in tanto subscriptorum numero, pauci quidam reperi-  
possent, qui post editam subscriptionem mutarint sententiam: ipsi operi  
nihil derogat, sed inconcussum firmamq; nihilominus permanet. Nam nec  
Concilij Nicani decreta idcirco subversa irritaque facta sunt, quod nonnulli  
Episcoporum, qui ab initio subscriperant, mutata sententia ab eo defe-  
cerunt.

## IESVITA.

## XIII. Vanitas.

Germ. pag. 13.  
Modestia, scilicet  
Iesuitarum.

Vltimè, vanitas vanitatum est & ingens stultitia, quod isti Vulcani-  
ci fabri & Patres Bergenses tentare audent Lutheri dissentientes  
discipulos, ex ipsis Lutheri scriptis conciliare, cum ea ipsa sint fon-  
& origo huiusmodi turbarum, & Lutherus sibi ipsis nunquam consenserit.

## RESPONSI O.

29. Mendacium le-  
suarum.

Consensus in libro  
Concord. non ni-  
titur scriptis Lu-  
theri.

30. Mendacium le-  
suarum.  
Quomodo Luthe-  
rus in agnitione ve-  
tatis creuerit.

D. Lutheri constans  
sententia contra  
Papatum, in articu-  
lis Schmalcaldicis  
comprehensa.

Consensum in libro Concordie descriptum, non Doct. Lutheri, sed sacra  
Scriptura libris nitit: Christianus lector in ipso libro deprehendet.

Quod autem D. Lutherus sibi ipsis nunquam consenserit, sed iam hoc, iam  
aliud scriperit: manifestum est mendacium. Et enim primum, cum in-  
dulgentiarum nundinas euertendas suscepisset, animus ipsi nequaquam  
fuerit, Papam eiusq; damnatum cultum in dubium vocare, atque ita in  
reliquis articulis acerrimum Papistam egerit: postea tamen abominandos  
errores & horribilem Idolatriam indies magie magisq; agnouit, & ex  
verbo Dei à veritate dignoscere copit. Atque ita tandem Schmalcaldicos,  
quos vocant articulos conscripsit, qui Mantuano Concilio exhibendi, &  
ibidem contra quosvis defendendi erant: quos etiam ad finem usque vita  
constanter fortiterq; propugnauit. Quemadmodum & nos quoque vna  
cum

cum alijs, illos vniuersos, vt & August. Confessionem, è verbo Dei, tan-  
quam verissimis Israeliſ fontibus erga quosuis tueri paratis sumus.

## I E S V I T A.

Ita vt D. Lutherus in multis pricipiis fidei articulis, non duas aut tres, <sup>Hanso-</sup>  
sed se penumero septem opiniones aluerit: Quemadmodum id Cochlae in  
suo septicipite Lutherò perbellè (scilicet) demonstrat.

## R E S P O N S I O.

Hac Cochlae, sicut etiam Casparis Quernheimeri, cuius Hallensis com- <sup>31. Mendacium Ie-</sup>  
menta, adeo putida mendacia, tamq; petulantia, maligne, ac palpabiles <sup>suitarum.</sup>  
corruptela verborum Lutheri fuerunt, vt D. Lutherus illa nullo responso  
dignatus fuerit, nisi quid ea longa scheda typis mandari curauit, & singu-  
lis adscripsit: mentitur, mentitur, mentitur. Quod adhuc in Tomis <sup>Vide Lutherum va-</sup>  
ipsius videre licet. Christianum vero Lectorem ad libros suos legendos remi- <sup>ticiantem de suis</sup>  
fit, in quibus àvños jas istas ipsum scripsisse finixerant, vbi nihil tale vn- <sup>Antilogistis.</sup>  
quam deprehensurus sit.

## I E S V I T A.

Multas alias & innumerabiles vanitates, que in isto Concordiæ libro <sup>Petr. Hanson.</sup>  
continentur, breuitatis causa missas faciamus. <sup>32. Mendacium Ie-</sup>  
<sup>suitarum.</sup>

## R E S P O N S I O.

Hic nemini dubium esse debet, si hi captiosi sycophanta & impudentiſ-  
fimi Calumniatores, ultra vel minimum specie quadam reprehenden-  
dum, in medium proferre potuissent, quod pro ingenio maligno longoq;  
vsi contracta & confirmata perueritate, nequaquam id pratermisſent,  
nec vlli vel moleſtia vel labore pepercissent.

Quantum autem Iesuitis istis, in hac quoque parte fidei habendum sit:  
id ex refutatione superiori impudentiſſimorum & palpabilium ipsorum  
mendaciorum planum factum est, & in sequente quoque nostra responsio-  
ne clarissime & quasi ad oculum demonstrabitur.

Atque hec hacten de 14. vanitatibus & ſtultijs, quas Iesuite Con-  
cordiæ libro, ex mera petulantia, ſtultitia & vanitate tribuerunt. Ex quo  
eriam facile estimare licet, quid veri & sinceri in reliquis duabus parti-  
bus librorum ab ipsis contra Concordiam scriptorum, expectari debeat:  
nimur nihil aliud quam pura, puta, crassa, & impudentiſſima men-

D dacia,

dacia, contra veritatem pro pali andis illorum iam dudum damnatis erroribus sparsa, qui etiam hodie in Papatu dominantur, & misera plebejula obtruduntur: quorum tamen ipsos in disceptatione pudet, nec eos aduersarijs objectos fateri audent, multò minus in tam clara Euangelij luce tueri ac defendere possunt.

## SECUNDA PAR S refutationis.

I E S V I T A E.

**D**E erroribus Concordiae, discordantibus à symbolis, in ipsa Concordia receptis.

R E S P O N S I O.

Sine omni dubio, occulta quadam numinis diuini prouidentia accidit, ut Iesuite ab initio statim Latini sui atque Germanici scripti, abominandam, horrendam & damnatam Calunianam atque Nestorianam heresim de Christo, contra Concordia librum proponerent. Ex qua quisque colligere posset, quo spiritu agantur: quam etiam hic breuiter perpendemus, & ad verbi Dei trutinam reuocabimus.

I E S V I T A E.

**P**rimus error est, quod Christus non solum ut bono, sed etiam ut Deus Patri fuerit obediens.

R E S P O N S I O.

Hic manifestus est, & dudum damnatus Nestorij error: quo Iesuitæ negant, Christum non solum ut Hominem, verum etiam ut Deum Patri obedientem factum esse. Quemadmodum enim Maria Christi non solum ut hominis, sed etiam ut Dei mater est, ut quæ Dei Filium verè concepit & peperit, vnde mater Dei verè est & dicitur, quod Nestorius hereticus dicere ac confiteri noluit, cum putaret hoc Deitati Christi ignominiosum fore, & ad contumeliam Christi Domini nostri pertinere: Ita quoque non solum ut Homo, sed etiam ut Deus patri obediens fuit. Atque ut tanquam Deus hanc obedientiam praestare posset, homo factus est, & in natura humana obedientiam praestando, genus humanum redemit: quod opus nudus & purus homo, sua obedientia perficere non potuisset.

Et hic subinde clarius patescet, Iesuitas Christum Iesum Dominum & Salvatorem nostrum (a quo indignè admodum nomen Iesuitarum sibi ascriuerunt) non tantum officij, sed etiam persona ratione, non verè agnoscere,

scere. In talem enim Iesum credunt, in quo non tantum duas naturas, sed etiam duas personas sint, quarum una (humanae nimis) Patri obediens fuerit, altera vero (nempe Filius Dei) in huius obedientiae communionem nullo modo venerit. Atque hanc ratione singunt ex Christo duplēm mediatorē: alterum qui obediens est, alterum qui nullam obedientiam Deo praefest. Proinde non sine causa ex illis querimus: utrum verum sit, quod Christus dixit: Non misit Deus Filium suū in Mundum, ut con- Ioan. 3.  
demnet mundū, sed ut seruetur mundus per eum. Si igitur Deus Filiū suū vnigenitū in Mundum misit, ut genus humanū seruaret: ne-  
cessē est bunc Filium Dei, obedientem fuisse Patri, dum in Mundum venit,  
naturam humanā assumpsit, & in ea nos miseris peccatores redemit. Hinc de Filio Dei aeterno, in symbolo Nicano cantatur: Descēdit de cœlis, &  
incarnatus est de Spiritu S. &c. Nec propter hanc præstitam in sua Deitate obedientiā, Filius Dei aeternus minor aut inferior patre factus est.  
Si vero Iesuita afferere volunt, missionem Filij in Mundum ad solam Christi Humanitatem pertinere: sequi necesse est, Christum humanam suam naturam (sicut nonnulli heretici ante aliquot secula despuerunt) cœlicus derulisse. Et quando Iesuita in eo persistunt, quod Christus secundum humanitatem tantum Patri obediens fuerit: Obedientia autem præcipuum opus officij Mediatoris est: hoc ipso clare demonstrant, se patroci-  
nari heresi atque insanie Francisci Stanckgri Mantuani, qui Mediatoris officium soli naturae humanae in Christo attribuit: qua de causa etiam ab omnibus sacerdos Ecclesijs Christi damnatus est.

Sed eadē quoq; opera ex inferis reuocant Iesuita heresim Nestorij. Que-  
admodum n. Nestorius dixit: Noli gloriari Iudæ, nō Deum, sed hominem crucifixisti: Ita Iesuita cum hoc suo Patriarcha Nestorio di-  
cunt: Audi bone Christiane, noli gloriari in obedientia aeterni Filii Dei. Non  
enim Deus, sed homo solum Patri pro te obediens fuit. Et hic apparet nimis  
verum esse, quod Spiritus Domini per Doct. Lutherū prædixit, cùm in libel-  
lo de Concilijs ad hunc modum scriberet: Et quis scit, quām multi et- Tom. Vvlt. Germ.  
6. fol. 530.  
iam nunc Nestoriani in Papatu sint: qui tamen hoc Concilium  
(Ephesinum) laudibus in cœlum usque extollunt, malè igno-  
rantes quid laudent. Atque sic clare patet, Iesuitas simul cum Nestorio  
heretico, cūq; nouis Nestorianis Calvinistis opera & personam Mediato-  
rū Christi (in ipsis quantum est) diuidere, & ex uno Mediatore duos, ex  
uno Christo duos Christos singere.

## De Erroribus, qui libro

Iesuitas ergo, in articulo de Persona Christi, cum Calvinistis facere, nemini amplius dubium esse potest. Quod Christianus lector in tota hac disputatione, qua nobis de hoc articulo cum Iesuitis est, diligenter notare velit.

Sed videamus, quos nam gravissimos errores Iesuitæ sequi putent, si obedientia Christi toti persona Deo & homini adscribatur.

## IESVITÆ.

34. Mendacium Iesu  
fuitarum.

Germ. 15.  
Lat. 4.

Qui error destruit penitus veram diuinitatem Christi, quam symbolum Nicenum contra Arrianos asseruit.

## RESPONSIO.

Tam non obedientia patri praedita, Deitatem Christi euertit, quam non Deitatem ipsius destruit, quod Maria mater Dei est.

## IESVITÆ.

Germ. 15.  
Lat. 4.

35. Mendacium Iesu  
fuitarum.

Arriana Collectio  
Iesuitarum contra  
Deitatem Christi.

Nam si Christus ut Deus patri obediuit, certè ut Deus à patre distinguitur. Alius igitur Deus est pater: alius Deus est filius. Sed unus tantum est verus Deus, & constat patrem esse verum Deum. Non igitur Filius (secundum doctrinam concordistarum) est verus Deus, nec obnoxius patri, ut in Niceno symbolo confitemur.

## RESPONSIO.

Rudes asinos, Iesuitas istos esse oportet, quod distinguere nesciunt inter unitatem Deitatis, & inter personas in hac una Deitate. Nam certè Filius à patre distinctus est, tanquam persona diuina, quæ ipse pater non est: Et tamen non alius Deus, quam pater est. Atque ita Pater & Filius unus Deus sunt, licet distinctæ personæ, quarum una alteri obedit.

## IESVITÆ.

Germ. 15.  
Latin. 4.  
36. Mendacium Iesu  
fuitarum.

Rursum qui obedit, minor est illo cui obedit. Nam imperare superioris, obedere inferioris est. Ergo si Christus ut Deus Patri obedit: ut Deus minor est Patre, & mentitur symbolum Athanasij, cùm ait: Aequalis patri secundum Diuinitatem, minor patre secundum Humanitatem.

## RESPONSIO.

Ratio obedientia  
Christi, erga suum  
Patrem.

Hecratio locum habet in ijs personis, quæ non sunt eiusdem dignitatis: rbi hac imperat, illa necessitate quadam parer etiam inuita. Cum Christo autem Filio Dei, eiusq; obedientia, res se aliter habet. Pater enim Filio vt Deo non imperauit, vt coactus humanam naturam assumeret: sed Filius

Dei

Dei sponte & libere hoc fecit, secundum eternum decretum totius Trinitatis. Quos ista etiam Filius Dei obedientia, alia est, quam obedientia subdilitera sua Magistratum.

Ad hanc symbolum Athanasii non loquitur de obedientia Christi, sed de substantia triusque naturae, diuine & humana: ubi Christus secundum Diuinitatem aequalis Patri, secundum humanitatem inferior Patre est. Pater enim est Creator celi & terre: Humanitas vero Christi est creature. Et nihilominus obedientia Christi, non tantum Humanitatis, sed etiam Deitatis opus est. Atque ita ad totam personam Christi (Deum & Hominem) secundum utramq; naturam, obedientia ista pertinet. Idcirco etiam Filius Dei ad Parrem suum caelestem inquit: Ecce, venio. In volumine libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam Deus meus: Volui, & lex tua in medio cordis mei.

Quomodo Christus secundum Humanitatem minor sit Patre.

Psalm. 40.

## I E S V I T A E.

Ad hanc, secundum illam Naturam Christus obediuit, secundum quam Germ. 15. mortuus est. Nam ipsa mors obedientia fuit summa & absolutissima. At non est mortuus Christus secundum Diuinitatem, sed solum secundum carnem, 1. Petr. 4. Ergo nec secundum Diuinitatem, sed solum secundum Humanitatem obediuit Patri?

Latin. 4.

37. Mendacium Jesu

fuitarum.

## R E S P O N S I O.

Antequam ad hunc Paralogismum respondeamus: natura & proprietas phrasum, quib; sacra Scriptura de Christo viatur, secundum carnem: secundum Spiritum: explicanda est.

Voces enim natura, secundum causam iudicant, propter quam Filio Dei adscribatur quod Humanitatis proprium est: Et vicissim cur Deitatis propria Homini tribuantur. Quia enim non duo, sed unus duntaxat Christus est, in quo due diverse Nature, arctissime & intimè vnitæ sunt: idcirco haec duæ nature, omnes istius unius Personæ operationes, passiones, & gloriam quoque, inter se communicant. Hoc modo Humanitas Christi non sine Filio Dei, nec ab eo separata patitur & moritur. Nec usquam in tota Scriptura sacra inuenire licet, quod Humanitas sine caro Christi, absque Filio Dei pro nobis passa aut mortua sit. Hoc enim esset Christum Nestorianum & fidem hereticam docere. Fides autem nostra Catholica sibi habet: Credo in Iesum Christum Filium eius (Dei Patris)

Communicatio naturarum in passionibus, operationibus, & gloria.

Caro Christi non sine Filio Dei pro nobis passa.

Hic Nestorianus error Jesuitarum & Caluinistarum refutatus est in posti. scriptio Virtenb.

Theol. contra Bre- mens. pag. 66. 176. 583. 605. & in te- spons. D. Iac. Andz. ad Apol Danzi.

**E. Ioan. 1.** **Vnigenitum Dominum nostrum: qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virginе, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus. Nec dicit: Caro, siue Natura humana, est concepta, nata, passa, mortua, sepulta: sed Filiū Dei unigeniti, DOMINI nostri conceptionem, natuitatem, passionem, mortem, sepulturam predicat. Iohannes Euangelista inquit: Sanguis Iesu Christi, FILII DEI, emundat nos ab omni peccato. Nam etiam in morte & sepulchro Filius Dei à carne sua nec separatus, nec persona diuisa fuit, alias conceptio, natuitas, passio, & mors ipsius, nobis NIHIL PROFVISET.**

Iesuitæ aperiè negant fidem Christianam.

Quia ergo Iesuitæ isti docent & contendunt, quod illa omnia ad Deitatem nihil pertineant: quis omnium Christianorum tam stupidus & barbus est, qui non intelligat, hos Iesuitas Catholicam, Christianam, & pianam nostram fidem manifesto negare, & cum Nestorio blasphemare: Noli gloriari Iudæ, NON enim DEVUM, SED HOMINEM CRUCIFIXISTI? Nec est ut nos doceant Iesuitæ, quod Deitatis per se, & secundum natura sua proprietatem, non possit crucifigi, vulnerari, lacerari, occidi. Non enim ita rudes & indocti sumus, ut ista ignoremus, aut non probè intelligamus.

Quomodo Filius Dei pati potuerit.

Verum quia Filius Dei, secundum proprietatem Natura sue, nec ex muliere nasci, nec pati, nec mori potuit: Idcirco assumpit naturam Humanam in unitatem persona sue, ut ratione carnis assumpta ex muliere nasci, pati, & mori posset. Ita ut natuitas, passio, & mors Christi, ipsius Dei natuitas, Dei passio, Dei mors sit & dicatur. Qua doctrina etiam nunc hodie, Iudai & Turcæ offenduntur: nec istud mysterium, sicut nec Iesuitæ cum socijs Calvinistis, ratione sua assequi, & mente compleSSI possunt: de quo postea plura dicentur.

### I E S V I T A .

Germ. 16.

Latin. 4. 5.

¶. Mendacium Iesuitarum.

Huius rationis refutationem prolix.

vide in scripto D.

Gerlachij contra

Bulzum, pag. 91. & sequent.

Denique, cur Apostolus Paulus ad Philip. 2. cap. disturus: Humiliavit semetipsum, factus obediens ad mortem, præmisit: Exinanuit semetipsum, formam serui accipiens? nisi ut nos admoneret, non secundum formam Dei, qua æqualis est Patri, sed secundum formam serui qua minor est Patre, Christum obedientiam Patri usque ad mortem præstisset.

RESPON-

## Concordiae falsò imputantur.

31

### R E S P O N S I O .

Istud nemo negat, quod Christus secundum Humanitatem Patri ad mortem usque obedierit. Sed questio est: quomodo haec verba, secundum Humanitatem, secundum formam serui, intelligi debeant? An per illa Deitas ab obedientia, quam Filius Dei, in assumpta Humanitate & forma serui suo Patri praefixit, excludatur? Hoc nos vna cum tota Scriptura sacra, & vniuersis Orthodoxis Patribus (quorum testimonia Paulò post adducemus) disserre negamus. Filius enim Dei, qui Naturam humanam assumpit, nec sola ipsis Humanitas, obedientiam banc praefixit.

Nec opus est, ut Jesuita ex libro Concordiae, & Locis communibus Philippi, istius doctrina nos prolixè conuincant: quandoquidem hanc non tantum constanter profiteamur, sed eam quoque summam nostram consolationem esse ducamus, quod obedientia, quā iusti & beati reputamur, Christo non solum secundum Humanitatem, verum etiam secundum Deitatem adscribatur, alioquin nec redempti, nec iustificati, nec saluati essemus.

Germ. 12.  
Latin. 5. 6. 7.

### I E S V I T A .

Quare autem dicunt Concordistæ: Totius personæ obedientiam illam fuisse? non satis erat dicere, fuisse Personæ? sed vtrique naturæ obedientiam non tribuissent, nisi totius personæ dixissent. Per rationem enim personam duas Naturas significare se dicunt.

Germ. 17.  
Latin. 6.  
39. Mendacium Iesuitarum.  
Obedientia Christi toti personæ tribuitur.

### R E S P O N S I O .

Jesuitæ, ad hanc questionem à se motam, rectè respondent: nimis quod predictam ob causam non satis sit dicere, obedientiam fuisse personæ. Et omnibus sinceris Christianis iudicium permittimus, quando TOTVS Christus nominatur, & TOTI Christo opus aliquod tribuitur, num id de vna duntaxat, an verò de duab. naturis intelligi debeat?

Quia igitur Jesuitæ, & perfidia ipsorum complices Caluinista in Confessione IESV, hucusque in scriptis suis vocabulo PERSONA luserunt, & sub eo vnam tantum naturam intellexerunt, cum Christo diuina & opera, & humane passiones adscribuntur: hoc modo fraudem istam deteximus, dum TOTIVS persona (qua phrasi vtraque Natura diuina & humana comprehenditur) mentionem fecimus.

Quomodo jesuitæ & Caluiniani, voce PERSONA luserint.

.Hac

Certa & firma regula, in doctrina de persona Christi.

I. Ioan. t.

Autor. 20.

Hac enim Christiano lectori sit certa, firma, & infallibilis veritatis regula, quam S. Scriptura & omnes sinceri Doctores confirmant: quod nacent, non habitaratione, quod ea unius tantum proprietates sint & manent, nec alterius proprietates in eternum siant. Nisi enim opera Medicorum Christi ad totam personam pertinerent: falso ab Evangelista Ioanne de Christo scriptum esset: Sanguis Iesu Christi Filii Dei, emundatus ab omni peccato. Falso quoque Paulus dixisset: Deus acquisiuit sibi Ecclesiam per proprium sanguinem.

### I E S V I T A .

Martinus Lutherus in libro de Conciliis & Ecclesia, non solum obediens, sed etiam passionem Diuinitati tribui posse contendit.

### R E S P O N S I O .

Mirū est hosce Iesuitas, qui sibi eximiē docti videtur, in Catholicō Doct. Vigilio adhuc non legisse verba hæc: Diuinitas est clavis confixa. Vbi Deitatem radio solis, & crucifixionem ictui, qui gladio fit, comparat, quo quis radium solis dirimere, non autem secare vel ledere posset.

Et quidem omnes contumelia, opprobria, & maledicta, quibus Christus in cruce affectus est, tam ad ipsius Deitatem, quam Humanitatem pertinuerunt: præsertim cum Iudei clamarent: Si Filius Dei es, descendē de cruce, & credemus tibi.

Si enim, vt Doct. Lutherus loco allegato verè scripsit, Deus pro nobis non est mortuus, sed tantum homo: perijmus. Proinde, secundum Catholicam nostram fidem, Dei passio, Dei sanguis, Dei mors est, quando hic homo moritur, qui cum Deo una persona est. Et hæc de priore, quem putant Iesuita, errore dicere voluimus. Vnde manifestum est, Iesuitas articulatum ipsum de obedientia, passione & morte Filij Dei ( quibus nos à peccatis redemit ) non credere, sed ea homini tantum adscribere, atque Deitatem ab illis excludere: quod est Nestorij damnatam heresin fidei Christianæ ex diabolico repugnantem aperte souere.

Iam etiam secundum ( quem bi Iesuite libro Concordia falso tribuant) errorem discutiamus.

Gerim. 16.  
Latin. 7.  
40. Mendacium Iefuitarum,  
Passionem Christi,  
ad Diuinitatem  
quoque pertinere,  
negantum.

Vigilius.  
Diuinitas clavis  
confixa.  
Vide D. Gerlach.  
contra Busbaum  
321. & seq.  
Conunita & male-  
dicta in crucifixum  
iactata, ad Deita-  
tem quoque perti-  
nuerunt.

Matth. 27.  
Luth. in lib. de  
Conc. & Eccles.  
Vide Refutat. Or-  
thodoxi Confessi.  
pag. 144.

I E S V I T A .

Alter error est, quod Christus fuerit perfunctus manere Mediatoris & Pontificis, non solum per humanam naturam, sed etiam per Diuinam. Qui error aperte pugnat, cum Christi vera Diuinitate, & proinde cum symbolo fidei, ubi dicitur: Christus Deus verus, de Deo vero.

41. Mendacium 16.  
fuitarum.  
Germ. 18. 19.  
Latin. 7.

R E S P O N S I O .

An non pius animus toto pectore perhorrescat, audiens, in Ecclesia Christi Catholica, tanquam errorem & heresin damnari, cum docetur: Quod Christus sit noster Mediator & Pontifex, secundum utramque naturam, & diuinam, & humanam? Verum perpendamus rationes Jesuclarum, ex quibus ipsarum horrenda & execrabilis heres amplius cognoscetur.

Horribilis doctrina Jesuclarum, de officio Mediatoris Christi: prolixè refutata à D. Grotio contra Bul. Pag. 89, 116. & seq.

I E S V I T A .

Nam Mediator per id, quod munus Mediatoris exercet, necessariò distinguatur ab eo, cuius est Mediator. Est autem Christus Mediator Dei & hominum. Ergo si ut Deus mediator est, ut Deus à Deo distinguitur. Erunt igitur duo Dij. unus maior, alius minor, ut Arriani volebant.

Germ. 19.  
Latin. 8.  
Prima ratio Jesuclarum.  
42. Mendacium.

R E S P O N S I O .

Ad hanc inanem & fuisse rationem, primum D. Paulus, deinde Augustinus, & ceteri Orthodoxi Doctores respondebunt, cum NOS Jesuclara longè inferiores esse putent, quam ut ipsis respondere valeamus. Sic autem scribit D. Paulus: Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi ipsi, non imputans eis peccata sua, & posuit in nobis sermonem reconciliationis. Quid potest evidenter & dilucidius contra Jesuclarum manifestam & Nestorianam heresin dici aut scribi? Sic enim habent Pauli verba: DEUS reconciliavit Mundum SIBI- ipsi. Quomodo ergo Deus, ab operere redemptiois & mediationis excludi potest aut debet? addit verò: PER CHRISTVM, intellige, Hominem. Nisi enim Deus Verbum Homo factus esset, per obedientiam & passionem sibi homines reconciliare non potuisset. Quemadmodum id Paulus amplius explicat, dicens: Unus Deus, unus etiam Mediator Dei & hominum, Homo Christus Iesus. Hac duo dicta Pauli si coniungantur, declarant nobis Christum Iesum Mediatorem secundum utramque.

2. Cor. 5.  
DEVS sibi ipsi Mundum reconciliavit.

1. Timoth. 2.

Christus etiam ut  
Deus, Mediator.

que naturam. Neque enim Deus solus, neque homo purus Mediator esse potuit: cum Deus sine humanitate pati, homo autem sine Deo passiones tantas sustinere & vincere non potuisset. Idcirco Mediator simul Deus & Homo esse debuit.

Eo autem, quod Christus etiam ut Deus noster Mediator esse dicitur, non distinguitur a Deo, quasi ipse non sit verus Deus, sed alius Deus, atque ita duo sint Dij, unus maior, alius minor: sed Christus solum a persona Patris & Spiritus sancti discernitur, quod nec Pater, nec Spiritus sanctus, sed solus Filius Mediatores officio fungatur. Quemadmodum etiam neque Pater, neque Spiritus sanctus, sed media & secunda persona Deitatis Naturam humanam assumpit. Et tanquam Deus sibi ipsi aequa, ac Patri, Spirituique sancto, atque sic toti sancta Trinitatis Deitati Genus humanum reconciliauit.

## IES VITA.

Quocirca D. Paulus, cum dixisset: Vnus est Mediator Dei & hominum: mox adiunxit, HOMO Christus Iesus.

## RESPONSI.

Non opus fuit nomen Dei addere. Quamprimum enim Christus Iesus nominatur, non solum homo, sed simul etiam Dei Filius intelligitur. Nam Christus Iesus non tantum Homo, sed etiam Deus in una individua persona est. Vox autem HOMO, propterea adiungitur: quia Christus ut Deus tantum Mediator esse non potuit. Nec duo Christi sunt, unus Deus, alter Homo, ita ut homo Mediator, Deus autem non Mediator sit. Ideo nec vocula, TANTVM, ab Apostolo ponitur: nimirum, quod Homo TANTVM, aut quod Christus TANTVM ut homo Mediator sit. Nibil horum in Paulo legitur. Sed Mediatorem, simul Deum & hominem esse, opus erat, alias nec Deus pater, nec homines, ipsum Mediatorem ferre potuissent.

## IES VITA.

Latin. 3.  
3. Ratio siue probatio Iesuitarum, &  
44. mendacium,  
quo Augustinus blasphemia Iesuitarum  
participem facere student.

Et D. Augustinus libr. 2. de peccato Originali, cap. 28. Non per hoc (inquit) Mediator est, quod aequalis Patri: Per hoc enim quantum pater, tantum & ipse a nobis distat. Et quomodo erit Medietas, vbi eadem distantia est? Ideo Apostolus non ait: Christus Iesus, sed HOMO Iesus Christus. Per hoc ergo Media-

Mediator, Per quod Homo: inferior Patre, per quod nobis propinquior: superior nobis, per quod Patri propinquior.

## RESPONSI O.

Hec verba Augustini tam non aduersantur doctrina nostra, quam verba sancti Pauli: Sed eadem utrobius mens & sententia est: nimurum, quod Filius Dei Mediator esse non potuisse, si Deus T A N T V M , nec Homo factus fuisset. Sic enim Augustinus se ipsum explicauit, Tract. 82. in Ioannem scribens: Quid est enim & ille Homo, nisi quod Deus susceptor est eius? Deus enim erat Verbum, unigenitus, gignenti coternus: sed ut Mediator daretur nobis, per ineffabilem gratiam Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.

Genuinus sensus  
verborum Augusti-  
ni, eorumque de-  
claratio.

Quibus verbis Augustinus clare docet, quod homo iste nihil esset, nisi a Filio Dei suscepimus esset, ut nobis Mediator daretur. Opus enim reconciliationis, nudus homo perfidere non potuisse: sed necesse fuit Mediatorem simul Deum & Hominem in una persona esse, ut aequali cognationis gradu, tam Deum, quam homines attingeret, & à neutra parte rejici posset. Ideoq; Filius Dei unigenitus IN Humana natura, & PER Naturam humanam officio Mediatoris perfactus est.

## IES VITÆ.

Augustinus loco predicto: Quod apertius ita dicitur: Inferior Germ. 19.  
Patre, quia in forma serui: superior nobis, quia sine labe pec- Latin. 8. 9.  
cati. Et Tract. 82. in Ioan. Mediator Dei & hominum, non in Augst. Tract. 82.  
quantum Deus, sed in quantum homo est Christus Iesus. in Ioan.

Augst. Tract. 82.

## RESPONSI O.

Hec verba Augustini eundem sensum cum precedentibus habet: quod Christus ut Deus tantum, non potuerit esse mediator Dei & hominum, sed quod simul eum hominem esse oportuerit. Sic enim Augustinus suorum verborum optimus interpres, mentem suam explicat in libro de ouibus, cap. 12. scribens: Ego, inquit Dominus, ero illis in Deum, & seruus meus Dauid, Princeps in medio eorum. Quare in me dio eorum? quia Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, Princeps in medio eorum. Inde & MEDIATOR Dei & hominum, quia DEVS cum Patre, quia HOMO cum

Augustini doctrina  
de officio Mediato-  
ris Christi.

Quomodo Christus  
Mediator sit secun-  
dum Deitatem &  
Humanitatem.

hominibus. NON MEDIATOR HOMO, PRAETER DEITATEM. NON MEDIATOR DEVS, PRAETER HUMANITATEM. Ecce Mediator. DIVINITAS SINE HUMANITATE, NON EST MEDIATRIX: HUMANITAS SINE DIVINITATE, NON EST MEDIATRIX: Sed inter Divinitatem solam, & Humanitatem solam, MEDIATRIX EST HUMANA DIVINITAS, ET DIVINA HUMANITAS CHRISTI. Hec Augustinus. Quid quo<sup>rum</sup> luculentius dici aut scribi posset contra Nestorianam, & iam olim damnam hæresin Iesuitarum, de Mediatore Christo? Quod videlicet, non tantum ut Homo, sed etiam ut DEVS Mediator sit?

Deitas etiam inter  
Deum & Homines  
Mediatrix est.

In primis autem diligenter hic obseruandum est, quod Augustinus non simpliciter vocem DEVS, sed DEITATEM ponit: ut in hac questione nullum dubium simplicioribus, nouis vero Nestorianis Iesuitis, nulla laterbra relinquatur, sub vocula DEVS se occultandi, suamq<sup>ue</sup> hæresin regendis quemadmodum vñā cum socijs Caluinistis (si nullum aliud effugium patuit) facere consueuerunt, nugantes: Hominem, qui Deus est nec à Deitate separatus, esse obedientem, esse Mediatorem, ita tamen ut opus Mediatoris ad Deum sive Deitatem nihil pertineat. Quo modo etiam Nestorius docuit & contendit, hominem, qui in utero matris Deus erat, ex Maria ita natum esse, ut natiuitas hoc, ad Deum sive Deitatem nihil pertinuerit.

Cum hoc testimonio Augustini, consentiunt omnes Orthodoxi Patres,  
 a. Hilarius, b. Cyprianus, c. Cyrilus, d. Chrysostomus, e. Vigilius,  
 f. Theophylactus, g. Beda: hi omnes manifestis, disertis & claris verbis,  
 officium Mediatoris, simul Deitati & humanitati in Christo adscribunt:  
 quorum singulorum verba, breuitatis causa referre huc nolumus. Cyrilus: Christus Mediator hominum atq; Dei factus, verè utramque Naturam attingit. Theophylactus: Nequaquam purus est Deus: neque enim homines hunc exceperint, QVI ERAT INTERCESSOR futurus. Nec simplex homo: quippe, QVI DEVUM ESSET ALLOCVTVRVS. Chrysostomus: Homo purus Mediator penitus nunquam fieret. Oportebat enim huiusmodi Mediatorem cum Deo colloqui. Deo item solus Mediator esse non posset. Neque enim ipsum suscepissent hi, quorum Mediator accederet. Cyprianus: Homo & Deus

- a. lib. 4. de Trin.
- b. lib. ii. adu. Iud.
- cap. 9. c lib. 3. in
- Ioan. cap. 9.
- d. hom. 7. in 1. Tim.
- e. lib. 5. cap. 4.
- f. in 1. ad Ioan.
- g. in cap. 3. ad
- Roman.

## Concordiae falsò imputantur.

37

Deus Christus, ex utroque genere concretus, ut Mediator esse inter nos & Patrem posset.

Quamobrem Iesuitæ, hac in parte aliquanto deteriores sunt socij Calvinistæ, qui Christo hoc munus secundum utramque naturam verbis tribuunt, licet in corde idem cum ipsis sentiant: quod tamen ut nimis crassum & aperte impium ore profiteri non audent.

### I E S V I T A.

Deinde, si Christus ut Deus Mediator est, sequitur unum è duobus, aut totam Trinitatem esse mediatrixem, aut Christum non esse unum Deum cum Patre & Spiritu sancto, sed alium quendam Deum. Nam quod vni personæ conuenit ratione Deitatis, id etiam alijs omnibus personis conuenit, qua habent eandem Deitatem.

Germ. 19.

Latin. 9.

4. Ratio Iesuitarum,  
& mendacium 45.

### R E S P O N S I O.

Neutrum horum, quahic Iesuitæ falsò colligunt, sequitur. Ut enim supra dictum est: Iesuitæ nesciunt inter unam Deitatem & personas Deitatis distinguere. Scriptura namque, clare testatur, non Patrem, non Spiritum sanctum, sed solam secundam personam Deitatis, hominem & mediatorum factum esse, à qua persona nec Deitas separari, nec ipsa Deitas diuidi potest. Quemadmodum igitur discrimen personarum non tollit unitatem Deitatis: ita officium Mediatoris non separat Filium Dei à patre, ut aliud Deus esse cogatur. Et quamvis Christus ut diuina persona, & ita ut verus quoque Deus, mediator factus est: hinc tamen nequaquam sequitur, quod Pater etiam & Spiritus sanctus Mediatores facti sint. Etsi enim Pater & Spiritus sanctus, cum Filio unus Deus sunt: Filius tamen alia persona, quam Pater & Spiritus sanctus, est. Quamobrem haec Nestorianaprobatio nibil contra nos efficiunt Iesuitæ.

Tantum secunda  
persona Deitatis  
incarnata.

### I E S V I T A.

Denique, esse Pontificem & Sacerdotem, intrinsecè & essentialiter includit esse creaturam, & longè minorem eo, cui sacrificium offerri debet. Omnis enim Pontifex & Sacerdos, Minister Dei est, & cultu atriae Deum suum colit, dum ei sacrificium offerit. Ergo si Christus ut Deus, Pontifex etiam est, & patri suo sacrificium defert: profectò ut Deus, Patri suo longè minor atque adeo vere & propriè creature est.

Germ. 20.

Latin. 9.

5. Ratio Iesuitarum.  
Heretica doctrina  
de sacrificio Christi  
in cruce, & 46.  
Mendacium Iesuitarum.

## De Erroribus, qui libro

## RESPONSI.

**Discrimen inter Christum, & Pontifices V. Testamenti.**

**Hebr. 7. 9. 10.**

**Acto. 20.**  
Deus per proprium sanguinem nos redemit.

**Quomodo Christus creatura sit.**  
Augustin. Epist. 57.

**Latin. 10.**  
47. Mendacium Iesuinarum, quod Arrianorum falsa probatione, suum errorem colorare tentant.  
Iesuita & Caluinex, Arrianismo & Mahometismo viam parant.

*Ingens discrimen est inter Pontificem Christum, & alios Pontifices veteris Testamenti. Christus enim Pontifex, Deus simul & homo est: reliqui pontifices tantum homines fuerunt, qui boues, iuencas, vitulos, oves, &c. obtulerunt: quorum sanguis, homines a peccatu redimere aut mundare non potuit. Christus autem Filius Dei se ipsum Deo Patri pro Generi humano obtulit, & per proprium sanguinem ingressus est semel in sancta. Unde preconium hoc Pauli: quod Deus per proprium sanguinem acquisuerit Ecclesiam. Deus, inquit, non purus homo. Deus autem sanguinem non habuisse, nisi homo factus fuisset, ut nos suo proprio, hoc est, Dei sanguine redimeret.*

*Qua propter eti Christus secundum Humanitatem, creatura est & secundum Deitatem enim equalis est patri: in assumpta vero Humanitate (secundum quam minor est Patre) exequitur Dei Filius summi Sacerdotis munus: per quod tamen aequalitati ipsius cum Patre & Spiritu sancto nihil derogatur. Sicut supra de obedientia quoque ostensum est.*

## IESVITÆ.

Hinc videlicet Arrianii inter propositiones suas, que leguntur apud Augustinum Tomo sexto, in sermone Arrianorum, etiam istam numerabant: quod Filius Dei Minister & Sacerdos sit Patris sui.

## RESPONSI.

Arrianis, eorumq[ue] blasphemia doctrina de Christo, vos Iesuitæ, vna cum socijs Caluinianis, viam sternitis, dum Christum vestra Nestoriana heresi discerpitis, officium mediatoris nudo homini adscribitis, atque ab hoc Mediatoris munere Deum & Deitatem, contra Scriptura sacra clarissima testimonia, & ynanimem Orthodoxorum Patrum Consensum penitus excluditis. Et ne quid hac in parte temere vobis imputare videamur: Lectori Christiano & omnibus p[ro]p[ri]is iudicium permittimus.

Qua vero de hoc articulo, Augustini sententia, fides & doctrina sit prius sufficienter demonstratum est. Idq[ue] amplius ostendit August. lib. 1. de Conf. Euan. c. 3. Secundum hominem (inquit) Christus & Rex, & Sacerdos effectus est, &c. Nisi enim homo factus esset: nec Rex; nec Sacerdos, atque ita vt Deus tantum, Mediator esse non potuisset. Per hoc autem

autem Deitas Christi, ab officio mediatoris nullo modo excluditur. Cum eo consentit Cyrilus, scribens: Quando factus est homo, vocatus est etiam Pontifex: non quod maiori Deo offerret sacrificium, sed sibi ipsi & Patri. Nam Christus Iesus Deus & Homo ut secunda persona Trinitatis, sacrificium obtulit Patri, non ut Deo maiori. Idem enim & non aliud Deus est, qui hominem assumpsit, quicq; in humana & per humanam Naturam tam sibi ipsi, quam Patri (non tamen ut absolute consideratus Deus, sed tanquam secunda persona Deitatis) pro peccatis Mundi se ipsum victimam obtulit: quod fieri non potuisset, si Deitas Christi, ab hoc sacrificio remota & exclusa esset.

Apol. ad Orientales  
in def. cap. 10.  
Iesus Christus, vt  
Rex & Pontifex sit.

Ex quo vniuersis constat: Iesuitas, contra Orthodoxam doctrinam de persona & officio Christi (in quibus animarum nostrarum salus consistit) Nestorianam heresin propugnare, quod nimis Christus TANTVM ut Homo, nec ut Deus & homo simul, Mediator Dei & hominum sit. Quod verbi diuini & Ecclesie Catholicae iudicio expressè damnatum est.

## IESVITA.

## Tertius Error.

Tertius error est, quod Natura humana Christi sit vbiique vere & rea-  
litter. Sic enim loquitur liber Concordiae, in articulo de cena Domini,  
pag. 572.

48. Mendacium Iesu-  
tuarum: quo Christo HOMINI di-  
uinam praesentiam  
derogant.  
Germ. 21.  
Latin. II.  
Vtrum Christus se-  
cundum Humanita-  
tem vbiique sit.

## RESPONSIO.

Hanc doctrinam constanter profitemur, nec quicquam in ea tergiuer-  
sum: & coram tribunali Iesu Christi intrepide eam confiteri parati su-  
mus. Sed initio monendus est lector Christianus, quod hoc de carnali, mu-  
dana, naturali, circumscripta & locali praesentia, nequaquam dicamus  
aut intelligamus, quasi humana Natura Christi, in se, & per se, secun-  
dum dimensiones suas vbiique sit. Que opinio, à Iesuitis & Caluinianis no-  
bis falso assingitur: contra quam solam ipsi pugnant, atque ita suum pro-  
prium commentum, non nostram doctrinam confutant. Nos autem intel-  
ligimus illud de spirituali, supernaturali, cœlesti, & diuina praesentia,  
quam Homo assumptus ex vniione personali, & participatione diuina Ma-  
iestatis Filij Dei, haber.

Quomodo Christus  
ut Homo vbiique sit.

Eftg

*Estq; hac nostra sententia, quod Christus, postquam ingressus est in gloriam Patris, sit Dominus omnium creaturarum in celo & in terra: nec tantum ut Deus, sed etiam ut homo, coelesti modo omnibus praesens, omnibus illius dominetur, easq; in manu & potestate sua habeat.*

## I E S V I T A.

Germ. 21.

Latin. 11.

1. Ratio Jesuitarum,  
& mendacium 49.

Porr̄d hic error repugnat primò scripturā, qua passim afferunt, Christum ratione humanitatis, alicubi non fuisse, Ioannis sexto: Cūm vidis- set turba, quod Iesus non esset ibi. Ioan. 11. Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam non eram ibi. Matth. vlt. Non est h̄c, surrexit.

## R E S P O N S I O.

Jesuitarum & Calvinianorum eadem opinio, & eadem rationes de omniprésentia Christi: de qua vide refut.

Orth. Conf. Virtemb. contra Brem. 399. 446. D. Gerlach. cont. Bus. 398. & seq.

Diferimen inter corpus Christi, & aliorum hominum corpora

Christus suo corpore simul pluribus locis localiter praesens non est.

Exaltatio Humanitatis Christi in Deum.

Hebr. 1.

In refutatione huius falso dicti erroris, & confirmatione sue erronae doctrina, vtuntur Jesuita argumentis & probationibus Calvinianorum & Zyuingianorum, perinde ac si ex illorum libris omnia transcripissent. Ad que nunc breuiter respondebimus.

Et primum quidem dicimus: si corpus Christi substantia & natura nostris simile, nullas alias prerogatiwas haberet, quam alterius homini corporis, excepto peccato: tum de hoc capite, immota persisteret Jesuitarum & Calvinistarum doctrina. Nam secundum proprietatem corporis atque modum naturalem, corpus Christi, vno tempore, in duobus, pluribus, vel omnibus locis praesens nunquam fuit: sed vno tempore, vno tantum loco fuit: quod Jesuita & Calviniani probè meminisse velint.

De hoc modo praesentie tantum, nec alio, omnia illa sacra Scriptura dilata loquuntur & intelligenda sunt, qua hoc loco Jesuita & Calviniani, ad refutandam nostram veram doctrinam, & confirmandum suum impium & blasphemum errorem, magno numero adducunt. Qua de causa, probatione ista minimè opus fuisse, cum nemo nostrum illud neget, sed ab omnibus & semper assertum fuerit.

Caterum corpori Christi, hoc est, Humanitati ipsius (qua per corpus intelligitur) talis maiestas data & re ipsa communicata est, qualis angelorum aut hominum nulli contigit, nempe Maiestas Dei propria, qua celum & terram omniaq; implet. Sicut scriptum est: Per semetipsum purgationem faciens peccatorum nostrorum, consedit in dextra Maiestatis in excelsis: tanto præstantior factus angeli,

## Concordiae falsò imputantur.

41

lis, quād exzellētius p̄ illis sortitus est nōmen. Nam cui dixit vñquam angelorum, sede à dextris meis? Hanc sessionem Explicatio sessionis ad dextram, idem Apostolus explicauit per impletionem omnium, cū ad dexteram Dei. scribit: Qui descendit, idem ille est, qui etiam ascendit super Ephes. 4. omnes celos, vt impleret omnia: non secundum Deitatem tan-  
tum, qua olim omnia implebat: sed vt OMNIA CVM CARNE IM-  
PLERET, ascendit: vt scribit Oecumenius. Et quidem omnes verè fideles in cælum, sed non supra omnes celos ascendent, nec quisquam eorum omnia implebit, vt Homo Christus Iesus, qui ad dexteram Maiestatis & virtutis Dei in cœlestibus, super omnem principatum, & potestatem, & potentiam, & dominium, & omne nōmen quod nominatur, non solum in seculo hoc, sed etiam in futuro, collocatus est.

Hic non absens per vicarios, vt Principes Mundani (qui in suis ditionibus, opera vicariorum vti coguntur) sed præsens dominatur, ac omnibus hominibus, tā malis, quā bonis adeo præsens est, vt non tantum omnes ipsorum actiones videat, sed etiam cogitationes cordium nouerit. Hic dixit: Sum vobiscum omnes dies, usque ad consummationem seculi. Item: Vbi duo vel tres congregati sunt in nomine meo, ibi sum in medio ipsorum, non dimidiis, sed totus Christus, & hic ipse Homo, qui discipulus suis in terra hac verbalocutus est.

## I E S V I T R E.

Secundò, repugnat hic error articulū symboli, de Christi conceptione, nativitate, passione, morte, descensu ad inferos, resurrectione à mortuis, ascensione ad celos, & descensu ad iudicandum.

50. Mendacium Iesuitatum.  
Germ. 21.  
Latin 12.

## R E S P O N S I O.

Hec verba etiam transcripta sunt ex libris Caluinianorum, Nestorij hereticorum: que multories solidè refutata sunt. Hic vero, contra Jesuitas, illorum socios, refutationem istam breviter repetemus. Et quia omnium articulorum fidei de Christo, genuinum & proprium sensum, sui erroris stabilendi causa peruerterunt, ideoq; ad singulorum depravationem eodem modo responderi posit: omnes simul, eadem confutacione complectentur. Primum autem verba ipsorum ponemus.

In Refutat. Orth. Conf. 60. 64. Vviterb. contra Bremerf. 166. & seq. D. Gerlach. contra Bus. 398. & seq. Jesuita peruerterunt sensum Catholickum fidei Christianae de Christo.

F

I E S V I -

## IESVIT A.

1. *Nam articulus de conceptione docet, in solius M. riae utero, corpus Christi fuisse. At si ubique fuit statim ab incarnatione, ut aduersarij docent: fuit in uteris omnium feminarum, immo etiam omnium virorum. Articulus de Natiuitate docet, Christi corpus post nonum mensem ex utero prodisse, & sic vere esse natum. At secundum ubique, ante nonum mensem, immo primo die conceptionis fuit extra uterum, & post nonum mensem adhuc erat in utero, nec inde unquam exiit. Parvitate destruunt ceteri articuli. Qui enim semper ubique fuit, non vere potuit in passione transfire de loco cœna ad hortum, nec de horto ad domum Caipha, nec inde ad prætorium Pilati, nec inde ad locum Caluarie. Nec potuit in morte separari anima à corpore, ita ut corpus sine anima in sepulchro iaceret, & anima sine corpore ad inferos descenderet. Nec potuit verè anima in resurrectione ad corpus redire: nec corpus illud rediuiuum de clauso sepulchro egredi: nec intrare ad discipulos iamuis clausis. Nec deniq; verè potuit in cœlum descendere: nec poterit verè in nouissimo die de cœlo descendere: sed hæc omnia metaphorice exponi debent, quemadmodum cum de Deo legimus eiusmodi mutationes.*

## RESPONSIO.

**Crassa opinio Jesuitarum & Calvinianorum de praesentia corporis Christi.**

Ex hoc rationis humanae commento liquet, Jesuitæ, Zwingianos, & Calvinianos, nullum alium modum praesentia corporis Christi nouisse, quam corporalem, visibilem, palpabilem, localem, quem solum omnes ipsorum probationes respicunt, nec quicquam contra nostram doctrinam evincunt, cum de hoc nullum unquam certamen fuerit, ut prius dictum est. Isto namq; modo corpus Christi, nouem mense in utero matris, nec extra eum in ullius alterius feminæ aut viri ventre fuit. Pari modo, cum in horto erat, simul in domo Caipha, aut Pilati prætorio non fuit. Et sic de ceteris articulis omnibus sentiendum & loquendum: de quo etiam nulla unquam controversia fuit, nec hodie est. Atque istud corpus Christi, cum omnium sanctorum, immo omnium hominum corporibus commune habet.

**Questio principialis de praesentia Christi.**

Verum questio est: An Deo aliis modus praesentia quam ille crassus, corporalis, carnalis, localis, non sit? Ad hoc quasitum vos Jesuitæ & Calviniani categorice respondeatis, nec instar comprehensi serpentis vos torqueatis,

## I E S V I T A .

Nec valet responsio quam afferunt, cùm dicunt: Christum verè esse natum: quia cùm fuisset in utero localiter spatio nouem mensum & non alibi, postea esse caperit localiter extra uterum, & non in utero.

st. Mendacium 1e.  
suitarum.  
Germ. 22.  
Latin. 12.  
Inane effugium 1e.  
suitarum.

## R E S P O N S I O .

Non sufficit rem manifestam negare: sed contrarium quoque probandum est. In eternum autem verum manebit, quod Christus in utero materiali existens, simul extra eum localiter non fuerit.

## I E S V I T A .

Nam quod verè est ubique, siue localiter, siue alio modo sit: non potest propriè moueri de loco ad locum, sed solum potest metaphoricè moueri, id est, apparere, vbi non apparebat, licet ibi esset.

52. Mendacium 1e.  
suitarum.  
Germ. 22.  
Latin. 12.

## R E S P O N S I O .

Manifestè hic deprehenditur crassus & palpabilis Iesuitarum error, quem ne uno quidem sacra Scriptura testimonio verisimilem reddere possunt.

Nec tantum Scriptura sacra testimonij destituuntur, sed etiam palam falsum est, quod afferunt. Rem verè ubique existentem etiam modo non locali, non posse verè & propriè de loco ad locum moueri. Hoc neque verbo Dei, neque vila ratione philosophica probari possunt. Quod si verum esset, quamq[ue] creaturam, non nisi locali modo praesentem esse posse, vbiunque est: obtinerent quod volunt Iesuitæ. Sed quia hoc ipsis non concedimus, verum contrarium ex verbo Dei evidenter demonstramus, nimirum quod corpus Christi, siue eius Humanitas, non vnum tantum, sed duos presentia modos habeat, alterum quo secundum proprietatem veri corporis de loco ad locum se mouet, & hoc re ipsa ac verè, non apparteret: alterum, quo secundum communicatam Maiestatem non opus ei est de loco ad locum moueri, sed omnia presentia illi sunt, & ipse quoque omnibus creaturis presens est: quibus obsecro, argumentis, siue ex Scriptura, siue ex Ratione desumptis, si etiam hac tota Societas omnes vires coniungat, infirmare istud poterit.

Corpus Christi dupl. modum  
plicem modernum  
presentia habet.

Nec tantum localis presentia (que omnium crassissima est) vera praesentia nomen habet: sed etiam vera realisq[ue] presentia est, que modo localis.

## De Erroribus, qui libro

non fit: Et hoc magis nomen vera præsentia quam localis illa meretur: sicut illi ipsi Iesuitæ de Christo fateri coguntur.

## I E S V I T A .

Germ. 23. Latin. 14.  
53. Mendacium Ie-  
suitarum.

Tertiù , repugnat hic error veritati corporis Domini in Cœna: & quod admirabile est, confirmat Zwinglij sententiam, ad quam destruendam excogitatus est.

## R E S P O N S I O .

Quod hæc Iesuitarū assertio (que verè mirabilis auditu est) nihil pro-  
fus valeat: ex futili ipsorum probatione liquebit.

## I E S V I T A E .

Germ. 23. 24. Latin. 14.  
54. Mendacium Ie-  
suitarum.

Nam si corpus Christi ab ipsa conceptione est ubique: non egemus Sacra-  
mento cœna, vt præsentiam habeamus corporis Domini. Quid igitur Sa-  
cramentum cœna facit? non exhibet certè præsentiam corporis Domini:  
nam hæc antea quoque aderat. Quid igitur facit? nisi hoc, quod significat  
corpus Christi adesse? At hoc volunt Zwingliani, ex vi Sacramenti cœna  
nihil nos habere, nisi signum.

## R E S P O N S I O .

Christus in statu hu-  
militatis secundum  
Humanitatem non  
fuit ubique.

Ioan. 1.  
Matth. 27.

Verum dicant Iesuitæ, vbi in libro Concordia scriptum sit, quod corpus  
Christi, ab ipsa conceptione sua ubique fuerit? In qua pagina, in quo pa-  
ragrapho, aut linea? nihil horum yspiam monstrare poterunt. In statu  
enim ex inanitionis Christus non plenè, sed quasi ex parte hac sua Maiestate  
vñs est quando voluit, (vt cum Nathanael sub sicu: asinam Bethanie,  
localiter absens vidit) quam tamen personaliter Filio Dei vñitus, secun-  
dum Humanitatem habuit, non autem ubique usurpauit.

Christus Homo in  
statu gloria, omni-  
bus rebus præsens.

Postquam verò formam serui secundum Humanitatem depositit, atque  
in gloriam Patru sui ingressus est: usurpat eam perpetuò, vt ipsi nihil ab-  
sens, nihil occultum, sed omnia præsentia sint.

Diferentia inter  
præsentia Christi in  
cœna, & omnipre-  
sentiam. Vide Re-  
fut. Orth. Conf.  
507. 614. Vvitemb.  
cont. Brem. 315.  
318. 643. seq. 735.  
D. Gerlach. contra  
Buf. 421. seq.

Præsentia autem corporis Christi in S. Cœna, longè alia & diuersa est  
ab hac generali omnipresentia. In sacra enim Cœna, secundum Testa-  
mentum & institutionem suam, dat nobis suum corpus & sanguinem cum  
pane & vino ad manducandum & bibendum: quod in nullo alio modo aut  
potu fit: & hoc in mysterio, ac modo Rationi humanae incomprehensibili.  
Ad quam præditionem, nullo ascensu aut descensu, aut alio quoquis motu  
locali

## Concordiae falsò imputantur.

45

*locali ipsi opus est, sed sedens in throno omnipotentis virtutis Dei, peragit Praesentia corporis  
hac omnia in Ecclesia sua, omnibus & singulis præsens. Hac doctrina nititur immotis S. Scripturae testimonij, sicut prius ostensum est: & solùm requirit firmam fidem, que si omnipotentem personam Christi & verba Testamenti respiciat, nunquam falletur. Contrà verò founte Iesuita & Sacerdotes pontificij carnalem & stultamphantasiam de perpetuo descensu & ascensu corporis Christi in suis Missis: quemadmodum Ius ipsorum Cœnæ consenserunt. De Consen. dist. 1.*

## I E S V I T A.

*Præterea, si Christi corpus ubique est: non potest verè cum pane, quantumlibet consecratu sumi, nec sanguis eius cum vino, quantumlibet etiam consecrato bibi. Nam panis & vînum ideo sumi verè possunt, quia non sunt ubique, & proinde verè transiunt de mensa ad manum, de manu ad os, de ore ad stomachum: qua de Christi corpore & sanguine dici non possunt, si ubique sunt. Quemadmodum, licet Deus ubique sit, nemo tamen cum pane Deum comedit, nec cum vino Deum bibt.*

Latin. 15.  
4. Ratio Iesuitarum: 55. mendacium continens.  
Capernaïtica cogitationes de corpore Christi in Sacramenta Cœnæ.

## R E S P O N S I O.

*Iesuita de pastu, qui in S. Cœna fit, modo planè Capernaïtico loquuntur, ac si corpus Christi instar bucella carnis aut casei, cum frusto panis daretur & acciperetur. Cum tamen hac pastio fiat sine omni locali motu corporis & sanguinis Christi de loco ad locum, modo nimis cœlesti, in mysterio, ut antiqui & Orthodoxi Doctores, & in primis 200. Patres Concilij Ephesini de hoc Sacramento locuti sunt. Et Hugo Cardinalis in 1. Cor. cap. 10. scribit: Corpus Christi hanc habet dignitatem ex natura unionis cum Diuinitate, UT SIMVL SIT IN MVLTIS LOCIS, videlicet, cum Cœna Domini celebratur.*

Præbitio corporis Christi sine omni locali motu in sacra Cœna.

## I E S V I T A.

*Quorsum igitur Eucharistia? Ut habeatur corpus Christi frumentum, et uos, Latin. 15.*

F 3

56. Mendacium Iesu  
osè, dicet aliquis Brentianus. Ergo solus fructus, sola efficacia,  
sola virtus corporis Domini sumitur in cena? At hoc ipsum docent Cal-  
vinisti.

## RESPONSI.

Operatio à carne  
Christi non est sepa-  
rata.

Fructus iste, efficacia & virtus non diuelliuntur à corpore & sanguine  
Christi: quæ ipse præsens, & non absens (excepta locali absentia) operatur.

## IESVITÆ.

Germ. 25.  
Latin. 16.  
5. Ratio Iesuita-  
rum, 57. menda-  
cium continens.

Quarto, repugnat hac ubiuitas Decreto Dresdeni, quod in Saxonie  
ab ijjdem confessionis Augustana Theologis, ante annos circiter decem pro-  
mulgatum est, id est, anno 1571.

## RESPONSI.

Dresdense Decre-  
tum non fuisse  
Theologorum  
August. Confessio-  
nis.

Illi, qui Decretum istud Dresdena fecerunt, nequaquam fuerunt Augu-  
stana Confessionis Theologi, sed clandestini & fraudulentii Calviniani.  
Qua de causa etiam à laudatissimo Electore & Principe Augusto, ex Elec-  
toratu Saxonia, & ditionibus iuniorum Principum, Celsitudinis ipsius  
cognitorum, tanquam Ecclesia perniciöissima pestes, electi sunt.

## IESVITÆ.

Germ. 25.  
Latin. 16.

Quinto, repugnat sententia primarij auctoris Confessionis & Apologia:  
qui duo libri primum locum in Concordia obtinent. Philippus siquidem  
Melanchthon in Epist. ad Fridericum Comitem Palatinum, quam scripsit  
anno 1551. repudiauit ubiuitatem.

## RESPONSI.

Philipus Melan-  
thon non est author  
August. Confessio-  
nis.

58. Mendacium Ie-  
suitarum.

Philipus Melanthon, author Augustanae Confessionis, dici nequit:  
quandoquidem Confessio hæc commune opus sit omnium Theologorum, qui  
tum Auguste in Comitijs Imperij conuenerunt, ex iam ante concep-  
tione D. Lutheri articulis conscripta, & communī eorundem iudicio probè ex-  
pensa: licet Philippus, adiuncto sibi de consilio reliquorum adiutori Bren-  
tio, calamus accommodauerit.

Ad hæc, Confessio Augustana non authoritate Philippi, sed solū verbo  
Dei nititur. Vnde etiam Philippi persona & authoritas eidem nec addit  
nec detrahit quicquam.

## IESVI-

## I E S V I T A.

*Denique repugnat ubiquitas S. Augustino, & omnibus Patribus. An-*

*gustinus enim inquit: Non est consequens, vt quod in Deo est,*

*ita sit ubique vt Deus. Nam & de nobis verissima Scriptura*

*dicit, quod in illo vivimus, mouemur & sumus, nec tamen si-*

*cuit ille ubique sumus.*

## R E S P O N S I O.

*Quis horum verborum Augustini verus sensus sit, sequentia clare do-*

*cent. Vbi enim Christum secundum Humanitatem nobiscum confert, re-*

*spsicit substantiam & proprietatem Naturae humanae, hoc modo: quod si-*

*eum ex illa non sequatur nos ubique esse, ita nec Christum secundum pro-*

*prietatem & substantiam Naturae humanae ubique esse.*

*Ne quis autem hinc colligeret, Christum hominem non plus alio quoquis*

*homine posse: statim subiungit correctionem his verbis: SED ALITER*

*HOMO ILLE IN DEO, quoniam aliter & Deus ille in HOMINE,*

*proprio quodam & SINGULARI modo. Vnaenam*

*persona Deus & homo est, & utrumque est unus Christus Ies-*

*lus. Ubique per id quod Deus est: In celo autem per id quod*

*HOMO est. Quibus verbis postremis Augustinus utriusque Naturae*

*proprietatem indicat, quid per se, & ex se sint: quo tamen Majestatem di-*

*uinam Christo homini non derogat. Sic enim alio loco suam mentem de-*

*clarat: Si diuina substantia longè distantior & incomparabili Lib. 1 de pecca. me-*

*dieritate sublimior, potuit propter nos ita suscipere huma-*

*nam substantiam, ut una persona fieret, ac sic Filius hominis,*

*qui erat in terra propter carnis infirmitatem, IDEM ipse esset*

*in celo PER PARTICIPATAM CARNI DIVINITA-*

*TEM: quantò credibilius alij homines sancti & fideles eius,*

*fiant cum homine Christo unus Christus? Hec Augustinus. Ex*

*quolibet, Christum sua carne in celo fuisse per participatam carni Dei-*

*tatem, eo ipso tempore, quo localiter in terra versatus est.*

*Sed audiunt quoque Iesuita, quid socius ipsorum Gregor. de Valent. in*

*Tractat. contra fundamenta, &c. pag. 65. de dicto Augustini scripsierit:*

*Hic (inquit) minimè negat (Augustinus) corpus per potentiam*

*absolutam DEI, alicubi esse posse modo non locali: ac*

*multò minus, præsens esse posse per eandem DEI virtutem*

*in mul-*

39. Mendacium.

Latin. 26.

Latin. 17.

Epist. 57.

D. hoc dico An-

gust. vide Refut.

Orth. Conf. 80. 87.

postr. script. Virt.

cont. Brem. 414.

D. Gerlach. contra

Busæum 443.

Collatio Christi no-

bisæum, secundum

Humanitatem.

Discrimen Christi

hominis, & aliorum

hominum.

in multis locis. Tantum enim disputat, non posse corpora naturali modo sine locis, quibus continentur, existere. Hec vester Gregorius: cum quo ut vobis conueniat, dissipite.

Præterea etiam supra ostensum est, quo sensu vocabula hæc, secundum, κατὰ, tum in sacra Scriptura, tum à Patribus Orthodoxis usurpatæ: quod ijs nimis non solum naturarum proprietates, sed etiam causa inducetur, cur unius naturæ proprietas, alteri naturæ in Christo propter unionem personalem tribuatur.

Quemadmodum enim nō sequitur: Maria peperit Christum secundum carnem, hoc est, Christum hominem: ergo Filium Dei non peperit: ita quoque cùm Augustini inquit: Christus Iesus secundum id quod Deus, est ubique: si qui hinc concludere vellet, ergo ipsius humanitas est causa, quod Filius Dei verè ex muliere natus est: ita Deitas causa est, quod homo iste modo celesti ubique esse potest: quod nulli hominum aut angelorum contigit.

## IESVITÆ.

Germ. 26.  
Latin 18.  
so. Mendacium Iesuitarum.

Neque hic locum habent distinctiones de varijs modi essendi in loco. Nam S. Augustinus negat in forma id ipsum, quod aduersarij docent. Ibi enim volunt, propter unionem hypostaticam, Christi humanitatem necessariò esse debere, vbiunque est Verbum, modo quodam supernaturali & diuino.

## RESPONSIΟ.

Christus secundum  
Humanitatem nou  
est ubique, VT  
DEV S.

Hanc distinctionem ipse Augustinus tradit, quod Deus aliter in HOC MINE Christo sit, quam in nobis. Atque hoc solum inde concludit: Neq; Christum, neque nos ubique esse ita, hoc est, eo modo quo Deus ubique est: nimis ex se, & per se secundum proprietatem naturæ sua. Plura ex dicto Augustini omnes Calviniani & Iesuitæ euincere non poterunt. Numquam enim Augustino in mentem venit, Christo secundum carnem hanc Maiestatem detrahere: sicut paulo antè verbis ipsius declarauimus.

Si autem hic nulla distinctione locum habet, & Christus secundum Humanitatem ita in celo est, ut simul suo corpore, nullo modo nobiscum in terra esse posse: quomodo vos Iesuite una cum ceteris Pontificijs credere potestis, Christum suo corpore in sacra cena presentem esse, & quidem in toto terrarum orbe, una die & hora in multis locorum millibus, in quibus

Sacra-

Sacramentum hoc dispensatur, vt tamen cœlum non deserat? Ex quo videlicet, quantum dissentient Iesuitæ ab errore Calvinistarum in articulo de Sacramento cœnae. Vnde mirum non est, Iesuitas Papatum deserentes, Calvinianorum portius, quam nostram Confessionem amplecti.

## IESVITÆ.

Habemus etiam insigne exemplum in anima rationali. Nam caput unum est anima: & tamen non ubique est anima, ibi continuo est caput: cum anima sit etiam in pedibus, vbi certè non est caput.

Germ. 29.

Latin. 18.

Similitudo capitis  
& animae, male ac-  
commodata.

## RESPONSIO.

Caput velut pars integralis corporis humani, non dicitur personaliter unitum anime, quemadmodum Humanitas Deitati. Idecirco haec similitudo locum non habet. Deinde, et si caput in pedibus non est: eiusmodi tamen coniunctio & communio capitum pedibus intercedit, vt si quis sanitatem capit utriusque & conservare velit, diligentem pedum curam habeat: quare ipse capiti, secundum medicorum præcepta, consultetur. Ita quoque Christus secundum Humanitatem non est quidem localiter, hoc est, modo terreno, carnali, & mundano, suis membris in terra presens: attamen secundum participatam Majestatem (in quam secundum Humanitatem verè & realiter assumptus & collocatus est) omnibus illis multò presentior est, quam illa creatura alteri presens esse potest. Sic enim promisit: Ecce, ego vobiscum sum omnes dies, usque ad consummationem seculi. Item: Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio ipsorum. Et: Ascendit super omnes celos, ut impleret omnia.

Atque hic Lector Christianus probè notet, quod hoc ipsum argumentum Iesuitarum, Calviniani huc usque contra veram præsentiam corporis & sanguinis Christi in Cœna, & contra præsentiam Christi hominis in Ecclesia plurimum usurperint: ad quod illis etiam sufficienter responsum est. Et merito pudere debebat Iesuitas, se plumbum Calvinistarum vestire, cum in hoc ipso articulo de præsentia Christi, nolint videri cum Calvinianis sentire aut colludere, quandoquidem scriptis publicis contra ipsos pugnant.

Matth. 28.

18.

Ephes. 4.

I E S V I T A E.

## Quartus Error.

Germ. 27.

Latin. 18.

61. Mendac. negans  
sinceram doctrinam de communica-  
tione attributo-  
rum diuinorum.  
Blaſphemā doctrina  
Iesuitarum contra  
omnipotentiam  
Christi hominis:  
confutata in Refut.  
Orth Conf. 326.  
369. in post. script.  
Vvitt. cont. Brem.  
237. 477. 491. 271.  
D. Gerlach. contra  
Buf. 179. 187.

Math. 28.

Coloss. 2.

Hebr. 1.

**Q**uartus error est, quod Christi humanitati sint collata verè & realiter multa attributa diuina, ut Omnipotētia, Omniscientia, Omnipræsentia, atque adeò ipsa diuina Maiestas.

## R E S P O N S I O.

Hac est horribilis & blasphemā doctrinā Iesuitarum, qua Christo ho-  
mini omnipotentiam, & diuinam Maiestatem impie derogant: cui pro no-  
bis & libro Concordia, Christus & Paulus respondebunt. Christus inquit:  
Mihi data est omnis potestas, in cœlo & in terra. Quid verò aliud  
est omnis potestas, quam omnipotens potestas, seu omnipotētia? Paulus  
scribit: In Christo sunt omnes thesauri sapientiæ ac scientiæ re-  
conditi. Item: Confedit in dextera Maiestatis. Quicunque igitur  
inficiatur, Christo non verè & realiter omnipotentiam, infinitam sapien-  
tiā, & diuinam Maiestatem communicatam esse: hic idem manifeste ne-  
get articulum Apostolice & Catholice nostræ fidet, quo confitemur, quod  
Christus in cœlum ascendens, collocatus sit ad dexteram virtutis & Mae-  
statis Dei Patris omnipotentis. Hac evum virtus aliud nihil est, quam ipsa  
omnipotētia.

I E S V I T A E.

Germ. 27.

Latin. 19.

1. Ratio Iesuitarum  
contra diuinam Ma-  
iestatem Christi ho-  
minis: continens  
62. mendacium: re-  
futatum in post.  
script. Vvittemb.  
ont. Brem. 256.  
234. D. Gerlach.  
contra Buf. 207.

Si Christi Humanitas verè & realiter non solum est vbiique, quia est  
in toto Mundo: sed quia habet omnipotentiam & immenitatem, quam  
habet Verbum, & proinde est in infinitis spacijs imaginarijs extra Mun-  
dum, vel certè esse potest: profectò est formaliter infinita & immensa.

## R E S P O N S I O.

Vbi verò extant testimonia ista. Scriptura sacra, quibus Iesuita hoc  
suum sophismā probent? Hic præter suum àvtos &c nihil habent: hoc est,  
Iesuitæ dixerunt: nemo ergo interroget, verum ne sit an falsum. At nos Ie-  
suitarum regule alligati non sumus, quæ iubet: si Iesuita à suo superiore  
sive præside audiat, album esse nigrum, & nigrum album: ultra non que-  
rat aut disperget, sed absque cunctatione fidem ei habeat. Verum S. litera  
nos docent, Rationem carcam non capere ea quæ sunt Spiritus Dei. Et pueri  
septenues

## Concordiae falso imputantur.

51

septennes intelligere possunt, non sequi: Christus secundum Humanitatem realiter & vere in diuinam Maiestatem collocatus est: Ergo Humanitas Christi facta est ipsa omnipotentia, & secundum essentiam suam infinita & immensa est.

### I E S V I T A E.

Et cum non sit infinita magnitudine molis, ut aduersarij concedunt: nam dicunt eam non esse diffusam vbiique localiter: infinita erit magnitudo virtutis. Infinita autem virtus infinitam essentiam requirit. Est igitur Christi Humanitas essentia infinita: & proinde vel est conuersa in Deitatem, vel duo sunt essentia infinita.

2. Ratio Jesuitarum contra Maiestatem Christi hominis: continens 63. mendacium.

### R E S P O N S I O.

Principium hoc est, sed falsum fundamentum, quo Calvinistæ hucusq[ue] contra Maiestatem Christi, (in quam secundum Humanitatem assumptus est) pugnarunt: in cuius locum, Christo secundum Humanitatem affingunt potestatem, quæ maior sit angelorum, & minor Dei potentia. Eodem planè modo, quo Turcicus Alcoranus Christo maiorem potestatem attribuit, quam ceteris creaturis: omni potentiam verò illi derogat. Nequam autem consequens est, quod hic Jesuitæ colligunt. Humanitas enim Christi IN & PER SE considerata, nunquam infinita fuit, nunc non est, nec vñquam futura est, sed manet creatura finita etiam in vnione personali. Vnde quoque ruit maliciosum commentum, quod nobis falso imputatur, quasi doceamus: Humanitatem Christi secundum magnitudinem molis diffusam & extensam esse quam latè ipsa Deitas patet: quod nobis ne per somnium quidem in mentem vñquam venit. Ipsi quoque Calviniani, vbi viderunt, se hoc de nostris ostendere non posse: obijcere illud vel tandem desierunt.

Qualem potestatem Jesuitæ & Calvinianini Christo secundum Humanitatem tribuant.

Azoara 4.

Humanitas Christi non est infinita essentia.  
Figmentum de expansione corporis Christi.

Quod autem in Christo secundum Humanitatem, vt in creatura finita, non habet virtutem infinitam & immensam: (per quam modo coelesti & diuino vniuersis creaturis adesse potest) quodq[ue] Humanitas huius virtutis particeps fieri nequeat, nisi in diuinam essentiam & Deitatem conuertatur: hoc Jesuitas crassa & turpis ignorantie conuincit, estq[ue] certissimum indicium, eos obiter duntaxat sine villa accurationi consideratione sacras litteras legere. Paulus enim disertis verbis testatur: In Christo inhabitare omnem plenitudinem Deitatis corporaliter. Quid autem om-

Ignorantia Jesuitarum in rebus diuinis  
Coloss. 2.  
Quid sit omnis plenitudo Deitatis.

*nisi plenitudo Deitatis aliud est, quam infinita & immensa virtus, qua Deus ipse est? Haec habitat in Christo corporaliter, hoc est, in ipsius corpore, in carne, in Humanitate, in humana ipsius natura, tanquam in proprio templo: sicut omnes Orthodoxi Patres illa verba Apostoli & intellexerunt & interpretati sunt. An vero propterea hinc sequitur, quod necesse sit Humanitatem Christi in infinitam essentiam, siue ipsam Deitatem IN SE & PER SE conuertit? Vbi Scriptura? vbi probatio?*

## I E S V I T A.

Germ. 28.  
Latin. 19.  
3. Ratio Iesuitarum, continens 64. mendacium.

*Si Christus secundum humanam naturam adeptus est diuinam Maiestatem: Ergo secundum humanam naturam est Deus: ergo secundum humanam naturam non est Homo. Nec enim idem secundum idem, duo disparata esse potest.*

## R E S P O N S I O.

*Quomodo autem hoc consequens esse, probatis? Nam praecedens ratio de infinita essentia, iam destructa & euersa est. Ad hac, Scriptura sacra utrumque aperte testatur: uniuersum quod Christus secundum Naturam humanam, diuinam Maiestatem adeptus sit, atque ad dexteram Dei collocatus, in plenam illius possessionem vere & realiter, secundum Catholicam nostram fidem, venerit: & quod nihilominus verus homo maneat, nec unquam naturam humanam deponat.*

## I E S V I T A.

Cōcord. Germ. 312.  
Germ. 28.  
Latin. 20.  
4. Ratio Iesuitarum, continens 65. mendacium.

*In libro Concordie aperte dicunt: Christum ut hominem esse omniscientem & omnipotentem: quod quid est aliud quam dicere, Christum ut complectens.*

## R E S P O N S I O.

Latin. exempl. 744.  
Quomodo Christus ut homo, omnia no-

*Hac est malitiosa corruptela verborum libri Concordia: que non ita nude, sed cum hac additione ibi scripta leguntur: Christus secundum assumptam humanam Naturam omnia nouit, & reuera omnipotens est. Pater enim super hunc Filium absque mensura Spiritum sapientiae & fortitudinis ita effudit, ut quatenus homo est, per hypostaticam illam unionem, omnem sapientiam, & omnem potestatem reipsa & reuera acceperit. Huc usque Concord. Haec verba, per hypostaticam unionem, omittunt Iesuite, & simplici.*

NB.

## Concordiae falsò imputantur.

53

& simpliciter dicunt: Christum ut hominem nouisse omnia: quasi  
Humanitas ex se & per se absque Deitate omnia nouisset: quod negamus.

Quemadmodum ergo personalis unio non efficit, vt Christus non sit am-  
plius homo: ita quoque non impedit, Christum esse & manere hominem, Hominem esse, &  
est omnipotentem potestatem & infinitam sapientiam acceperit. omnipotentem po-  
testatem habere,  
non pugnant.

### I E S V I T A .

Communicatio idiomatum, secundum Patrum doctrinam, non tribuit vni naturae ea, que sunt alterius: sed tribuit cuiq; naturae sua idiomata, & vni supposito vtriusque naturae proprietates.

### R E S P O N S I O .

Contrarium testantur & confirmant ducenti Patres Concilij Ephesini, in quibus Cyrilus principem locum tenuit. Quid enim (inquiunt) Deus magis proprium habet, quam posse viuiscare? Et tamen hanc virtutem communicasse ipsum dicunt cum sua carne, vt caro Filii Dei viuiscat. Quilibet etiam simplex Christianus intelligit, aliud esse, cuiq; naturae suae proprietates attribuere, & has inter se communicare.

### I E S V I T A .

Præterea communicatio idiomatum, quam Patres agnoscunt, mutua est, & non minus Deo conuenit quam homini. At aduersarij humanæ Naturæ tribuunt realem communicationem diuinorum attributorum: Dizine autem non tribuunt realem communicationem humanarum proprietatum.

Germ. 29.

Latin. 21.

Sexta ratio Jesuita-  
rum: habens 67.

mendacium.

### R E S P O N S I O .

Contrarium sipræ evidenter demonstratum est, ubi declarauimus, quod Deus verè pro nobis passus est, quodq; sanguine Dei à peccatis redempti sumus. Idcirco communicatio hæc mutua persistit, qua vtrig; natura tribuitur, quod vnuis füe diuina sue humanæ naturæ proprium est. Sed propter discrimen naturarum, in hac mutua communicatione discrimen quoque esse cernitur. Quia enim Natura diuina immutabilis est: Humanitas ei nec dare, nec adimere quicquam potest. Natura autem humana mutabilis est: cui Diuina Natura non solum multa dedit, que humana accepit, sed OMNIA ei dedit, nimisrum omninem plenitudinem Deitatis corporaliter.

Communicatio  
vtriusque Naturæ,  
& proprietatum  
mutua.

Discrimen com-  
municationis proprie-  
tatum in Christo.

Coloss. 2.

Iohann. 13.

Matth. 28.

G 3

I E S V I T A .

Germ. 30.

Latia. 22.

¶ Mendacium Ie-  
suitarum.

*Quintus error est, quod unio hypostatica consistat in communicatione diuinorum attributorum, licet communicatio haec ex unione hypostatica sequatur: quia tanquam pugnantia consistere non possunt.*

## RESPON SIO.

Discrimen unionis personalis & communicationis proprietatum.

Duo diuersa & distincta esse unionem Naturarum hypostaticam, & communicationem proprietatum: in libro Concordie satis superq[ue] ostensum & declaratum est. Et sicut discrimen est inter naturas & earum proprietates: ita quoque discrimen esse agnoscitur inter communicationem Naturarum, & communicationem proprietatum.

Quomodo unio hypostatica in communicatione proprietatum consistere dicatur.

Porr[oc]o, quod liber Concordie afferat, communicationem proprietatum ex unione personali & communicatione Naturarum sequi, & nihilominus in hac communicatione proprietatum unionem hypostaticam consistere: Respondemus, hec verba posteriora in libro Concordie non inueniri. Quod autem fortassis aliqui nostrum hoc modo locuti sunt: factum est, quod Calviniani hanc communicationem proprietatum, in doctrina de unione hypostatica, prorsus negarent: idq[ue] solum haec phras[is] significare voluerunt. Unionem Naturarum personalem absque ista communicatione nec esse, nec consistere. Diuina quidem & humana natura in unam personam e modo unita sunt, ut utraque Natura suas proprietates retineat, que alterius nature proprietates nunquam sunt: Si vero diuina Natura assumpta, atque etiam humanitatis passio nihil prorsus ad Filium Dei pertineret: dicant Iesuita indoctis Lutheranis, quid haec unio hypostatica esset? uno verbo, NIHIL. Quia ergo personalis unio duarum Naturarum in Christo, ineffabile mysterium est, quod ratio humana intelligere aut comprehendere non potest: Spiritus sanctus illud per communicationem idiomatum explicuit & declaravit, cum testatur & docet, quod sanguine Dei redemptissimus, quodq[ue] ipse Deus non purus homo pro nobis passus sit. Item, quod verus substantialis homo in thronum omnipotentis Maiestatis & virtutis Dei realiter & verè collocatus sit, qui non creata aliqua, sed omnipotenti potestate uniuersis Creaturis dominetur. Ex quo aliquo modo intelligi potest, quam sublime opus Dei haec unio hypostatica duarum Naturarum in Christo sit, quod Deo passiones humanae, & vicissim Homini omnipotens Maiestas, atque opera diuina adscribuntur.

Unio hypostatica per communicationem proprietatum in Scriptura explicatur.

## I E S V I T A .

*Porrò, hac sententia quod vno hypostatica consistat in illa communicatione diuinorum attributorum, destruit omnino mysterium incarnationis.*

Germ. 31.  
Latin. 23.  
7. Ratio Jesuitarū,  
continens 69. mendacium.

## R E S P O N S I O .

*Hoc multò facilius est dicere, quam probare.*

## I E S V I T A .

*Nam in primis cum diuina attributa, id est, omnipotētia, omnisciētia, omniprēsentia, & similia sint communia toti Trinitati: si in illorum communicatione consistit vno hypostatica, sequitur omnes tres personas esse incarnatas.*

Germ. 31.  
Latin. 23.

70. Mendacium Jesuitarū.

## R E S P O N S I O .

*Nullo modo hoc sequitur. Non enim simpliciter & absolute Diuina est sentia cum suis attributis, sed secunda persona diuina essentia, nimirum Filius Dei incarnatus est: qui cum Patre & Spiritu sancto eiusdem quidem potentia est, at non una verum propria & distincta persona à Patre & Spiritu sancto existit. Nec necesse est, ut propter unionem hypostaticam, suam omnipotentiam aut deponat, aut eam humanitati assumpta personaliter non communicet.*

Discrimen inter  
Deitatem, & perso-  
nas Deitatis.

## I E S V I T A .

*Deinde, si vno hypostatica consistit in communicatione attributorum: Latin. 14.  
sequitur Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, vnitos esse hypostaticè, 8. Ratio Jesitarū,  
atque unam tantum esse personam. Nam Pater gignendo Filium omnia datur.  
Sua attributa illi communicavit, & similiter Pater & Filius producendo  
spiritum s. omnia sua attributa illi communicarunt.*

## R E S P O N S I O .

*Neutquam verum est, quod Pater omnia sua attributa Filio, & hi ambo Spiritui sancto sua attributa omnia communicarint. Pater enim Filius non communicavit, ut ipse quoque Filium ab eterno gigneret. Nec Filius Spiritui sancto communicavit, ut à Patre genitus esset. Sunt enim haec omnia attributa personalia. Atque eam ob causam non sequitur, nec est necesse, in Deitate unam duntaxat personam esse, si Pater, Filius, & Spiritus sanctus, omnia attributa diuina Naturæ essentialiter communia habeant.*

Nulla communica-  
tio attributorum  
personalium in  
Deitate.

beant. Neque etiam id ipsum sequitur ex communicatione attributorum essentialium, Humanitati Christi facta: cum hac communicatio non sim- pliciter in diuina Natura, sed in secunda persona Deitatis facta sit. Itaque valde miramur, quod cum Iesuita Viri doctri haberi gestant: in Theologia tamen & sacris literis adeo rudes sint, ut distinguere nesciant inter Deita- tem absolutam, & certam persona limitatam. Nam aliud est, de diuina es- sentia totius Trinitatis generatum loqui. & aliud de singulari personis dicere. Vnde viri cordati merito cogitare debebant, plurimum inter se distare, eleganter verba facere (quod quidam Iesuitarum possunt) & doctrinam Christianam recte intelligere, Ecclesiamq; proponere posse. In qua parte Iesu- ta pueris rudimenta catecheseos tenentibus infinitiores sunt, & tamen re- formationem totius orbis sibi sumere audent.

## I E S V I T A .

Germ. 32.

Latin. 24.

p. Ratio Iesuitarū:  
continens menda-  
cium 72.

Humana Natura  
Christi non est ab  
eterno.

Christus homo  
eternam potesta-  
tem haber, sed non  
ab eterno.

Vno hypostatica non potest consistere in communicatione omnium at- tributorum diuinorum. Nam esse ab eterno, & carere principio effectivo nulli creature communicari potest.

## R E S P O N S I O .

Discretè & perspicue fatemur, Naturam humanam Christi tam non ab eterno, & sine principio fuisse, quam non IN SE, & PER SE ipsa Deitas & omnipotentia facta est. Quemadmodum autem hic homo Deus est & dicitur, quia cum Filio Dei una persona est: (alia enim questio est, cum dicitur, Filius Dei est Deus: & alia, quando dicitur: Hic Homo Iesus Maria Filius, est Deus) ita quoque secundum Humanitatem, aeternam & omnipotentem potestatem accepit, cuius nec principiam, nec finis est. At quia Homo est, hanc potestatem ab eterno non habuit, sed in tempore eam adeptus est: ut Deus vero, ab eterno illam à Patre accepit, Humanitatem nihilominus (quia in tempore coepit) vera creatura in eternum permanente. Omnis namq; plenitudo Deitatis, hoc est, quicquid Deus est, & in sua di- uina essentia habet, id omne ab eterno est: cuius Humana natura in Chri- caelo aut in terra obtigit.

## I E S V I T A .

Germ. 32.

Latin. 24.

Si verò Humanitas Christi non omnium, sed aliquorum tantum attri- butorum diuinorum particeps facta est: dicant nobis Lutherani, quæ nam- finis illa, cum eadem sit ratio omnium?

R E S P O N-

## Concordiae falso imputantur.

37

### RESPONSI O.

Dicimus cum Paulo: quod Christo secundum Humanitatem omnis plenitudo Deitatis, hoc est, omne quod Filius Dei est, atque habet in sua divinitate, communicatum sit: & tamen Humanitas in Deitatem non conueritur, sed manet verus homo in eternum.

Humanitas Christi  
omnis plenitudo  
Deitatis particeps  
facta.  
*Coloss. 1.*

*Coloss. 1.*

### I E S V I T A E.

Denique ista attributa diuina, qua *Natura humana propter unionem hypostaticam adscribuntur*, non possunt esse *Natura humana essentialia*: Et sunt igitur accidentalia: id quod liber Concordie afferere videtur. At *hac ipsa est Nestoriana heres*.

*Germ. 33.*  
*Latin. 25.*  
*10. Ratio Jesuitarum.*  
*73. mendacium.*

### RESPONSI O.

Aperi & ingenuè profitemur, attributa ista Deo essentialia esse nec Filiu Dei accidentalia. Itaque credimus, docemus, & confitemur, quod quæ admodum essentialis Dei Filius seipsum assumpta *Natura re ipsa & vere communicauit*, ut Deus sit homo, & Homo Deus: ita quoque omnia sua essentialia attributa, hoc est, omnem suam Maiestatem (quam una voce omnipotentia complectimur) eidem communicauit. Hoc qui insciatur: certum est eum nec istud credere, quod Filius Dei factus sit Homo: estq; talis in recessu cordis sui Nestoriana heresi addictus, qua personam Christi diuisit, duosq; Christos constituit, quorum uterq; essentialia sua propria sibi seruet, nec ea communicet alteri.

Nestoriana diuise  
personam Christi,  
apud Jesuitas &  
Caluinianos.

Ex ista vero communicatione nequaquam sequitur, quod attributa Deitatis natura humana accidentia sint, quia ei non sint essentialia. Quæ admodum enim Filius Dei, omnisq; plenitudo Deitatis, in natura assumpta non habet rationem accidentium subiecto inherentium: ita nec ista attributa Deitatis essentialia.

### I E S V I T A E.

Sextus error est, quod totus Christus Deus & Homo ad inferos descendit. Id quod cum tribus articulis Symboli pugnat. Destruit enim mortem, sepulturam, & resurrectionem Christi.

74. Mendacium Iesuitarum.

*Germ. 33.*  
*Latin. 25.*

Descensus Christi ad inferos.

75. Mendacium Iesuitarum.

Iesuitas istos, fidem Christianam Catholicam, pueris quoque notam, nondum recte didicisse, sed modo docendos esse, apparet. Hac autem sic so-

H nat:

*Filius Dei Homo factus, descendit ad inferos.*  
*Pueriles cogitationes Iesuitarum de descensu Christi ad inferos.*

nat: Credo in Iesum Christum, Filium eius (Patris) unicum, Dominum nostrum, QVI mortuus & sepultus, descendit ad inferos. Hic non dicitur: Corpus ipsius mortuum & sepultum esse, animam vero ad inferos descendisse: sed FILIVM DEI mortuum, FILIVM DEI sepultum esse, Filium Dei descendisse ad inferos. Hac enim persona, ne quidem in morte & sepulchro diuisa fuit. Quapropter puerilis cogitatio est, cum dicitur aut scribitur, quod post mortem Christi, Deitas iphus in caelis, corpus in sepulchro, anima in inferno fuerit. Corpus enim Christi in sepulchro non fuit sine Deitate sua, aut ab ea separatum. Adhuc, Christus ipse restatur, suam (quam in manus Patris commendavit) & latronis animam e corporibus egressas, non in inferno, sed in Paradyso eadem die futuras esse. Neque enim sola anima Christi sine omnipotenti Dei Filio infernum expugnare & destruere potuisset: siquidem potest atribus infernalibus, potentia longè inferior fuisset. Itaque non dimidiatus, sed totus Christus expugnauit infernum, superauit diabulos, & de manus illorum liberauit electos.

*Descensus Christi ad inferos, ratione comprehendendi non potest.*

*Phantasticae questiones Iesuitarum de descensu Christi ad inferos.*

Quomodo vero descensus iste factus sit: curiosè non scrutemur. Est enim articulus fidei nostra, & mysterium nobis in hac vita absconditum, quod ratione nostra inuestigare & comprehendere non possumus, firma autem fide acceptare & complecti debemus.

Quamobrem mere phantasia, deliramenta & nuge sunt, que in hoc articulo Iesuita de corpore & anima Christi querant: qua etiam pueri, qui fidem Christianam rectè didicerunt, & firmiter retinent, tanquam stiosas & stultas questiones exhibabunt & explodent.

## IES VITA.

## Epilogus errorū, cum adiuncta cōmonitione.

*Germ. 34.*

*Mendacium Iesuitarum.*

**H**I nunc cōmemorati errores Cōcordie, quāuis numero pauci sint: quia tamen ad personā, Deitatem, & Humanitatem Christi, atq; sic ad pricipium nostrae fidei Christiana caput pertinent: pleriq; etiā omnibus articulis symboli de Christo repugnant: diligenter & probe attēndi sunt, ut qui non tantum per se heretici, & ante multa secula ab Ecclesia Catholicā damnati sint, sed etiā alia plura perniciosa dogmata secū trahant.

## RESPONSIO.

*Multisane (vt & nos) saepe mirati sunt, cur non iūisti Papistici Doctores,*

## Concordia falsò imputantur.

59

**V**er, de societate Iesu, & Iesuitas, se nominent: cùm vniuersi fideles De nomine IESU.  
Antiochia à Christo Domino ut Capite ac Duce suo, Christiani dicti sunt, SVITARVM.  
& hoc nomen in hunc usque diem retinuerint, quamvis eodem modo à Iesu,  
Iesuitæ, tum nominari potuissent. Cumq; non alius Iesus, alius verò Christus, sed Christus Iesus una persona sit: cur non vetus & commune omnium  
Christianorum nomen retinuerint, seq; Christianos vocarint?

**V**erum singulare Dei prouidentia factū est, quod à societate Iesu, sicuti Cuth hac societas à  
Bellum, quasi minimè bellum, nominari voluerint, vt societas hæc tan- Iesu dicitur.  
quam infenſiſimorum & maximè blasphemorum hostium I E S V Dei &  
Marie Filii, hoc ipso nomine insigniretur: à quibus omnes p̄ij, dilectionem.  
Christi Iesu, & eternam animæ sua salutem retinere, cupientes, sibi sedu-  
lo cauerent. Iſi namq; socj, Christiana fidei capita de Domino nostro Iesu Iesuitæ damnant  
Christo minimè credunt, sed ea vñanimi consensu, blasphemorum errorum præcipios articulos  
nomine damnant: quemadmodum in refutatione precedente sex falsò di- fidei nostra de  
orum errorum videre licet.

**N**equaquam enim credunt, quod Dei Filius, ad Genus humanum redi- Iesuitæ peruerunt  
mendum Deo Patri obediuerit, inter Deum Patrem & nos mediator fue- articulos fidei de  
rit, pro nobis passus, mortuus, atque sepultus sit: sed hoc Humanitati tan- obedientia Christi,  
tum attribuunt, & Deum eiusq; Deitatem inde excludunt. Docent enim, eiusque Maiestate.  
quod homo solum pro nobis obedientiam profiterit, legem impleuerit, &  
passione sua hominum peccata expiarit. Item, quâ Homo solum sit media-  
tor Dei & hominum, & non quâ Deus: quâ Homo tanquam summus sa-  
cerdos sacrificari Patri, non vt Deus: quâ homo mortem deuicerit, non vt  
Deus: quâ homo infernum expugnarit, & hostes nostros superavit, non au-  
tem vt Deus. Nam hac omnia ad Deitatem Filii Dei nihil pertinuisse.

**P**raterea, Hominem Iesum, Mariæ Filium, secundum Humanitatem Blasphemia Iesuita-  
suum, per unionem personalem non accepisse omnipotentiam, infinitam rum in Maiestatem  
sapientiam, & potestatem qua omnibus creaturis etiam vt Homo praesens & omnipotentiam  
imperare possit. Eſſe enim non solum horribilem blasphemiam, creature  
Maiestatem diuinam tribuere, verum etiam rem planè impossibilem, cum  
tanta Maiestatis nulla creatura capax sit, nec vñquam eius particeps fieri  
possit. Quod omne clarissimis Christianæ nostra fidei de Christo articulū  
repugnat.

**I**n summa, cùm dicimus: Hic Homo Iesus, Mariæ Filius, est Deus; blasphemè admodum scribunt, nec verum istud esse, nec vñquam Blasphemia Iesuita-  
rum, quod Homo nō posset esse Deus.

verum fieri posse, si verba sicut sonant intelligantur, nimirum, si H O M O  
verum hominem significet.

Quemadmodum enim bos, asinus esse nequeat: ita nec Hominem, Deum  
esse posse. Itaque hoc modo intelligi debere hanc enunciationem: Hic Ho-  
mo est Deus, id est, Dei Filius est Deus, qui hunc hominem  
sustentat. Hi adeo horribiles & blasphemii errores sunt, ut ad eorum men-  
tionem pium hominis Christiani peccatum meritè cōhorrescere debeat. Hacte-  
nus enim Papistici Scriptores solum merito obedientia Christi derraxe-  
runt, & homines ad opera sua propria remiserunt, quemadmodum deinceps  
planum fuit: personam autem Christi intactam reliquerunt. Iam vero  
consurgunt Iesuitæ, nec solum obedientia meritum, sed ipsam quoque obe-  
dientiam & personam Christi oppugnandam sibi sumunt, Christum in  
duas personas discerpunt, eumq[ue] in sua obedientia, in summi Sacerdotij &  
Mediatoris officio, ut purum hominem nobis sint, qui noster Mediator  
& summus Sacerdos esse debeat, Deo & Deitate ab hoc munere penitus ex-  
clusa.

Porrò, à Sessione dextra Dei ipsum quoque detrahere, & blasphemie  
docere audent, quid ut Homo cum omnipotencia Dei nihil commune ha-  
beat, quodq[ue] sine blasphemia Humanitat[i] illius omnipotencia Dei q[ue] propria  
Majestas tribui nequeat.

Quis verò pius Christianus hanc horrendam blasphemiam aquo animo  
audiat? An non hoc est, Christi & personam & officium simul funditus  
tollere, & y[ea] bonis Christianum orbem impie spoliare?

In lib. de Concilijs,  
& contra coelestes  
Prophetas, Item, in  
Postil. Ecclesiast.

De his pestilentissimis hominibus vaticinatus est D. Lutherus, quid sub  
Papistis absconditi lateant, suoq[ue] tempore reuelandi sint. Quomodo ergo  
Iesuitæ & D. Lutherum Prophetam fuisse negabunt? Quoniam autem de his  
blasphemis erroribus, contra Iesuitas & Calvinistas, vt pote nouos conui-  
ctos Nestorianos, antehac multa sunt scripta: nunc prolixiores esse nolumus,  
sperantespios ac veritatis amantes etiam hac breui cōmonitione satis pre-  
monitos, ut à Iesuitis tanquam à pernicioſissimi huius seculi impostoribus  
& Reipub. Christianae pestibus studiosè caueant.

Iam verò ad tertiam Iesuitici scripti partem transeamus: in qua Chri-  
stianissimo Concordia libro, imprimis verò Confessione Augustane, ac eius-  
dem Apologie, Concordia libro inserta, ultra centum mendacia homines  
mendacissimi affingere audent.

Tertia

# TERTIA PARS HV- ius scripti.

I E S V I T A E.

## Mendacia libri Concordiae.

**C**ERTVM est, & ad oculum demonstrari potest, plures errores & Germ. 35.  
 mendacia quam paginas in isto libro contineri. Hos vero errores & Impudēs calumniā  
 hæresis dicta Concordia, sicut etiam Confessionis & Apologia refu- Jesuitarum in libr.  
 tare, huius propositi non est. Sed tamen putida quedam in ipsis & palpa- Concord. &c,  
 bilia mendacia, candidus lector non grauatum attendat. 78. mendacium.

## R E S P O N S I O.

Hec est contumeliosa inscriptio, vna cum argumento tertiae partis Ie-  
 suiticorum scriptorum: in qua non solum Theologi & Ministri Ecclesi-  
 rum, sed in primis Electores, Principes atque ceteri Confessionis August. Iesuitæ impudenti-  
 Ordines, ut impudenter vani & mendaces, manifesto planè & iniurioso sumi Calumniato-  
 mendacio impudentissimè proclamantur. Ad quod etiam vere & solide res.  
 respondebimus, atque lectori Christiano iudicium permittemus: ut sic pla-  
 num fiat, solem impudentiores Calumniatores hisce Iesuitis nunquam  
 aspexisse.

I E S V I T A E.

## Primum Mendacium, &amp; quidem triplex.

**I**N ipso principio Praefationis Concordiae, habentur tria crassa mendacia. Germ. 35.  
 Primum est, de Confessione August. quod ex diuinis Prophetar. 1.  
 rum & Apostolorum scriptis collecta, ijs deniq; benè fun- Latin 26.  
 data sit. Secundum: quod hæc Confessio in totum terrarum 2.  
 orbem sparsa, vbique percrebuerit, & in ore & sermone om- 3.  
 nium esse cooperit. Tertium: quod Lutherum, præstantissi-  
 mum heroa, diuinitus illuminatum, & (alibi) electum Dei  
 Organum vocant.

## R E S P O N S I O.

Iesuitū istis, præsertim Roberto Bellarmino, & ipsius Paraphrast. Petro  
 Hanse-

Hansonio, ignotum esse non potest, Praefationem libri Concordie non per Theologos, sed per Electorum, Principum, atque Ordinum Confessionis Augst. Consiliarios Politicos conscriptam, & illorum quoque, non Theologorum, nomine editam esse: unde etiam Electorum, Principum, & ceterorum Ordinum nomina subscripta sunt. Idcirco Iesuita non solo ac fœdillico mendacijs nomine contenti, adiuncto epitheto **ILLVSTRE** mendacium vocarunt, hoc est, vanitatem & mendacium Principum. Atque hoc epitheton in suo famoso libello, in Electorum & Principum ignominiam & contumeliam, sepius repetierunt. Probè namque nouerunt, ratione hanc **ILLVSTRE**, in lingua latina pricipiè erga Principum personas usurpari. Quocirca nemo tam stupidus est, qui hoc probrosum coniunctionem non intelligat: quo Electoribus & Principibus propter eminentem dignitatem, adeoque munus à Deo commissum meritò parcere debuissent: aut certè se ita declarare, quod hæc de Electoribus & Principibus intelligi non velint. Sed hoc suo loco relinquimus: præsertim, cum Electores atque Principes, Illustrum & buc usque cum gloria propagatum nomen & existimationem, tanquam prisci, pij, germani, aperti, candidi, veraces, constantes, & magnanimi Principes, contra horum Calumniatorum audaciam setueri nouerint, ne à quoquam honesto & bono eius vanitatis accusentur, argui possint. Nos autem ipsam causam tuebimur: quo simus Electorum, Principum, ceterorumque Imperij Ordinum, contravaniissimum hoc coniunctionum, honoris nomenque, defendetur.

79. Mendacium Iesuitarum.  
In Praefat. Concordia Confessio Augst. verbo Dei bene confirmata.

Acta Colloquij Vvormaciensi, an-  
no 57.

Primum enim, Electores atque Principes nequaquam mentitos esse (vt hoc loco à Iesuitis ignominiosè diffamantur) cum dicunt: Augst. Confessionem ex sacro sanctis Prophetarum & Apostolorum scriptis collectam, ijsque probè fundatam esse: hoc iam per Dei gratiam manifestum est omnibus, atque re ipsa comprobatum. Sicut in postremo Colloquio Vvormaciensi. Anno 1557. (quod hanc solam ob causam institutum fuit, vt huic rei veritas exploraretur) re ipsa demonstratum est. Vbi nostra pars collocutores, Confessioni Augst. addicti, Papistica religionis electi, ibidem congregatis, doctissimi Theologis, audacter se obtulerunt, quod hanc Confessionem ex Propheticis & Apostolicis scriptis confirmare parati sint: addita expressa hac protestatione, quod sola Scriptura sacra inter partes dissentientes iudicij munere fungi debeat. Et, si deprehendatur, vel unum vel plures articulos prædicta Confessionis Augst.

cum S. Scriptura non conuenire, sed ei repugnare; aduersa parti cedere, & monstrat, in veritatem amplecti velint. Ad hoc, vestra partis colluctores Pontificij, diserte responderunt: Si nostri Theologi in eo perseuerent, quod sola Scriptura sacra in religionis controversijs iudicis locum obtinere debet; nolle se porrò in disputationem ullam descendere. Nam (quod horrendum audiuit) S. Scripturam, aiebant, non esse vocem iudicis, sed materiam litis, adeoque mortuam, obscuram, mutant, & imperficiam literam, in qua non omnia ad salutem scitu necessaria continentur. Non enim ignorabant, omnes articulos Confessionis nostrae, testimonij Prophetarum & Apostolorum ita munitos & confirmatos esse, vt si ista conditione in disputationem consentirent, contrarium ex illis evincere, nostramq; confessionem refellere non possent, sed fore vt coram Deo & hominibus sua facta falsaq; religione, negligib; fabulosis cōfundantur. Ideoq; tutissimum esse iudicarunt, Colloquium penitus abrumpere: non habita ratione, quod illis hoc eternum dedecus futurum esset, Colloquium tali protestatione subterfugere. Quapropter etiam Imperator Ferdinandus, felicissime memoria, illis serio & grauiter iniunxit, institutum Colloquium persequendi, nec tum oboris litibus locum dandi. Quo tamen, vt obtemperarent, permoueri nequam potuerunt: adeo diffisi sunt suam religionem ex verbo Dei probare, nedum nostram piam Confessionem sacrarum literarum testimonij destruere. Et quidem etiam nunc, sicut ante hac se ferimus nos, quod nostra Confessionis veritatem ex solo Dei verbo probare, & contra quosvis defendere, prompti paratiq; simus. Atque in hoc, vniuersos Iesuitas Papisticosq; Doctores audacter prouocamus: sat is gnari, ipsos doctrinam suam & traditiones humanas ex sacra Scriptura minime probare posse, & propterea incorruptissimum hunc iudicem omni studio declinare.

Deinde, non sufficit dicere: Imperator, Reges, Electores, Principes atque Ordines Imperij, vna cum Papa, Academis, & Concilio, Confessionem August. nomine heresos damnarunt: ergo falsa & heretica est. Nam Christus quoque a summis Sacerdotibus, vt blasphemus & hereticus, damnatus est.

Adhac, impudenti mendacio calumniantur: Nos adæquare Confessionem August. sacris literis: quod supra refutauimus.

Præterea notum iam omnibus est, quod nostra pars Theologi, in Con-

Colluctores Pontificij, Scripturam S. non agnoscent iudicem, in controversijs Religionis.

Iudicium Pontificiorum de S. Scriptura.

Confessionis August. Theologi, in Con-

cilio Trid. nō audiunt,

suamq;

*Suamq; Confessionem ad normam Confessionis August. conscriptam Concilio exhibuerint: recipientes, eam se verbo Dei defendere velle. At dia multumq; instando, à Patribus Conciliij, ut vel semel audirentur, obtinere nullo modo potuerunt.*

*40. Mendacium le-  
suitarum.*

*August. Confessio  
longè lateque per-  
crebuit.*

*Secundum mendacium, quod sub titulo triplici mendacijs, Electoribus, Principibus & Ordinibus obijciunt, cùm hi in Præfatione sua dicunt: Confessionem August. in totum terrarum orbem sparsam vbiique percrebuisse: eiusdem impudentia cum primo est. Quod enim obtendunt, neque in Asia, Africa, America, neque etiam in totâ Europâ sed tantum in paucis Germania locis & angulis Confessionem August. notam esse: quibus quoero argumentis se tuebuntur, quodd Electores atque Principes tam ignominiose mendacijs accusant? & quibus testibus probabant, Confessionem August. non latius, quam dicunt, percrebuisse? cùm tamen inuidissimo Imperatori Carolo V. in magnis illis concilijs, anno, &c. 30. August. celebratis, exhibita sit: ubi præter Germanos, ex omnibus Nationibus, viri dignitate, sapientia, rerumq; vsu præstantes conuerterant, qui postea Confessionis huius famam longè lateq; sparserunt. Et quidem ita late emanauit, vt Papa non sine ingenti dolore de eo pluribus verbis conquereretur. Ipse quoque Imperator, Confessionem illam (quamvis ei non astipularetur) in Italicam & Hispanicam lingua, operâ Secretarij Alexandri Schuualijs, transferri curauit.*

*Et, sitantuni in angulos quosdam Germania, fama illius se dilatavit: cur quoero tot millia hominum, per Hispaniam, Gallias, Italianam, aliasq; loca, gladio, igni, aqua, laqueo, alijsq; horrendis supplicijs è medio sublati sunt? Inter quos tum maximam pars, nulla vñquam Caluiniana scripta videtur, aut legerat, sed Euangelicorum & Confessioni August. consentientium scriptorum lectione, ad Christi agnitionem peruerterant. Hinc factum est, vt erroribus Papisticiis constanter contradicerent, & ob id mortem quoque acerbissimam oppetere non dubitarent.*

*Ceterum, hoc Iesuitarum commento, etiam D. Paulus à Iesuitis mendacijs arguitur, cùm scripsit: Euangeliū de Christo, suo tempore apud vniuersam creaturam, quæ sub cœlo est, prædicatum esse. Contra quod vanissimi Iesuite clamitant, se plurimos in maxima orbis parte, quod fides Christiana nunquam peruerterit, ad religionem Catholicam conuertisse. Et quam serd nos Germani, (sicut alie & quoque Gentes) fidem Christianam edocti simus: ex historijs notum est. Tunc verò non sequitur.*

*Coloss. 1.  
Paulus quoque à Ie-  
suitis mendacijs ar-  
guitur.*

sequitur, Paulum mentitum esse cum scripsit: Euangelium iam suo tempore in toto terrarum orbe annunciatum esse.

Quod ad terrium mendacium attinet: vtrum Martinus Lutherus, vir <sup>81. Mendacium Iesuitarum.</sup> prestans, & singulare Dei Organum fuerit: non tantum Conciones & scripta ipsius preclaras, sed etiam admirandas successus diuinæ vocationis atque muneras, palam fecerunt. Vnicus namqz Lutherus, non brachio seculari armatus, sed duntaxat Prophetarum & Apostolorum scriptis, Pontificis Romani idolatriam, tyrannidem, prestigias, falsos damnatosqz cultus expugnauit, euertit, & ex multorum millium cordibus sustulit: vt quae prius fecerant maximi tanquam summos Dei cultus, (nimisrum sacrificium missa pro peccatis viuorum & mortuorum, meritum & inuocatum Sanctorum, peregrinationes, indulgentias, ieiunia Papistica, preces sine mente recitatas, Monachorum & Monialium Ordines, vitam monasticam, cœlibatum Sacerdotum, vigilias & similes tricas) hac postea velut ipsius Diaboli fraudes pedibus calcarent, ac diris deuouerent: quod nulla vi humana efficere vnuquam potuisset. Opposuerunt se quidem huic operi totu*r* viribus, Papa Romanus, potentes Principes, Concilia, Academie: atque plurimos ob hanc Confessionem crudelibus supplicijs sustulerunt. Sed quo immanius scierunt: eo plures doctrina Lutheri accesserunt: propterea quod verbo Dei innixa, Pontificis Rom. tyrannidem, idolatriam, prestigias, rapinas, nefandas libidines, omnemqz ipsius damnatum culum patet: atque verbo Dei euinceret, summos Deoqz, (ipsorum opinionem) gratissimos cultus, nil nisi traditiones humanas, cum Prophetarum & Apostolorum scriptis pugnantes, esse.

Nunc qui non agnoscit, hoc singulare omnipotentis Dei opus, adeoqz Lutherum eius Organum, per quem istud perfecit, fuisse: hunc à Diabolo exsecatum & induratum esse, nec quicquam in S. Literis intelligere, oportet. Atque hac omnia Lutherus nulla arrogantiâ aut cleri odio (cuius hic falso à Iesuitis insimulatur) sed propter Dei gloriam, & infinitarum animarum eternam salutem suscepit. Nec in eo ullum suum commodum quefuit: nec etiam carnalis, inflatus, iracundus, pertinax, contemptor Magistratus, nec impurus, vorax, vinosus, profanus, scurrilis homo fuit (quem admodum hic apertissimo mendacio ei prorsus immerenti nequissime continxantur) sed omnium virtutum Christianarum insigne exemplum fuit: qui omnia pio zelo, magna deuotione, & summa humilitate egit.

<sup>82. Mendacium Iesuitarum, & quidem secundum atque multiplex. Calumnia Iesuitarum atroces, in personam D. Lutheri.</sup>

Lutherus exemplum Christianorum virtutum.

Testimonium Andr.  
Masii, de scriptis  
D. Lutheri.

Quantus autem in explicanda Scriptura sacra fuerit: etiam hofficione testimonio doceri posset. Et quidem nostrorum aliqui, ex ore Andree Masii (qui Lutheri partium nequaquam fuit, cetera tamen vir eximiè doctus) hac verba audierunt: In una pagina Scriptorum Lutheri plus esse Theologiz, quam in multis voluminibus Patrum. Idem quoque Erasmus Roterodamus Duci Friderico, Electori Saxonie, de eodem Lutheri testatus est. Ettantum de triplici hoc mendacio: quod vanissimi fuit & p̄ijs Electoribus, Principibus atque ceteris Confessionis August. Ordinibus sub infamia hoc nomine tribuunt. Ex quo facile colligere licet, qualiter reliqua 99. mendacia futura sint: & quam Iesuite in illis quoque percensendis fidem mereantur. De quibus etiam verum, & quantum fieri poterit, breve responsum lector Christianus accipiet.

## I E S V I T A.

## II. Idque geminum Mendacium.

Latin. 29.

In eadem Presfatione (Electorum, Principum, atque Ordinum Imperij) protestantur Concordista, in negotio cœnæ ad nulla alia fundamenta deducendos esse homines, quam verborum institutionis Testamenti Christi. At in ipsa Concordia, pag. 571. & item pag. 717. in articulo de Cœna Domini, vñā cum Lutherò, quatuor alia fundamenta iaciuntur.

Deinde, aiunt Concordista: quod propositum iporum non sit, nullum nouum dogma introducere, sed cupere eam veritatem quam Augustæ anno, &c. 30. coram Imperat. Carolo V. profesi sint, constanter retinere ac tueri. At huic contrariam & non unam doctrinam de ubiquitate (de qua ne minimum quidem verbum in Confess. Augst. inuenitur) inuixerunt. Et quod amplius est, in negotio cœnæ non tantum dissona, sed etiam Confessioni August. manifestè contradicuerunt, ac loco verborum: quod corpus & sanguis Christi, sub panis & vini speciebus in cœna præsens sit: in Apologia profuerunt ista: quod cum rebus visibilibus, pane & vino, ad sint. Ex illis namq; Confessionis Augst. verbis, Catholici transubstantiationem panis & vini, atque Christi adorationem in Sacramento probare & colligere voluerunt. Idcirco Confessionis architectus, species ex isto articulo exemit, atque tam diu IN, CV M, & SVB pane corpus Christi quasi

Germ. pag. 43:  
Blasphemus Iesuitarum lufus cum Christo in S. Cœna.

*Vir, donec iam Christum imponent, mox eum pane oblinant, mox iterum sub pane abscondant, & tam diu cum ipso ludant, donec illis P A N E V S DEVIS fiat, atque sic magis ipsis Calvinianis errent.*

NB.

## RESPONSI.

*Haiesiarum blasphemia, non leuiores sunt ipsis, quas superius in Christi personam blasphemio suo ore euomuerunt. Pro quibus Christo iudici, in ipsis glorioso aduentu, grauissimas penas persoluerunt.*

*Quod autem Electoribus, Principibus, & Ordinibus Confess. August. in vitroque hoc capite luculenta iniuria fiat, quodque nulla firma ratione mendacij argui possint: manifestum est.*

Simpliciter enim verba Testamenti Christi, sunt unicum fundamen-  
tum Sacramentalis presentia corporis & sanguinis Christi in Cena. Et  
certum est, nisi ea Christus dixisset: Sacramento quoque corporis & san-  
guinis ipsius destitueremur, nec corpus & sanguinem illius sub speciebus pa-  
nis & vini acciperemus. Et hoc fundamentum, contra Zuuingianos ita  
fortiter ut sit Lutherus, ut de hoc ipso proprium librum sub titulo: quod  
verba, HOC est corpus meum, adhuc inconcussa & firma perma-  
neant: conscriperit, & ab eo ad parerga se auocari non permisit. Zuuin-  
glio insuper in Colloquio Marpurgensi, cetera super mensam hac verba scri-  
psit: Hoc est corpus meum: atque ab his se neutiquam abstrahi pos-  
sus est.

Postquam vero Zuuingiani & Calviniani dixerunt, corpus Christi  
nullo modo in celo & in terra simul presens esse posse: ibi Lutherus ad huius  
blasphemi erroris destructionem tria firma & immota fundamenta posuit.  
Primum est, de unione hypostatica duarum naturarum in una induisa  
persona Christi. Secundum, de Sessione ad dexteram virtutis & Maiestati  
Dei propria. Tertium, quod Deus alios plures presentia modos habeat,  
quam solum istum crassum, palpabilem, carnalem & localem. Verum his  
tribus fundamentis non presentiam Sacramentalem, sed generalem omni-  
presentiam demonstrauit: quod nimurum fidei Christianae, & S. Scriptura  
non repugnet, nec etiam impossibile sit (sicut Zuuingiani & Calviniani  
blasphemant) corpus Christi in celo & in terra simul presens esse. Et nisi  
Christus dixisset: accipite, edite, hoc est corpus meum, &c. presentia Sa-  
cramentalis ipsis tribus fundamentis probari nequaquam posset. Hanc  
enim non nisi Testimenti Christi verba efficiunt: quemadmodum id Ele-  
ctores,

Qua ratione Luthe-  
rus in contioueris  
de Cena, ad perer-  
ga (vt vocant) de-  
uenet.

Fundamenta gene-  
ralis omnipresen-  
tis Christi.

dores, Principes atque ceteri Ordines in sua Praesatione disertè & constanter profitentur, & propterea à leuissimi scurrilis Jesuitis iniquissimè mendacijs arguuntur.

24. Mendacium Ie.  
suitarum.  
Verus usus vocabu-  
larij, FORMA,  
SPECIES.

Ad hæc, jesuita isti, opinione sua, doctissimi, meritò non ignorare debebant, quo sensu voces haec Forma, Species, in S. cœna negocio usurpantur: ad ostendendum videlicet formam & modum, quo Christus nobis corpus & sanguinem suum in S. cœna præbere velit: non ea nimis formam & modo, quo in terris obambulauit, sed in mysterio cum pane & vino. Vbi non necesse est, panem & vinum substantia liter mutari, suamq[ue] essen-  
tiam amittere. Si enim CV M, vel SVB specie panis & vini suum corpus & sanguinem dare potest: Cur non etiam cum aut sub pane atque vino exhibere illa posse? quemadmodum de hoc mysterio & D. Paulus, & Orthodoxi Patres locuti sunt. Panis (inquit Paulus) quem frangimus, nomine communicatio corporis Christi est? Et, quoties comederitis panem hunc, non dicit, speciem panis. Neque etiam nos voculas istas, IN, CV M, SVB pane, consinximus, sed a Patribus Orthodoxis accepimus. Augustinus scribit: Hoc accipite IN PANE, quod peperdit in cruce. Item: SVB visibilibus signaculis res inuisibiles honorantur. Hesychius: Mysterium illud simul panis & caro est.

Idcirco nec oblini corpus Christi, nec cum pane confundi (ut hic jesuita sceleratè blasphemant) opus est. Quia enim presentia & vnio Sacramentalis mysterium est: Orthodoxi Patres & nos cum illis ita balbutire debuimus, ut hoc mysterium aliquo modo explicaremus. Quoniam igitur verbis Catholicorum Doctorum vtinur: nemo nos hac in parte iuste accusabit, quod à verbis Testamenti Christi recesserimus.

Verum hic bene notandum est, cum Patres dicunt: IN, cum, & sub pane corpus Christi nobis dari: has phrases à Jesuitis tanquam veritas & Orthodoxas probari. Cum autem nos ipsis plane verbis vtinur: tanquam falsa improbari & damnari. Ex quo facile coniungi potest, homines istos non veritatis agere negocium: sed ut animum suum virulentum in nobis exaturent, laborare.

Blasphemia Jesuitarum & Calvinianorum de Deo paneo. Quod autem jesuita cum socijs Calvinistis inde Deum P A N E V M blasphemè configunt: huius sua impietatis in glorioso aduentu Christi grauissimas penas dabunt: si modo non in hac quoque vita, horrendum in illis ira sua exemplum statuerit.

## I E S V I T A.

In primis vero obseruandum est, quod hoc loco comminiscuntur nouam & hactenus inauditam coniunctionem Sacramentalem panis & corporis Christi, ex pane Deum singentes, cum dicunt: Panem & vinum non significare absens corpus & sanguinem Christi: sed quod propter unionem sacramentalem ipsum corpus & sanguis Christi sint.

83. Mendacium Iesuitarum.  
De Sacramentali vnione panis cum corpore Christi.

## R E S P O N S I O.

Ostendimus antea, quod secundum Iesuitarum doctrinam, hic Homo Iesus, Maria Filius, non posse vere Deus dici, neddum esse, si per vocem Homo, verus Homo secundum substantiam & naturam suam intelligatur: quod est manifestum & iam olim damnatam Nestori heresim tueri. Hoc eadem heres se quoque hic exercit in doctrina de Sacramento cœna: ubi afferunt, corpus Christi & substantiam panis, in Cœna simul esse non posse, nec panem Christi corpus unionis Sacramentalis causa dici. Sed quibusrationibus aut S. Scripturae testimonijs hanc suam opinionem obtinebunt? Hic nihil proferre possunt præter sophisticas nugas, quas nec omnes scholastici Doctores admiserunt, sed firmis rationibus eis contradixerunt, docentes: Panis & vini substantiam in cœna Sacramento manere. Quamvis ad euitandam Pontificis tyrannidem, in hoc & alijs articulis addiderint: se hanc sententiam iudicio Ecclesiae subiçere. Et in primis Scotus, Cameracensis, & alij, disertè fatentur, nec verbis Scripturae, nec Symbolis fidei, nec veterum sententijs, ad dogma transubstantiationis amplectendum & credendum, nos cogi. Unde liquido constat, quod etiam hoc duplex mendacium, non sine ingenti blasphemia in Christum, Electoribus, Principibus, & Ordinibus Confessionis August. pudenda yanitate imputetur. Quam hominum leuissimorum Calumniam Imperij Proceres & maiori fortasse patientia ferent, cum hi Iesuitæne ipsi quidem Christo parcant, sed Eum in cœna Sacramento Deum paneum blasphemosuo ore proclament. Et hac quoque de secundo, & quidem Iesuitarum opinione, gemino mendacio, sint dicta.

Hæretica doctrina  
Iesuitarum de Sa-  
cramentali vnione.

## I E S V I T A.

## III. Mendacium.

PRAEFATI O N E Confessionis ad Carolum V. pag. 6. (lat. exempl.) Germ. 49.

Latin. 30.

## De Mendacijs, quæ libro

ita habetur: Ut V. M. voluntati obsequamur, offerimus in hac Religionis causa, nostrorum concionatorum, & nostram Confessionem: cuiusmodi doctrinam ex Scripturis sanctis, & puro verbo Dei, hactenus illi in nostris terris, Ducatibus ditionibus, & verbis tradiderunt, ac in Ecclesijs tractaverunt.

**86. Mendacium Iesuitarum.** Hoc insigne mendacium esse, vel ex eo cognosci potest, quod Confessio Lutheri in multis ab Augustana dissentit.

## R E S P O N S I O.

Ne nunc quidem Iesuita Imperij Proceres calumniari & mendacijs atque cessant. Increpet Dominus hunc spiritum mendacem, eumq; potentia sua dextera inhibeat. Quod vero ad probationem mendacij huius attinet, quod D. Lutherus in multis à Confessione August. dissentiat: ex quo sequatur, Electores, Principes, ceterosque Ordines, coram Imp. Carolo V. falsum professos esse: initio scindit, si maximè talis dissonantia in D. Lutheri, aut etiam aliorum scriptis appareret, (sicut ipse Lutherus fatetur, se in vera agnitione Christi creuisse, & execrandos errores Papatus paulatim magis magisq; comprehendisse) Electores tamen atque Principes non hac de causa ad comititia abscessisse, ut Imperat. Carolo V. & Ordinibus Papistici, de omnibus & singulis, que Lutherus aut alius in hoc vel illo libro scripsisset, responderent. Sed quicquid in hac Confessione, quam veluti suam in istis comitijs obtulerant, contineretur: hoc suos Doctores contra quosuis, verbo Dei tueri ac defendere paratos esse, atque omnem doctrinam suam secundum Confessionem ipsius tenorem intelligi velle, testabantur.

Nec sine causa miramur hoc impudens commentum Iesuitarum, quod doctrina Lutheri ab August. Confess. dissentiat: quandoquidem Confessio hæc, antequam Casar. Maiestati offerretur, Lutheri transmissa, & ab eodem approbata fuerit. Et sane si ipsa capita perpendantur, in quibus Iesuita dissensionem esse clamitant: cognoscetur, ipsos merā malitia Lutherum & Philippum impudenter calumniari, quasi in scholis & Ecclesijs aliud docuerint, quam coram Imperatore professi sint.

## T E S V I T A .

I.  
Bmaledict. art. 2.  
Germ. 50.  
Iasius. 32.

Lutherus scribit: Quod enumeratio peccatorum debeat esse  
uniqueret, quid enumerare aut non enumerare velit.

At Aug-

## Concordia falsò tribuuntur.

71

At August. Confessio dicit: Confessio in Ecclesijs apud nos non est abolita. Non enim solet porrigi corpus Domini, nisi antea exploratis & absolutis.

### R E S P O N S I O.

Puer septennis cognoscere & iudicare potest, hic nullam in doctrina dissensionem aut repugnantiam esse. Lutherus enim loquitur de Confessione Papistica, qua homines peccata omnia, quorum consciū sunt, enumerare coguntur. Hæc fuit non tantum miserabilis carnificina conscientiarum, sed etiam res planè impossibilis, qua homines perpetua dubitatione torquentur, an cuncta confessi essent. At Confessio August. agit de vera Christiana Confessione, que in nostris Ecclesijs retinetur, ut homines in religione Christiana erudiantur, in temptationibus consolationem percipient, & ad veram penitentiam vitæ & correctionem excitentur. Vbi enumerationis peccatorum Papistica mention nulla fit.

17. Mendacium Jesuitarum.  
Enumeratio peccatorum in Confessione, libera.

Qualis Confessio in Orthodoxy Ecclesijs retinetur.

I E S V I T A E.  
Lutherus vult Missam pra omnibus abominationibus esse abrogandam. Item: quod ad constandam Missam, cacodemones omnes suas artes in unum conculerint. August. verò Confessio in cap. de Missa inquit: Falsò accusantur Ecclesiæ nostræ, quod missam aboleat: retinetur enim Missa apud nos, & summa reuerentia celebratur.

Ibidem.

2.

De Missa.

R E S P O N S I O.  
Nec hic discordia vlla in doctrina. Lutherus n. intelligit sacrificiū Missæ Papisticum, quod offerre se singunt pro peccatis viuorum & mortuorum: quod tanquam summa abominatione & blasphemie in sacrificiū Christi propitiatoriū iure abrogandum est. Vno n. Christi sacrificio in cruce peracto, totius Mundi peccata perfectè expiata sunt, atq. adeo mundus Deo reconciliatus. Confessio verò August. loquitur de Missa Euangelica, in qua Sacramentum cœnæ secundū institutionem Christi celebratur, dispensatur, accipitur: cōmemoratio mortis Christi, preces pro omnib. Ordinibus, gratiarum actiones pro Dei beneficijs devote peraguntur. Vbi in extenuis ceremonijs, tempore exhibit & Confessionis adeo nihil mutatum fuit, vt reformationis ignarus cogitare potuisse, istis locis adhuc Papisticam Missam celebrari. Sicut etiam nunc in multis Germania Ecclesijs sincere reformatis, præsertim Saxonis, videlicet. Ceremonie enim, qua verbo Dei nec mādat, nec prohibite sunt, nec addunt, nec demunt quicquam: modò vera & sincera doctrina, cum legitimo Sacramentorū vsu cōsuetur et exercetur.

18. Mendacium Jesuitarum.  
Missæ Papistica abominatione coram Deo, & abroganda.

Missæ Euangelica in Ecclesia retinenda.

I E S V I

## IESVITÆ.

3.

Lutherus Pontifici Romano & Episcopis nullam potestatem & iurisdictionem concedit. Contra profitetur Confessio August. quod munus Episcoporum potestas à Deo, summumq[ue] Dei donum in terra sit, propter quod illi honore digni sint.

## RESPONSIO.

33. Mendacium Iesuitarum.

Munus verorum  
Episcoporum singu-  
lare Dei donum.

Pari modo & hic dissonantia nulla est. Lutherus enim agit de Papa & Episcoporum Romanensium tyrannide in Ecclesia, quam contra verbum Dei in eius perniciem & interitum exercuerint, eaq[ue] verum & sincerum Dei cultum corruperint & opprimerint. Quem statim Ecclesiasticorum nullus cordatus, & à Deo illuminatus probare potest. At Confessio August. veros Episcopos putat, qui munus Episcopale verbum Dei docendo, Sacramenta administrando, & Ecclesia sibi commissæ curam gerendo, obeunt. Quod sanè summum Dei donum in terra est, pro quo etiam p[ro] quotidie Deo gratias agunt.

## IESVITÆ.

4.  
Germ. 51.

Confessio August. dicit: Doctrinam suam, Christianæ Catholice Ecclesiæ non aduersari. Lutherus vero ait: Si Papa & Pontificij quid doceant aut mandent, etiam si verum & legitimum sit: non tam faciendum esse. Et, si Papa precipiat Sacramentum sub utraque specie accipere, sub una aut nulla accipiendum.

## RESPONSIO.

34. Mendacium Ie-  
suitarum.  
Catholica doctrina  
quid sit.

Quod Christus pre-  
cepit, ex mandato  
Papæ faciendum  
non est.

Neque hic Lutherus cum Confessione August. pugnat. Hec enim, verba facit de Christiana & Catholica doctrina, sicut eam Apostoli suis scriptis Ecclesia tradiderunt & ad posteros transmiserunt. Lutherus autem inteligit Papæ doctrinam, & immensam ipsius potestatem, quam sibi in Catholicam Apostolicam doctrinam superbè arrogat, quasi in ipse arbitrio & potestate sit, Sacramentum sub una aut duabus speciebus dispensare. Nec D. Lutherus oppugnat, & dicit, quod nec unam nec ambas species ex Pontificis permisso & mandato admittere velit. Communicationem enim sub utraque specie ex mandato & Ordinatione Christi obtinemus, nec opus nobis est. Pontificis aut Concilij permisso & mandato. Quare nec hac in parte Lutherus & Confessio August. inter se discordant.

IESVI-

## I E S V I T A E.

Lutherus rejicit Patres & Concilia: doctrinam & Decreta ipsorum, s.  
commentis hominum accenset. At Confessio August. ut & lib. Concordiae, Germ. ss.  
ad Concilia & Patres ubique prouocat.

## R E S P O N S I O.

Lutherum, nec Patres, nec Concilia, quatenus cum verbo Dei confen- 91. Mendacium Ie-  
runt, repudiare: nec etiam omnem ipsorum doctrinam commentis homi- fuitarum.  
num annumerare, sed ipsos agnoscere testes, qualiter doctrina Christi illo- Lutherus, nec Pa-  
rum tempore Ecclesie proposita, ac contra hereticos propugnata fuerit: trijicit.  
praeliarum istud scriptum de Concilijs & Patribus confirmat. Quapropter  
& hoc commentum Iesuitarum, in numerum mendaciorum referen-  
dum est.

Deinde, Confessio August. nonnullis in locis Conciliorum quidem me-  
minit: doctrinam autem suam nec Concilijs, nec Patribus, sed sola Prophe-  
tarum & Apostolorum Scripturam fundat. Ergo nec hic dissentiens doctrina  
perspicitur, sed contrà Iesuita in aperto mendacio deprehenduntur.

## I E S V I T A E.

Lutherus ubique tantum duo Sacra menta agnoscit. Confessio verd Au- Germ. ss.  
gust. & Apologia tria confidentur, nempe, Baptismum, Cœnam Domini, & 6. De numero Sa-  
absolutionem. cramentorum.

## R E S P O N S I O.

Secundum vocis Sacramenti, multiplicem variamq; significationem, Cur plura aut pau-  
pauciora pluraue Sacra menta numerari possunt. Augustinus verd Luthero ciota Sacra menta  
consentiens restatur, quod Christus Ecclesia sua dunt axat duo Sacra menta numerari possint.  
reliquerit, Baptismum nimirum & cœnam Dominicam. Et licet idem no- Augst. in Epist. 119.  
men alijs quoque signis tribuat: non tamen idcirco à se ipso dissentit. Eodem 92. Mendacium Ie-  
modo Lutherus, & Confessio August. inter se non dissident, cùm vna pars  
voce Sacra menti strictius, altera verò latius usurpet.

## I E S V I T A E.

Lutherus de vocatione & ordinatione Sacerdotum Ecclesiastica nihil Germ. ss.  
sentit: ludibrium & nugas eam vocat. Laicos quoque & ouibus concedit 7. De Ordinatione  
potestatem Ministros & Pastores vocandi, ijsq; docendi munus commit- Sacerdotum.  
tendi. At Confessio August. sentit, Ministrorum vocationem & ordinatio-

nem, non tantum esse opus necessarium & utile: sed etiam nemini nisi legitimi vocato, publicum docendi & Sacra menta administrandi in Ecclesia manus permittendum esse.

## RESPONSI O.

93. Mendacium Iesuitarum  
De ordinatione, cōfentientis doctrina  
Lutheri & August. Confessionis.

Sed quis non videt, nec his verbis pugnantiam aliquam ostendit? Lutherus enim magicam & idolatricam Sacerdotum ordinationem notat, quæ oleo exorcisato inunguntur, & ad offerendum pro peccatis viuorum & mortuorum ordinantur. Talem ordinationem Christus non mandauit. Et quia sacrificium missæ quotidianum, sacrificio Christi in cruce peracto repugnat: Ordinatio ista Sacerdotum meritò à nostris improbatur & exploditur. Confessio vero August. requirit vocationem & ordinationem Ministrorum Ecclesie Christianam & Apostolicam: quæ potestas ad totam Ecclesiam pertinet. Hinc D. Ambrosius, Imperatoris vices Mediolani gerens, ab ouibus, hoc est, à tota Ecclesia ad munus Episcopale ibidem vocatus est.

Ecce, Christiane lector, hac est ingens illa discordia, inter D. Lutheri & Confessionis August. doctrinam, de qua Iesuitæ hic tantos clamores concitant, eiusq[ue] causa Electores, Principes, & ceteros August. Confessionis Ordines, contumeliosè admodum mendacijs arguunt: idq[ue] cum censura Decani Facultatis Theologicae Ingolstadij, & cum Facultate superiorum: qui hasce ignominiosas calumnias in Illusterrimos Electores, Principes atque Ordines Confess. Augustanae confutatas publico eiam typo confirmare voluerunt: veruntamen contrarium per singula capita omnibus evidenter demonstratum est.

Cochlizi nugacissimum scriptum de dissentiente doctrina Lutheri.

Consumili vanitate scatuit cochlae nugacissimi Calumniatoris scriptum, cuius à Iesuitis hic mentio fit. In quo planè pari impudentia disseritatem doctrinam Lutheru[m] attribuit. At eius vel ipsos Papistas puduit: itaque mirum non est, vanissimum illud scriptum interisse. Eiusdem generis calumniae & vanitates, leguntur quoque in apostata Staphyli & similium scriptis: que omnia immoto veritatis fundamento, cum maximo aduersariorum dedecore refutata sunt.

94. Mendacium Iesuitarum, de doctrina Lutheri, quod tam inane & futile est quod afferunt, ut nullo responso aut refutatione impugnet.

Porr[um], quod Iesuitæ Lutherum vniuersis suspectum reddere conantur, ac si contra Decretum Concilij Nicæni Deitatem Christi non crediderit: cum Deitate Christi digestat.

Ex omni-

Dominibus enim scriptis Lutheri, in quibus de S. Trinitate & aeterna Deitate Christi agit, pater, quam praeclare, solidè & potenter articulum istum contra omnes hereticos, tam veteres quam recentiores ex S. Scriptura tradiderit, explicarit, confirmarit, ut vel vniuersi Iesuita, si omnem eruditionem suam in unum conferrent, omnesq; neruos intenderent, nihil tale prestare possent: qualia precipue in domestica & Ecclesiastica Postilla super Euangelium Dominica Trinitatis, & in libello, de ultimis verbis Davidis, cognoscere licet.

Eodem modo, quas hoc loco blasphemias in Christi Humanitatem evomunt, de qua Lutherum non recte sensisse clamitant: ad eas superius in Refutatione sex falsò dictorum errorum sufficienter & neruoso responsum est. Ideoq; nunc Confutatione ampliori supersedemus, & lectorum Christianum ad ipsius Lutheri, & aliorum Confessionis sincera Doctorum scripta, que de his controversijs edita sunt, remittimus.

## I E S V I T A .

Articulus 18. Confessionis, sic habet: De libero arbitrio docent, quod humana voluntas, habeat aliquam libertatem ad efficiendam ciuilem iustitiam, & diligendas res rationi subiectas, &c. Articulo 19. de causa peccati docent: Quod rameti Deus creat & conseruat naturam: tamen causa peccati est voluntas malorum, videlicet Diaboli & impiorum, quæ non adiuuante Deo, auertit se à Deo, sicuti Christus ait: cum loquitur mendacium, ex seipso loquitur.

Germ. 18.  
Latin. 40.  
De Libero arbitrio.

Contraria inquit Lutherus: Liberum arbitrium est figmentum in rebus, & titulus sine re: quia nulli est in manu sua quippiam cogitare boni vel mali, sed omnia (vt Vviclephi articulus Constantiæ damnatus, recte docet) de necessitate absoluta eveniunt. Quod & Poeta voluit, quando dixit: Certa stant omnia lege. Et Christus Matth. 6. Folium arboris non cadet in terram, sine Patre vestro. Et infra: Non est dubium, Satana Magistro, in Ecclesiam venisse hoc nomen, Liberum arbitrium.

Affec. art. 16.

## R E S P O N S I O .

Ad hunc Articulum, de Libero arbitrio, ipse Lutherus, in Commentarijs in Genesin respondit his verbis: Hæc studiosè & accurate sic monere

Luther. in cap. 26.  
Genet.

K a nere

**Admonitio Lutheri de abusu Scriptorum suorum.** nere & tradere volui. Quia post meam mortem, multi meos libros proferent in medium, & inde omnis generis ertores, & deliria sua confirmabunt. Scripsi autem inter reliqua, esse omnia absoluta, & necessaria: sed simul addidi, quod aspi-ciendus sit Deus reuelatus. *Hac ibi Lutherus.*

**Luther. in assert. 36.** Malitiosa autem verborum Lutheri corruptela, qua Iesuiticus paraphrastes Pet. Hansoniūs hoc loco vſus est, silentio nequaquam præteriri debet. Sic enim verba Lutheri habent: Nulli est in manu sua quippiam cogitare, mali vel boni: SED OMNIA SVB DEO SVNT: contra quem nihil possumus, nisi quantum permittit, aut ipse facit. Vbi in locum verborum: SED OMNIA SVB DEO SVNT: peruersus Iesuita repositur ista: Sed omnia D E COACTIONE & absoluta necessitate eueniunt. Est autem in gens discriben inter has duas phrases. Et multa necessitate quadam sunt, que tamen nulla coactio-ne eueniunt. Quapropter, nec in hoc articulo Lutherus & Confessio Auguſt. discordant. Licet enim omnia sub Deo sint: non tamen sunt coacta, nec eueniunt absoluta necessitate contra voluntatem hominis. Sed homo voluntariè absque coactione agit: quamuis Deus quoque in illo suum opus perficiat. Nam sine ipso prorsus nihil cogitare possumus, ut scribit Paulus 2. Cor. 3. nedum aliquid boni cogitare. Et quidem malum, permissione Dei cogitamus: bonum autem virtute & operatione Dei, ut Lutherus re-cte distinguit.

## I E S V I T A E.

Germ. 60.  
Latin. 42.  
Verum Philippus &  
ſibi & Confessioni  
August. de Libero  
arbit. repugnet.

Philippus in locis anni 21. Primo repudiat nomen ipsum Liberi arbitrij & rationis: usurpata est vox, inquit: Liberi arbitrij à diuinis li-teris, à sensu & iudicio Spiritus S. alienissima. Additum est è Platonis Philosophia, vocabulum Rationis æquè pernitio-sum. At in locis posterioribus: Monendi sunt, inquit: rudiores ut à Physicis sumant distinctiones, & appellations partium ho-minis. In homine est pars cognoscens & iudicans, quæ vo-catur mens, vel intellectus, vel ratio: altera pars appetens, vocatur voluntas. Vocatur autem Liberum arbitrium, mens & voluntas coniuncta. An non hoc est pugnantia scribere? Iam enim Liberum arbitrium repudiat: pōst iubet id à Physicis desumere.

RESPON-

## RESPONSI O.

Hac inter se nequaquam pugnant. Nam uno loco agit Philippus de sub-<sup>96. Mendacium Ie-</sup>  
stantia, & potentissimis animæ humanæ essentialibus, sicut à Deo create, nec  
per lapsum Adæ penitus sublatæ sunt. Alio autem loco ostendit, quid ha-<sup>suitarum.</sup>  
tentia, secundum Scripturæ S. & Spiritus S. iudicium & sententia præ-  
stare valeant: Omnino videlicet nihil. Quemadmodum testatur Paulus: <sup>1. Corinth. 2.</sup>

Animalis homo (suo naturali intellectu) non capit ea quæ  
sunt Spiritus Dei. Quo sensu etiam D. Lutherus scripsit: Quod Sata-  
na magistro, in Ecclesiam venerit hoc nomen, Liberum arbit-  
rium: ac si in rebus diuinis ex se aliquid posset, quod Paulus disertè negat.  
Nihilominus & intellectus & voluntas in homine est: quæ etiam in corru-  
ptis, nec dum renatis liberi arbitrii nomen habent, propterea quod homo  
initio sic conditus est, iamq; malum non coactus, sed liberè nec sine volu-  
tate perpetrat.

## IESVITÆ.

Philippos in locis posterioribus reprehendit vallam, quod hominis vo-<sup>Germ. 67.</sup>  
luntati libertatem detrahit: & monet ut stoicas illas de Fato imagina-<sup>Latin. 43.</sup>  
tiones, quibus omnia secundum Dei predestinationem euenire singuntur,  
fugiamus.

## RESPONSI O.

In hoc Philippus rectè monuit, nec sibi ipse aduersatur. Vtrunque enim  
verum est, & quod Deus secundum arcanam suam predestinationem om-  
nia gubernet, nec quicquam sine ipsis prouidentia eueniat: & tamen ho-  
mo in rebus externis ea libertate præeditus sit, vt nihil coactè, sed bonum &  
malum liberè, & quidem bonum singulari Spiritus sancti ductu, peragat.  
Eadem quoque ratio est, sequentium dictorum Philippi, qua hic Iesuitæ  
adducunt: quibus docet, omnia secundum predestinationem diuinam eue-  
nire, et si homo quadam propria voluntate & motu facere videatur. Que-  
admodum id Lutherus exemplo fratrum Iosephi confirmat: qui malum co-  
gitarunt, sed Deus veritatem illud in bonum.

Si vero Philippus in posterioribus suis scriptis, libero arbitrio hominis  
plus equo tribuit: nihil istud ad nos, aut Confessionem August. perri-  
net. De hoc enim, quæ nostra & August. Confessionis sententia sit: in li-  
bris Concord. artic. 2. de libero arbitrio, luculenter & solidè verbo Dei do-  
cimus.

I E S V I T R.

Latin. 44.

Philippus in commentarij ad cap. 8. Epist. ad Rom. docet, Deum petitorum causam esse. Sicut, inquit, fatemur, proprium Dei opus fuisse, Pauli vocationem: ita fatemur opera Dei propria esse, siue quæ media vocantur, ut comedere, bibere, &c. siue quæ mala sunt, ut Davidis adulterium, Manlij seueritatem. Constat enim ex cap. 1. ad Rom. Deum omnia facere, non permis-  
siue, sed potenter.

## R E S P O N S I O.

Gabr. Biel in lib. 2.  
Mag. sentent.  
dist. 37.

Bouauent in lib. 2.  
sent. dist. 37.  
Thomas de Argentina.

Quandoquidem Iesuita his verbis Philippis se moliter titillant, ut nostra doctrina apud suæ religionis homines odium conflent: rogamus ipsis, Germanicè nobis reddant & declarant, quid sit, quod scholastici Doctores concorditer scribunt: Quod Deus, quoad substantiam actus, in omnibus actionibus cōcurrat. Item: Deus semper coagit ad omnem actum, quem vult elicere. Item: Summa Dei creatrix est sentia omnium effectuum posituorum est causa immediata. Facit igitur Deus omnia, quæ iusta vel iniusta voluntate sunt, id est, bona opera & mala. Item: Deus facit peccatum, adulterium & similes actus. Item: Deus est intimè agens in omni actione,

Hec est vestra Catholica & Scholastica Theologia, ex qua Philippus suas phrases desumpit: cui verba Pauli subiungere volumus, qui dixit: In ipso (Deo) viuimus, mouemur & sumus: hoc est, nisi virtus Dei perpetuò nobis adesset, ac facultatem mouendi sufficeret, non possemus nos ipsis mouere, nec edere, nec bibere, nec bonum aut malum agere. Quid autem mali sumus, & malum operamur: hoc non à Deo, sed ex corrupta hominis natura & Diabolo est, qui hominem impellit, ut viribus, quas à Deo accepit, non ad sui creatoris gloriam, atque res honestas, sed ad malitiam utatur. Nec Deus causa est peccati, et si homini vices in malis actionibus non subtrahat, sed earum abusum permittat. Cùm ergo Philippus (in quorum lectione Iesuita magis versari sunt, quam in scriptis Proprietarum & Apostolorum) prius Scholasticos Theologos reformat, quam de Philippo Divinior canant.

Ex his omnibus perspicitur nunc Iesitarum fraudulenta nequit: quid

quod cum Confessione August. articulos verbo Dei refutare nequeant: suis hominibus tam summis, quam insimis nebulas offundere tentent, clamitantes de inconstantia & discordia principiorum Doctorum & architectorum (ut vocant) huius nostre Confessionis, ne videlicet ad ipsa capita respondere, eaq[ue] verbo Dei (quod minime possunt) refellere cogantur. Non enim iam queritur, quid Philippus aut alius Confessionis August. Theologus, in hoc vel illo libro scriperit: sed de hoc quæstio est, utrum Confessionis August. articuli Imperatori Carolo V. exhibiti, Prophetarum & Apostolorum scriptis fundati sint, nec ne? Ad hoc Iesuitas respondere volumus: & patet, vira pars sua doctrina atque fidei firma-  
menta ex S. literis proferat.

## I E S V I T A.

## III. Mendacium.

**I**N Confessione August. articulo 12. pag. 15. Concor. sic habetur: Reij. Latin. 45. 46.  
 ciuntur & isti, qui non docent remissionem peccatorum per fidem contingere: sed docent remissionem peccatorum contingere propter nostram dilectionem & opera. H[ic] verbis Pontificios sux fidei & doctrinæ pudet: nec tamen eam ab-  
 notari Catholicos omnes, & præsertim Theologos scholasticos, dubitari non potest. Et si quod dubium esse potuisset, iam est sublatum per Apologiam, iucere volunt.  
 rbi usque ad nauicam repetitur, & inculcatur hoc mendacium, quod Scholastici doceant: Iustificationem non contingere ex fide, sed ex operibus, hoc est, ex operibus sine fide. At non est ista, nec unquam fuit doctrina Ecclesia Catholica, nec etiam Scholasticorum Theologorum. Semper enim docuimus, & docemus: Iustificari homines ex fide & dilectione ac operibus bonis.

## R E S P O N S I O.

Quia hic articulus de iustificatione peccatoris coram Deo per fidem, in scriptis Iesuitarum sepius repetitur: atque eius causa Confessio August. & Apologia plus vicies citantur: quod Lector Christianus rem melius percipiat, ante omnia declarandum est, quid in hoc articulo per vocabulum, fidei, significetur, quidq[ue] S. litera ista voce intelligivelint. Deinde, quomo-  
 do Iesuitæ, cateriq[ue] Papistici Doctores, de fide loquantur, quid per eam ante-  
 hac intellexerint, & adhuc secundum tenorem & declarationem Concilij  
 Tridentini intelligent.

Vbicun-

*Quid sit veræ in  
Christum credere.*

*Hebr. 11.*

*Jacob 1.*

*Iustitia fidei quid  
sit.*

*I. Cor. 1.*

*Rom. 4.*

*Testimonia Scriptu-  
rae sacræ de iustitia  
fidei.*

*Ezai. 53.*

*Ioan. 1.*

*Psalms. 130.*

*z. Ioan. 2.*

*Philip. 3.*

*Quid sit iustitia si-  
dei, secundū Paulū.*

*Vbicunque autem S. Scriptura, fidei in Christum saluifice meminit: in Christum credere significat, certò & indubitate promissione Euangelijs dñe, firmiterq; statuere, quod Christus perfecta sua obedientia totius Mundi peccata plenè expiarit, quodq; Deus Pater propter solius Christi obedientiam homini credenti omnia peccata, tām originale, tām que in hac vita perpetrauit, remiserit, eumq; merā gratia in Filium delegerit, ac sperandarum fiducia, argumentum non apparentium. Et Iacob 1. Si cui vestrum deest sapientia, postulet à Deo, postulet vero in fide nihil habens. Nam qui habens, similis est fluctui maris, qui ventis agitur & iactatur. Neque enim existimet homo ille, quod accepturus sit quicquam à Deo. Et ne de hac promissione gratiae, vel minimum dubium nobis obreperet: Deus clementissimus eam Sacramentis, Baptismo & cōna Dominica, sicut quoque absolutione, ceu diuinis signaculis obsignauit, eamq; ob causam ministeriū quo verbū instituit, ut per ea fidem nostram quodcumque confirmaret.*

*Iustitia autem fidei, est absoluta perfectaq; obedientia, quam Christus Deo Patri sub lege pro nobis peccatoribus præstitit: qui nobis à Deo factus est sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio. Quae obedientia, per S. O. L A M fidem & fiduciam in unius Christi meritum, credenti ad iustitiam imputatur. De quo Scriptura inquit: Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter sclera nostra: multa pacis nostræ super Eum, & liuore Eius sanatis sumus. Et posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Ipse est agnus Dei, tollens peccatum Mundi: Quique redemit Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Est enim propitiatio non pro nos stris tantum, sed etiam pro totius Mundi peccatis. Idcirco etiam Paulus seipsum toti orbi Christiano exemplum proponens, scribit: Quæ erant mihi lucra, ea existimauit propter Christum damnum esse. Quin etiam existimo omnia damnum esse propter excellentiam cognitionis Christi Iesu Domini mei: propter quem omnia pro damnis duxi, & existimo R E I E C T A M E N T A esse ut Christum lucrifaciam, & inueniar in illo (attendite vos Iesuitæ & vniuersi Papistæ) NON HABENS MEAM IUSTITIAM, quæ est ex lege, SED EAM, QVAE PER FI- DEM EST CHRISTI, IUSTITIAM QVAE EST EX DEO IN FI-*

**I**N FIDE, ut cognoscam illū, & potentiam resurrectionis illius, & communionem passionum eius. Hac Paulus. Hoc modo se D. Lutherus de iusticia operum scripsisset, eamq; σκύβαλον dixisset: ut Doctor impurus & spurcus à lesuitū proclamatus fuisset.

Iustificare verò est, à peccatis absoluere: iustificari, à peccatis absolui, iustificare & iustificari quid. corung remissionem consequi. Sic enim Scriptura usurpat hoc verbum in doctrina de iusticia fidei, Rom. 8. Quis intentabit crimina aduersus electos Dei? Deus est qui iustificat, hoc est, iustos pronunciat & reputat. Eiusdem verbi in S. literis usus est contra iniustos iudices, qui donorum causa impios iustificant, hoc est, absoluunt, & iustos pronunciant: iustos verò damnant, i.e. iniustos proclamant. Proverb. 17. Qui iustificat impium, & condemnat iustum: abominatio uterque est apud Dominum. Et Esai. 5. Vx iustificantibus impium propter munera. Vbi semper in Latina, Graeca, & Hebreæ lingua, verbum iustificare, usurpatur.

Quare, vt breuiter dicam, doctrinæ nostra vera & unanimis de iusticia fidei coram Deo hoc est: quod homo coram Deo iustificetur, hoc est, à peccatis absoluatur, iustusq; à Deo reputetur per solam fidem, hoc est, firmam nihilq; hesitantem fiduciam in unicum perfectumq; meritum & obedientiam Iesu Christi, merita gratia gratis, absque ullo respectu operum nostrorum, fidem aut precedentium, aut comitantium, aut etiam sequentium: sine quibus tamen fides, si modo vera, viua, nec mortua fides est, nunquam, sicut etiam non sine dilectione & spe, existit. Atque ita Deus in opere iustificationis cum nos à peccatis absolvit, NIHIL præter fidem & fiduciam in perfectum Christi Filii sui meritum, in nobis respicit. Hac vera in Christum fides, & iusticia fidei, lesuitis & Papistis adeo ignota est, vt ei non solum in omnibus Colloquijs, causa Religionis, Augusta, Spira, Haganoë, Ratispona, institutis, (sicut acta typis excusa loquuntur) sed etiam in Concilio Tridentino manifestis, claris, disertis & expressis verbis anathema dixerint. Sic enim scribunt: Si quis dixerit: Omni homini ad remissionem peccatorum assequendam, necessarium esse, vt credat certò & ABSQVE VLLA HAESITATIONE propria infirmitatis & indispositionis, peccata sibi esse remissa, anathema sit. Et Canon. 15. Si quis dixerit, hominem renatum & iustificatum, teneri ex fide ad credendum, se certò esse ex numero prædestinorum, anathema sit. Ibidem cap. 9. Sed ne-

Concil. Trident. Sess. 6. Canon. 13. damnat Catholicam, Apostolicam, & saluificam fidem.

Canon. 15.

L que

NB.

Horrenda doctrina  
Concilij Trident.

qne illud afferendum est , oportere eos , qui verè iustificati sunt , ABS QVB VLLA OMNIÒ DVBITATIONE apud se meti ipsos statuere , se esse iustificatos , neminemque à peccatis absolui ac iustificari , nisi eum qui certò credat , se absolutum & iustificatum esse , &c. Nam sicut nemo pius de Dei misericordia , de Christi merito , deque Sacramentorum virtute & efficacia dubitare debet : Sic quilibet dum seipsum , suamque propriam infirmitatem & indispositionem respicit , de sua gratia formidare ac timere potest , CVM NVLLVS SCIRE VALEAT certitudine fidei , cui non potest subesse falsum , SE GRATIAM DEI ESSE CONSEQUVTVM.

Rom. 3.

Hac Tridentini Concilij verba ex diametro pugnant cum illis Apostolis: Non accepistis Spiritum seruitutis iterum IN TIMOREM, sed accepistis Spiritum adoptionis , in quo clamamus Abba pater. IDEM SPIRITVS TESTAVR VNÀ cum Spiritu nostro , QVOD SIMVS FILII DEI. Et i. Cor. 2. Nos verò non Spiritum Mundi accepimus , sed Spiritum , qui est ex DEO , VT SCIAMVS , QVAE NOBIS A DEO DONATA SVNT. Quæ obsecro , horum Scripturae dictorum , & Concilij Tridentini consensio? quæ conuenientia? D. Apostolus inquit: Iustificatos non debere timere sed credere & firmiter statuere , quād sint electi Dei filii. Cui contradicit Concilium , quād hoc non credere , sed de eo cum timore dubitare debeant.

Concilij Tridentini  
heretica doctrina  
de fide.

Ecce , hæc est illa bella Jesuitarum & Pontificiorum de Christiana & saluifica fide doctrina , quād videlicet nemo certò statuere debeat , sibi propter Christum , Deum propitium esse. Homini enim , non solam Dei gratiam , Christi meritum , & virtutem Sacramentorum , verum etiam suam propriam infirmitatem & indispositionem respiciendam , ac propter hanc ad extremum usque spiritum dubitandum , inò huic dubitationi prorsus immorierendum esse , an sit in gratia & numero filiorum Dei.

Quid Papistæ per  
vocab Fidei intelli  
ligant.Conc. Trid. Sess. 6.  
cap. 15.

Vt autem vniuersis constaret , quid Pontificij sit fides , quidq; per vocem Fidei intelligent: In Concilio Tridentino adhuc luculentius se declararunt , scribentes: Actuersus etiam hominum quorundam calida ingenia , qui per dulces sermones & benedictiones seducunt corda inuocentium , afferendum est , non modò infidele alio mortali peccato , QVAMVIS NON AMITTATVR FI

NB.

DESA

DOMINI, acceptam iustificationis gratiam amitti, diuinæ legis doctrinam defendendo, quæ à regno Dei non solùm infideles excludit, sed et fideles quoque forniciarios, adulteros, molles, masculorum concubitores, fures, avaros, ebriosos, maledicos, rapaces, ceterosq; omnes qui lethalia committunt peccata: à quibus cum diuinæ gratiæ adiumento abstinere possunt, & pro quibus à Christi gratia separantur. Hac ibi Concilium.

Cum igitur jesuitæ in suis maledicis scriptis eiusmodi fidem intelligent, quam etiam forniciarij & masculorum concubitores (vt Concilium Tridentinum loquitur) habent: fateri nos oportet, si Confessionis architectus Philippus (vt eum in suo famoso libello appellant jesuitæ) in dicta Confessione eiusdemq; Apologia aliam fidem non intellexit, quam cuius & Sodomitæ participes esse, & ab ea fideles Christiani dici & dignosci possunt: quod ipsorum falso dictæ Catholica Ecclesia, præsertim scholasticis Doctoribus iniuriam fecerit, tribuendo eis ac si docuissent & docerent, hominem ex operibus sine fidei iustificari, & remissionem peccatorum consequi.

De hoc enim nunquam dubitatum, in Papatu quoque hanc doctrinam sonuisse, quod Christus pro peccatis Mundi passus, crucifixus, mortuus & sepultus sit, ac peccatorum remissionem impetravit: quodq; remissio hac Ecclesia Catholice bonum sit, ac eam homines crediderint.

At nuda hac cognitio historiæ de Christo, ad veram & salutificam fidem constituendam nequaquam sufficit: sed firma in passionem, mortem, & meritum Christi fiduciare requiritur, quod propter ipsum cuiq; credenti & merito Christi firmiter innitenti Deus certò propitius sit. Nam & demonia, vt D. Iacobus testatur, historiam de Christo credunt, multoq; firmius quam illi forniciarij & Sodomite, quorum Concilium Tridentinum meminit. Hoc est, credunt ista accidisse: sed contremiscunt, nec credere possunt, sua quoque peccata expiata, Deumq; ipsis propitium esse.

His S. Iacobus omnes illos annumerat, qui dunt axat historiam de Christo credunt: & clarè testatur, horum fidem, fidem demonum non antecellere, ideoq; veram & salutificam fidem non esse. De quo adhuc clarissimus & luculentius Paulus scribit: Deum profitentur se scire: cæterum Tit. 1.

**NOTA.**  
In Papatu, qui fideles dicantur.

Qualis fides de Christo in Papatu tradita, & adhuc tradatur.

Iesuitarum & Demonomum, sua fides.

factis negant, cùm sint abominabiles & inobedientes, & ad omne opus bonum reprobi.

**¶7.** Mendacium Iesuitarum.  
Pontificij veram &  
saluificam fidem  
non docuerunt.

Quapropter ut vel tandem Iesuitarum mendacio, quod hoc loco nobis falso imputant, respondeamus: aperte & ingenuè dicimus, Papistas in doctrina de remissione peccatorum & iustitia Dei sive fidei, veram, Christianam & saluificam fidem nequaquam tradidisse. Docent quidem credendum esse, quod Christus pro nobis mortuus sit. Num vero homo fidelius in gratia & numero filiorum Dei propter Christum sit: de hoc ad extremum usque halitum homini Christiano dubitandum, nec certò firmiter quod credendum id esse, docent.

Hic cælum & terra, omnesque intelligentes iudicent, an aliquid Papistis in hoc articulo impudenter affingamus, aut falso tribuamus, de quo tantopere & toties conqueruntur? immo intrepide sine ulla dubitatione & retractatione profitemur, Pontificios Doctores hanc fidem non solum exclusisse, sed etiam publicè in suo blasphemico Concilio Tridentino penitus reprobasse & damnasse, ut antea demonstratum est.

**2. Thess. 3.** Hec vera, Christiana & saluifica fides, ut Paulus scribit: non est omnium: nec eam scortatores & Sodomita in sua spuriissima & nefanda vita villo modo retinent. Sed est summum & ineffabile Dei donum, quod hominis infirmitatem & indispositionem (ut Concilium Tridentinum loquitur) non respicit, quasi homotum demum, cùm ab his omnino liber est, fiduciam concipere debeat, quod in gratia Dei sit. Hac uamque ratione, omnibus p̄s & fidelibus de gratia Dei non solum dubitandum, sed prorsus desperandum esset, cùm nemo scire posset, quando ad gratiam Dei sat is firmus & habilius sit. Sic namque Paulus de seipso testatur: Nullius mihi conscientia sum, sed in hoc non sum iustificatus. Et David precatur: Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me.

Quapropter Euangelium docet, ut omnes verè fideles cum propter peccata a Diabolo tentantur, & ad dubitationem adiunguntur, non solum ab omnii infirmitate & inhabilitate, sed etiam ab omni iusticia sua (quae coram Deo ut vestimentum inquinatum est) oculos auertant, ac solum Christum Iesum in cruce & perfecta ipsius obedientia aspiciant (quod Paulus fecit, dicens: Absit à me gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi) nihil dubitantes, quod in ipso, & propter ipsam iustificati, hoc est, ab omnibus peccatis absoluti, & coram Deo tam perfecti & iusti reputati sint, quam perfectus & iustus in omni sua obedientia Christus fuit.

Papista disperationem docent.

**i. Cor. 4.**  
**Psalm. 18.**

**Esaï. 64.**  
Fides non propriam infirmitatem, sed Christum repicere debet.

**Gal. 6.**

fuit. Sicut preclarè Hieronymus in 10. cap. ad Rom. scripsit: Finis legis Christus, adiusticiam omnici crediti. T A L I S E S T I L L E, Epist. ad Rom. QVI C H R I S T V M C R E D I D I T, die qua credidit, Q V A L I S ALLE, qui vniuersam legem impleuit. Contratentationem verò de indispositione & infirmitate sua, solentur se p̄ij verbo Christi, ad Paulum dicentis: Virtus mea in infirmitate perficitur. Et cum Paulo dicant: 2. Cor. 12. Igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Et cum discipulis orent: Domine, adauge nobis fi- Luc. 17. dem. Nec dubitent secundum certissimam Christi promissionem, si fidem Matth. 17. vt granum sinapis habeamus, quod omnes temptationum montes transfer- re, & ignita tela Satanae Christi virtute extingue valeamus. Credenti Ephes. 6. enim, vt Christus inquit, Omnia possibilia sunt. Marc. 9.

Quocirca non Catholica, Apostolica, Christiana, sed execrabilis, hæ- Papistica doctrina retica & damnata doctrina est, cùm verè fideles, renati, & coram Deo iu- de dubitatione, hæ- stificati, propriam infirmitatem respicere, & ob eam de gratia Dei dubi- reta, iubentur. Cur verò omnes Pontificij Doctores, in primis Concilij Tridentini Patres, articulum de dubitatione tantopere vrgeant, nec quic- Cur Pontificij tan- quam de eo remittere velint: facile colligere licet, vel eam ob causam fieri, quod vniuersus Papistarum sc̄lētius cultus super hanc dubitationem adi- topore vrgeant do- catus est, eiq; tanquam fundamento insistit. Quādprimum enim homi- cīniam de dubitatione. nes hanc veram, Christianam, Apostolicam & Catholicam fidem ex verbo Euangeliū edociti sunt, quod credere nec quicquam dubitare debeant, Chri- sum solum sua perfecta obedientia, passione, & morte, omnia ipsorum peccata perfectè expiassæ: quod etiam quilibet Christianus per animæ sua salutem firmiter statueret teneatur, si vera fide omnem fiduciam in Christi obedientiam collocet, quod ab omnibus peccatis absolutus, & electus Dei Filius sit: tum omnes Pontificis Romani merces, pro reiectamentis (vt Pau- Doctrina fidei, vni- lus loquitur) habentur, ita vt verè fidelis homo pro omnibus Vigilijs, Mis- uersas Pontificis Rom. merces ene- fit. quilijs, sanctorum meritis, peregrinationibus, & similibus quis- quilijs ac commentitij cultibus, ne teruncium quidem exponeret.

Hinc verò nequaquam sequitur, quod ex nostra doctrina Pontificij fal- id colligunt, calumniantes: si ista doctrina de fide vera sit, tum bona opera non esse facienda, sed tantum credendum: & homines saluari, quicquid etiam agant. Hoc, inquam, ex nostra sententia nullo modo sequitur. Tam enim dilectio à vera & saluifica fide separari non potest, quād calor à lu- minis splendore. Et ubi dilectio non est: nec etiam vera fides esse potest. L. Cor. 13. Fides nunquam est sine operibus bonis. simile de lumine.

Sect. 6. cap. 15.

Itaque nobis ignoti sunt fideles scortatores & Sodomita, de quibus Concilium Tridentinum loquitur: qui etiam in suis sceleribus perseverantes, fidem retineant, nec eam amittant. Quamdiu enim tales scortari, aliaq[ue] nefanda perpetrare pergunto: tamdiu vera fide carent. Si vero credant: a flagitio ut desisterint, neesse est.

## I E S V I T A.

Germ. 65.  
Latin. 48.  
Thom. 1. 2. q. 113.  
art. 4.

S. Thomas de fide hoc modo scribit: Ad iustificationem impii, requiritur motus mentis, quo conuertitur in Deum. Prima autem conuersio in Deum, fit per fidem. Iuxta illud, Hebr. 11. Accedentem ad Deum, oportet credere. Et ideo motus fidei (hoc est, fides) requiritur ad iustificationem impii.

## R E S P O N S I O.

Jacob. 2.

Cum Thomas non doceat, qualis iste motus fidei sit: perinde est, ac nullam mentionem fidei fecisset. Si enim aliis motus non est, quamquam qualem Concilium Trident. scortatoribus tribuit: vera fides esse aut dici non potest. Estq[ue] maliciofa appositiō, quod interpres Iesuicuſ verbiſ Thomae motus fidei, addit: hoc est, ipsa fides. Fides enim, qua historiam de Christo certam esse statuit, etiam motus quidam mentis est: at saluificis Christianorum fides non est, sed talis quam etiam Diaboli habent, & contremiscunt.

Scholastici Theologi, de fide saluifica nihil docuerunt.

Quare firmum & immotum manet, quod Pontificij, in primis vero scholastici Doctores, de vera saluifica fide, qua soli obedientia Christi meritō innititur, nihil proorsus tradant, sed fiduciam salutis in operibus bonis collocare, tjsq[ue] remissionem peccatorum & iusticiam coram Deo querere doceant. Quemadmodum etiam nunc hodie rudit & misera plebeula per istos caecos duces docetur, miscreq[ue] seducitur.

Cur fides Papistica,  
non sit vera Christianorum fides.

Adhac, Epistola ad Hebr. de tali fide loquitur, que nihil habitat. Cum autem Papisti eiusmodi fidem doceant & requirant, quae sine dubitatione non sit, nec esse debeat: ideo dictum illud Epistola ad Hebr. ad fidem Papisticam male refertur.

## I E S V I T A.

## V. Mendacium.

Germ. 65.  
Latin. 48.

Scholastici Theologi notantur, quasi doceant. Sacra menta etiam sine fide prodesse. Quo ipso Lutheri doctrina expresse damnatur,

qua

qua libr. Concord. fol. 220. hū verbi extat: Si verbum coniunctum sit aquæ: verus Baptismus est, etiam si fides non accedat.

## RESPONSIΟ.

*In gens discriminem est inter hec effata, cùm Lutherus dicit: Veritatem & Discimen inter substantiam Baptisni etiam sine fide consistere: & quando scholastici Theologi docent, quod Sacra menta sumentes, etiam sine bono motu cordis ex opere operato gratiam Dei consequantur.*

*Baptismus enim quoad substantiam, aqua & verbo constat, siue homo credat, siue non credat. Ut vero gratiam Dei adipiscamur, non tantum substantia Baptisni, sed fides quoque requiritur, sine qua gratia Dei nemo particeps fieri potest.*

*Quod autem Iesuita comminisci audent, nec scholasticos Theologos, nec ceteros Pontificios docuisse, Sacra menta etiam sine fide percepta conferre gratiam: insignis impudenter argumentum est, vt quos doctrinae sue pudent, nec eam coram intelligentibus profiteri ausint, & nihilominus indubitate inculcare ac persuadere satagant.*

*Ne autem Christiano lectori de hoc ullum dubium relinquatur: ipsa verba scholasticorum Theologorum adducemus, ex quibus cognoscatur, ipsos constanter docuisse, cuius nunc Iesuitas pudet: imò quam doctrinam ipsi quoque Iesuita suis proponunt, nec eam abycere volunt.*

*Verba illorum sicut habent: Secundò notandum, quod ut tangit B. Thomas dist. præsenti, quæst. 1. art. 1. post. Alex. licet satis obscurè, quod signum aliquod conferre gratiam, duplíciter possit intelligi. Vno modo ex ipso signo, seu Sacramento: vel ut alij dicunt, ex opere operato. Ita quod eo ipso, quod opus illud, puta signum aut Sacramentum exhibetur (nisi impediat obex peccati mortalis) gratia conferatur: sic quod præter exhibitionem signi foris exhibiti, NON REQIRATUR BONVS MOTVS INTERIOR IN SVSCIPIENTE, quo de condigno velde congruo gratiam mereatur, sed sufficit quod suscipiens non ponat obicem. Concordat Scotus dist. præsesti, q. 5. iuxta finem. Sic Baptismus, confirmatio, extrema unctione conferunt gratiam ei, qui non habet usum perfectum Rationis. Alio modo intelliguntur signa vel Sacra menta conferre gratiam ex opere operante, & per modum meriti, quando*

Discrimen inter substantiam & esse cùm Baptisni.

Substantia Sacra-  
mentorum, fide  
vrentium non con-  
sistit.

Sacra menta absque  
fide non profunt.  
9. Mendacium Ie-  
suitarum.

Gabri. Biel lib. 4.  
sent. dist. 1., quæst.  
3. art. 2.

Sacra menta N. Te-  
flamenti ex opere  
operato conferre  
gratiam.

quando scilicet Sacramentum foris exhibitum non sufficit ad gratiæ collationem, sed ultra hoc requiritur bonus motus, seu deuotio interior suscipientis Sacramentum: secundum cuius intentionem confertur gratia, tanquam meriti condigni, vel congrui præcisè, & non maior propter exhibitionem Sacramenti. Item, dist. 2. quest. 2. Baptismus Ioannis, non fuit Baptismus, quia defecit forma, quæ est essentialis Sacramento: & ideo non præstabat gratiam ex opere operato, & per consequens non sufficit, ut Sacramentum ad salutem. Et mox: Sacraenta gratiam conferunt, NON EX FIDE RECIPIENTIS, SED ut dictum est, EX OPERE OPERATO.

*An non igitur ex scholasticorum scriptis satis demonstrauimus, Confessionem August. eiusq; Apologiam Papisticis & scholasticis Doctoribus nequaquam iniuriam facere, arguendo quoddocuerint, Sacraenta per externam sumptionem etiam ijs conferre gratiam, qui absque interno bono motu fidei ea percipient? Verba enim Scholasticorum Theologorum per spicula sunt, vnaminem ipsorum sententiam exprimentia, quodd in Baptismo & confirmatione infantum, ante perfectum Rationis usum, item in extremaunctione morientium, internus bonus motus non requiratur, & tamen Baptizato, confirmato, & vnclo, per externum Sacramentorum usum, gratia Dei communicetur. Sicut nec istud docere verentur: infantes baptizatos fide propria carere, & tamen Baptismum eis gratiam applicare. Quod verbo Christi manifesto repugnat, de puellis affirmantibus Qui offenderit vnum de pusillis istis, QVI IN ME CREDUNT.*

Matth. 18.

Quare vel tandem Iesuitas pudere incipiat, ea negare, quorum tam evidenter conuincuntur: & que illi ipsi vel palpare, adeoq; Rustici intelligere possunt, à veritate tam aliena esse, vt nullum colorem aut defensionem admittant. Sed quomodo hanc eandem doctrinam in loco de Sacramento altaris, adhuc crassis tradiderint, audiamus.

Doctrina Papistica  
rum de Missa.

I.  
Per Missam hominibus gratiam Dei impetrari.

*An non enim verum est, Sacerdotes missarios opus & ceremonias Missae eo fine & intentione quotidie peragere, vt per illud hominibus preseruum spectatoribus gratiam Dei impetrarent? Non dicimus, auditoribus: quandoquidem maior pars Missæ tanto silentio peragatur, vt circumstantes quid ad altare demurmuret missarius, audire non possint.*

Ad hanc

*Ad hoc, negare nemo potest, sacrificulos integrum Sacramentum sub  
vtraque specie accipere: (quo modo illud Laicos non exhibent) idq; non so-  
lum pro se, verum etiam pro tota Ecclesia, presertim vero pro his, à quibus  
presenti pecunia, aut certè iam pridem legata conducti sunt.*

2.  
Sacrificuli in Missa  
pro alijs edunt &  
bibunt.

*Scribunt enim Doctores scholastici, quod sicut ad nutritionem & su-  
stentationem corporis humani omniumq; membrorum illius, necesse non  
sit, ut quodq; corporis membrum os proprium habeat, quo pro se comedat,  
sed omnibus vnum os commune sufficere, quod edat & bibat pro omnibus,  
& singula membra per illud nutrimentum ad sustentationem accipere:  
ita in celebratione Missæ Papistice, os Sacerdotis, commune quasi os om-  
nium Rusticorum, eorumq; esse, qui Missa intersunt. Et quando sacrificu-  
lus suo ore Sacramentum accipiat, tantundem id esse, ac si quisque Rusti-  
corum & astantium suo ore illud acciperet: Atque per istud Sacerdotis  
opus, omnibus & singulis spectatoribus, gratiam Dei, quam Christi cor-  
pus & sanguis in Sacramento secum ferant, impetrari.*

Os sacrificuli, om-  
nium Rusticorum  
& Missam spectan-  
tium os.

*Vi autem Christianus lector perspiciat, nos nihil comminisci, aut falsò  
affingere Theologis scholasticis: proferemus quod Gabriel Biel, praefans &  
celebris Schola Doctor, in Canonem Missæ, hac de re scripsit. Ibi in hac  
verba Canonis: Hæc sacro sancta commixtio & consecratio cor-  
poris & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, fiat N O B I S  
S V M E N T I B V S salus mentis & corporis, & ad vitam æter-  
nam capessendam præparatio salutaris: habentur ista: Fiat no-  
bis sumentibus, &c. Nobis scilicet Sacerdoti sumenti, & in sa-  
crificio offerenti, & omnibus spirituali voto & desiderio in  
fide S V M E N T I B V S P E R S A C E R D O T E M, Q V I  
E S T V E L V T I O S C O R P O R I S C H R I S T I M Y-  
S T I C I, per quod trahitur nutrimentum omnibus membris  
totius corporis nutrientis, roborandis, & spiritualiter aug-  
mentandis. Sicut os naturalis corporis comedit non solum  
pro se, sed pro salute omnium membrorum sumit cibum, qui  
per totum corpus diffunditur, & membris singulis incorpo-  
ratur, ut saluetur in sua subsistentia naturali: sic Sacerdos su-  
mit Sacramentū, cuius virtus transit in omnia Ecclesiæ mem-  
bra, huius spiritualis cibi susceptiua: Et singulariter in eos,  
qui Missæ intersunt officio, qui cibum hunc esuriunt, & voto  
ac desiderio sumunt. Hucusque Biel.*

Gab. Biel in Can.  
Missæ lext. II.

Praterea docent, ad perationem Missæ opus non esse, ut Sacerdos pietatem colat: sed satis esse, si opus Missæ externam perficiatur: nihil obstante, quod Missarius scortator aut sodomita sit. Missam enim, ad gratiam Dei haminibus pro quibus celebretur, obtinendam, ex opere operato valere & efficacem esse, quantumvis Sacerdos impius & profanus sit. An verò aliquid horum negare potestis, Iesuitæ? aut pro vestra singulari impudenteria negare audetis? Cùm igitur hec ita se habeant: quomodo Confessionem Augusti. eiusq[ue] Apologia in toto Ecclesia caru adeo perficta fronte mendacijs arguere non veremini, ac si istud Papisticæ Ecclesia falso imputarent? Vbi speciatim versuta ipsorum malicia (qua hic vtuntur) notanda est. Cùm enim probesciant in Confessione Augusti. per voces, ex opere operato, errorum istum de efficacia Sacramentorum, præcipue in loco de Misera Papistica, & sumptione Sacramenti; que ab inimicio Missario pro omnibus fiat, perstringi: & in Apologia tanquam crassam & palpabile com mentum vehementer exagitari & damnari: Iesuitæ ne uno quidem verbo sacramenti huius mentionem fecerant, sibi ipsis nimirum huius tam crassi & pudendi erroris consciij: & solum Baptismi meminerunt, quod iste absque fide perceptus nihil profit. Atque in eius rei confirmationem, testimonium Thoma Aquinatis adducunt, ut rudioribus persuadeant, sibi hac in parte iniuriam fieri: cùm tamen non minus de Baptismo testentur, quod ex opere operato absque fide infantibus profit, & remissionem peccatorum operetur: ut paulò ante ostensum est.

Et cùm nemo tam excorsu, vixi homo impius pro ipso Baptismum suscepseret, qui sibi persuaderi pateretur, tantundem hoc esse, ac si ipse baptizatus esset: quomodo ergo Pontificij amentiae notam effugient, quod seinhanc stultam opinionem a suis Missarijs & Doctoribus adduci permittunt: Si Mæchus aut impurus sacrificulus Sacramentum sumat, idem hoc esse, ac si ipsi proprio ore accepissent. Hunc errorem & fraudem qui non sentit & palpat, eum sensum communem amississe oportet.

Nihil iam dicemus de eo, quod in ipsorum iure Canonico præcipitur: Decret. dist. 32. cap. Nullus. Ut nullus missam audiat presbyteri, quem scit concubinam indubitanter habere, aut subintroductam mulierem. Qua de causa pauca admodum missæ, si etiam per se verbo Dei consentanea essent, cum fructu spectarentur.

Evidenter ergo & quasi ad oculum demonstratum est, scholasticos Theologos

Amentia Papista-  
rum & falsa opinio  
de Altaris Sacra-  
mento:

legos docuisse: Sacraenta noui Testamenti sine fide ex opere operato conferre gratiam: in primis vero, quod etiam profanus & impurus sacrificium per Sacramenti sumptionem, ijs pro quibus missam celebrat, absque bono cordis motu, si tantum externum opus peragat, gratiam & remissionem peccatorum impetrat. Et hoc in toto Christiano orbe, ubi cunque Antichristi Romani abominatione idololatriæ Missæ dominatur, ad hunc usque diem agunt. Quamobrem Iesuitas merito pudere debebat, Electorum, Principum, & ceterorum Confessionis August. Ordinum Confessionem tam impudentis mendacij accusare, & quidem in re, quem manifestissima, & sole meridianō clarior est. Atque hec de 98. mendacio Iesuitarum.

## I E S V I T A.

## VI. Mendacium.

**I**N artic. 16. Confessionis August. damnantur illi, qui Euangelicam perfectionem non collocant in timore Dei & fide, sed in corporali desertione vxorum, liberorum, officiorum ciuilium, & temporalium bonorum. *Quod est mendacium manifestum contra Catholicos Professores Ordinum religiosorum, quasi existimant perfectionem propriè confistere in rebus illis deserendis.*

Latin 49.  
De statu perfectio-  
nis.

## R E S P O N S I O.

Hoc loco iterum pudet Iesuitas Papistica doctrina de statu perfectionis: 99. Mendacium Iesuitarum.  
cuius tamen libri ipsorum pleni sunt. Nos pauca duntaxat testimonia per-  
censēbimus, ex quibus Christianus lector cognoscat, quod sicut in ceteris  
omnibus, ita nec hoc in articulo Confessio Augustana illis quicquam falso  
tribuat.

Antoninus part. 8.  
Tit. 16. cap. 10.  
parag. 8.

Opus Religiosi (inquit Antoninus) perfectius est opere Lai-  
ci, eodem genere facti, ceteris paribus: & hoc propter virtutem. Nam vobis est actus latræ, quæ est præcipua inter virtutes morales. Nobilioris autem virtutis est opus melius, & magis meritiorum.

Hinc est, quod paupertas Spiritus, est fundamentum totius perfectionis Euangelicæ. Vnde primo oportet hoc FUNDAMENTVM sternere, qui vult ad CULMAM PERFECTIONIS peruenire, secundum illud Matth. 19. Si vis perfe-

Bonavent. in par-  
uis opusc. quinta  
par. Breuiloquij.  
Ca. 6.

M 2 Etus

etus esse, vade, & vende omnia. Ecce perfecta paupertas,  
QV AE nihil sibi prorsus retinet. E T sequere me: Ecce hu-  
militas.

*Ibidem cap. 9.* Lex Euangelica moralia præcepta consum-  
mat adijciendo. Adiicit autem documenta instruentia, pro-  
missa excitantia, & consilia perficientia. Cuiusmodi sunt Cō-  
filiū paupertatis, confilium obedientiæ, & consilium ca-  
stitatis: ad quæ implenda inuitat Dominus noster Iesus Chri-  
stus, EVM QVI VVL T ESSE PERFECTVS.

*Et paulò pôst:* Hinc est, quod tria sunt consilia Euangelica,  
P E R F E C T E nos elongantia à triplici radice prædicta.  
Quæ ideo consilia, quia ut perfectè faciant recedere à malo,  
non solum separant ab illicitis, verùm etiam à licitis & con-  
cessis, quæ possunt esse occasio mali. Ac per hoc NON SO-  
L V M I V S T I C I A M C O N T I N E N T S V F F I-  
C I E N T E M, verum etiam S V P E R A B V N D A N T E M,  
secundum quod competit perfectioni Euangelicæ legis, &  
exercitationi gratiæ perficientis.

Eodem volum de  
paupert. Christi,  
fol. 286.

*Item:* R. dicendum, quod abrenunciare omnibus tam  
in priuato, quam in communi, EST CHRISTIANAE  
P E R F E C T I O N I S, non modò SVFFICIENTIS, sed  
etiam ABVNDANTIS, tanquam perfectionis Euange-  
licæ Confilium principale, & principium fundamentale, &  
fundamentum sublime. *Ibidem:* Ex hoc apparet euidenter,  
quod omnino omnibus renunciare, vniuersaliter, pro Chri-  
sto, culpandum non est, sed potius laudandum, T A N-  
Q V A M C VLMEN EVANGELICAE PERFE-  
CTIONIS. Et ibidem in *Apologia pauperum*, pertotum.

*An verò Iesuitæ plura requirent testimonia, ad confirmationem eius,*  
quod luce meridiana clarius est? *Et quidem Iesuitas etiam nunc hodie in*  
*ista opinione versari, inserviare non possunt.* Bellarminus enim ipsorum  
Patronus, vna cum suo interprete, in hoc ipso scripto opinionem hanc fal-  
sam reperit, quod statu eorum perfectior sit, qui omnia propter Christum  
deserunt, nec implicentur negotijs secularibus, quam aliorum qui hoc non  
faciunt. *Et multò impudentius est, quod ibidem efficiunt:* Hunc sta-

Germ. 67.  
Latin. 50.

100. Mendacium Ie-  
suicarum.

TUR

tuim perfectiorem non imperari, sed consuli. *Quomodo vero  
hunc statum probent, audiamus.*

## I E S V I T A .

*Id satis apertè colligitur ex verbis Domini, Matth. 19. Vbi postquam dixerat: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: subiunxit: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, &c. Nec ysquam legimus: Si vis perfectus esse, vxorem ducito, capesse Rem-  
publ. &c.*

Latin. 50. 51.  
Germ. 67.

## R E S P O N S I O .

*Ex hoc loco patet, quām dextrè sacras literas Iesuitæ, & ceteri Papistici Doctores, interpretentur. Christus enim Matth. 19. desertionem bonorum, vt quiddam sublimius & perfectius mandatorum Dei obseruatione, tam non consuluit, vt potius superbū adolescentem conuincere voluerit, quod ne minimum quidem praeceptorum Dei adhuc attigerit, nendum seruarit. Nullo autem modo docere voluit, quod bona temporalia deferens in statu perfectiore sit illo, qui bona conscientia, nec contra voluntatem & expremat mandatum Dei illa retinet, ijsq; ad gloriam Dei & proximi emolumenitum bene recteq; vtitur: sicuti verba perspicua omnesq; circumstantiae textus id clare euincunt.*

Genuinus sensus  
verborum Christi,  
Matth. 19.  
tot. Mendacium Ie-  
sus refutatur.

*Eadem ratio est Magistratus Politici, & coniugij: qua à Christiana perfectione adeo neminem remorantur, vt potius Spiritus S. Schole sint, in quibus probantur & explorantur homines, quantum in Christiana perfectione profecerint. Hinc David (qui Rex secularis, non Monachus fuit) testimonium meruit, quod vir secundum cor Dei fuerit: cui elogio haud aliud simile de vlo religiosi ordinis Professore in tota Scriptura legitur. Eodem modo coniugij amplissime laudes in S. literis extant: quod Spiritus sanctus peculiariter quoque Psalmo celebrare voluit. Et Paulus de pjs vxori- bus scribit: Mulier saluabitur PER GENERATIONEM LIBE- RORVM. Tale quid si Pontificij de suis Religiosis in verbo Dei monstrare possent: dubium non est, quin Monachorum & Monalium suorum ordines etiam ultra caelos extollerent.*

*Quod enim ex Paulo afferunt: Qui cælebs est, curat ea, quæ sunt Domini, quomodo placitrus sit Domino. At qui duxit uxorem, sollicitus est de his, quæ sunt mundi, quomodo placitrus sit uxori. Item: Qui elocat nuptum, benefacit; attamen*

1. Corinth. 7.

Psalm. 128.

1. Timoth. 2.

qui non elocat nuptum, melius facit. Hac ad ordinum Professores nihil prorsus pertinent. Paulus enim se ipsum explicat, quod ista nequaquam sic accipi velit, ac si coniugatus non etiam curet ea, qua Domini sunt: aut quod omnes cœlibes, ea tantum, qua Domini sint, carent: (hoc an, & quomodo fiat, factumq; sit: carnalis illa vita monastica, & impurus Sacerdotum cœlibatus, indicio esse possunt) aut quod hi in statu perfectiore, Deoq; gratiore, quam ipsi coniugati versentur. Causam enim disertate ponit, cur & quo sensu ista scripsierit, cum virginium mentionem faceret, addens: Arbitror autem hoc bonum esse PROPTER PRAESENTEM NECESSITATEM. Quia enim tum Corinthiorū maxima pars idolomania ethnica adhuc dedita erat: periculose Christianis, ob persecutiones, erat, matrimonium contrahere. Item: Hoc autem in vestrum commodum qui elocat nuptum, benè facit, at qui non elocat nuptum, melius facit.

Qua de causa vero ordinum Professores in monasteria plerunque destruti sunt, manifestum est omnibus: nempe non propter talem aliquam necessitatem, qua Christiani tempore Pauli sub infidelibus premebantur: sed vel ex paupertate, cum parentibus numerosa esset proles, nec haberent unde eam commodè alerent: vel ex desperatione, cum manci, gibbosí, aut alio vulgare & tritum illud peperit: Desperatio facit Monachum.

Deinde cœlibatus Religiosorum Papisticorum, non est voluntatis libera, de qua Paulus solùm agit: sed per rotæ illis laquei injiciuntur (de quibus in Paulo ne rnum quidem verbum habetur) ipsis ita constringuntur, ut nec in parentum, nec liberorum potestate sit, illa soluere, seq; coniugio addicere: verum contra voluntatem suam plurimi, non sine grauiissimo conscientia morsu in monasterijs perire coguntur. Hoc Paulus doctrinam demoniorum appellat: de quo dicetur postea. Vbi clarius patet, an Confessio August. de ordinum Professoribus falsum dicat, nec ne. Et hac de isto mendacio.

## IESVITÆ.

## VII. Mendacium.

Germ. 68.  
Latin. 52.

INITIV M articuli 20. Confessionis Aug. sic habet: Falsò accusantur

## Concordiae falsò trahuntur.

93

santur nostri, quòd bona opera prohibeant. Mendacium hoc esse <sup>102</sup> Mendacium Iesuitarum. non dubitabit, quicunque aliquid scriptorum Lutheri perlegerit.

### R E S P O N S I O.

Qui Lutheri aliorumq; nostrorum scripta & conciones legit & audit, verè testari potest, nostros auditores creberrimis ijsq; grauiissimis adhortationibus ad opera bona praestanda extimulari: cùm hac cōmonitione, quòd ea non faciens, frustra de fide glorietur, quodq; ipsi pars cum Diabolo futura sit. Fidei enim sine operibus non verā, sed simulatam duntaxat fidem esse. Verū audiamus, vt hoc mendacium Iesuita mendacissimi probent.

Lutherus & discipuli illius, bona opera nunquam prohibuerunt,

### I E S V I T A.

Nam (inquit) in Serm. de pīcatione Petri sic legimus : Quantò Latin. 52. sceleratior es, tantò citius Deus gratiam infundit. Ibid. Debemus cum solo Isaac venire, id est, cum fide: seruos & asinos, hoc est, opera deorsum dimittere oportet. Item, in Serm. sic Deus dilexit Mundum: Ego tibi dico, quia angusta est via: oportet te fieri tenuem, si vis per eam venire, &c. Si veneris cum magnis saccis operum plenis, deponere oportebit, alioqui non poteris penetrare.

### R E S P O N S I O.

Hac est aperta & malicioſa corruptela verborum Lutheri. In primo Mendacium Iesuitarum. <sup>103</sup> enim dicto agit Lutherus, de accurata peccatorum agnitione, qua hominem ita meticuloſum reddit, vt Deum accedere reformidet. Et docet Lutherus, quòd maiorem peccatorem quis se coram Deo agnoscat & profiteatur, (hoc enim verè est magnum peccatorem esse) èo citius Deum illi gratiam conserre. In altero dicto, non nudè & simpliciter de operibus loquitur, sed de fiducia in operibus: eadem planè modo, quo D. Apostolus scribit: Arbitror omnia damnum, & reiectamenta esse propter excellentiam cognitionis Iesu Christi. De quo suprà prolixè egimus.

Eodem sensu dictum & scriptum est, quod Iesuita truncatum & mutilatum, nulla facta mentione antecedentium & consequentium, ex Colloquio Aldenburgensi malitiosè admodum allegant. Vniuersæ enim iusticie nostra quasi pannus iniquinatus, secundum Esiam. Ideoq; si Deus iustitia sua severissima trutink illas examinare vellet: Christiani cum omni iusticia

Vt Homo coram  
Deo magius pecca-  
tor fit.

Ef. i. 64.

*iusticia sua non nisi in abyssum inferni ad tētrimos diabulos detrudi me-  
rentur.*

Præterea, cùm inquit Lutherus: Quòd magnis fassis operum  
plenis, in regnum Dei ingredi non possimus: Iterum de fiducia  
in operibus proprijs loquitur, qua nemo iustificari & saluari potest. Sicut  
exemplum nobis est præsumptuosus pharisæus, Luc. 18.

*Si verò Iesuita multis fassis suorum operum cœlum mereri, & à Dæ  
obtinere voluerint: id suo periculo & damno experiantur.*

## I E S V I T A.

Germ. 69.  
Concord. 237.

Concordia expresse damnant sequentes propositiones:

1. Bona opera sunt necessaria ad salutem.
2. Fides & opera simul beant.
3. Nemo unquam sine bonis operibus saluatus est.
4. Fides per dilectionem operans saluat.

## R E S P O N S I O.

Rom. 4. Non nos, sed Paulus iam pridem ante nos, doctrinam qua tribus priori-  
bus propositionibus continetur, damnauit, scribens: Quemadmodum  
& David explicat beatitudinem hominis, cui Deus imputat  
iusticiam A B S Q V E O P E R I B V S. Item: Arbitramur FIDE IU-  
STIFICARI HOMINEM A B S Q V E O P E R I B V S. His Pauli clarissimi  
verbis, Christus omnesq; Prophetæ consentiunt. Nam si per legem est iusti-  
cia, (inquit alibi Paulus) frustra Christus mortuus est.

Gal. 2.  
Rom. 4. Mendacium Ie-  
suitarum.

Impudens verò & apertum mendacium Iesuitarum est, quod scribunt:  
Librum Concordia damnare hanc propositionem: Fides per  
dilectionem operans saluat: quod in libro Concordia nunquam mo-  
strarre poterunt. Sed ibi & in alijs nostrorum scriptis, hac doctrina rejici-  
tur: Quod Fides IDEO saluet, QVIA per dilectionem operetur. Fides  
enim propterea tantum saluare dicitur, quia perfectum Christi meritum  
apprehendit, hominiq; applicat.

## I E S V I T A.

Germ. 70.  
Rom. 4. Mendacium Ie-  
suitarum.

In his omnibus non secus ad Lutherum, quam AD D E V M I P S V M  
prouocant.

## R E S P O N S I O.

Nos in confirmatione ac probatione omnium articulorum doctrina no-

*Itra, ad solum Dei verbum prouocare (cui Lutherus cum omnibus suis scriptis subiectus est) supradicta ostendimus. Quare hoc impudens effatum Iesuitarum, in ordine & numero mendaciorum, locum 105. non iniuria meatur.*

## I E S V I T A.

*Interdictio dissimile non videtur, cum concionator opera bona contemnit, rejecit, damnat: eaque non tantum non necessaria, & inutilia, sed etiam perniciosa ad salutem, ininde peccata esse dicit. Et ipse Lutherus inquit: Hominem in quolibet etiam optimo opere peccare.* Germ. 70. 106. Mendacium Iesuitarum.

## R E S P O N S I O.

*Bona opera in nostris Ecclesiis non contemni, sed ut decet, commendari. Bona opera non & predicari, & ad ea auditores sedulò excitari, supradicta satis docuimus, contemni. Ideoq; hoc in numero, 106. & quidem impudentissimum, mendacium est.*

*Quod autem non solum ut non necessaria, verum etiam (certa quadam ratione) ut pernicioса ad salutem, rejeciuntur: a nobis confictum non est, sed a D. Paulo Ecclesie Catholicae traditum: cuius vestigia nos in docendo insistimus. Ceterum a nemine, hoc sensu illud scriptum est, quasi hominis salutem impediat, si bene ex fide operetur: sicut hic Iesuita nostrorum verba maliciose pervertunt. Sed haec illorum mens est, quod nostra bona opera tanquam meritoria, iuxta Christi obedientiam, opera & meritum collocari non debeant, ac si Christi obedientia omnibus peccatis expiandis non sufficeret. Meritum enim Christi ad peccatum totius Mundi tollendum, tam amplum, perfectum, sufficiens & abundans est, ut nullius hominis opere indigeat, sed ipse SOLVS, vt Prophetas ait: Torcular calcauit. In huius obedientia & merito, qui non acquiescere, sed illi sua opera ad remissionem peccatorum promerendam coniungere vult: huic opera sua non modo nihil prosunt, sed etiam saluti obtinenda officiunt. Sic enim Paulus disertè loquitur: Arbitrator OMNIA DAMNUM esse, propter excellentiam cognitionis Christi Iesu Domini mei, propter quem omnia pro damnis duxi, habeoque pro reiectamentis UT CHRISTVM LVCIFACIAM, & inueniar IN ILLO, NON HABENS MEAM IUSTICIAM, quae est ex lege, sed eam, quae PER FIDEM est Christi, quae est ex Deo iusticiam in fide, ut cognoscam illum, & potentiam resurrectionis illius, & communionem*

*Doctrinæ de bonis operibus malicioſa depravatio.*

*Perfectum Christi meritum, omne humanum meritum excludit.*  
Ezai. 63.

Philip. 3.

Gal. 5.

Doctrinam falso-  
rum Apostolorum  
tempore Pauli.

Papistarum doctri-  
na prior doctrina  
falsorum Apostolo-  
rum.

Matth. 15.

passionum illius. Idem : Christus vobis factus est in ianatis, qui cunque per legem iustificamini, A GRATIA EXCIDI STIS. Hoc Paulus non contra Iudeos, apertos Euangely de Christo hostes, sed contra falsos Apostolos scripsit : qui modo planè Papistico docebant, hominem non sola fide in Christum, sed etiam operibus legis saluari. Et quidem ea in parte, illi falsi Apostoli Papistis meliores fuerunt, quod solum legis & mandatorum Dei opera vrgent : Papiste vero magna ex parte traditiones & præcepta hominum inculcent, eaq; mandatis Dei preferant : imd proprie ea, præcepta Dei (quemadmodum Pharisæi) transgredi, & in illis remis-  
sionem peccatorum querere, doceant.

Porrò, si verum est, quod Esaias scripsit : Omnes nostras iusticias instar pauni menstruatæ esse : Christiani lectoris iudicio permitti-  
mus, an verum quoque sit, quod Lutherus dixit : Hominem in optimo quoque opere peccare ? Cum imperfeccio omnibus nostris bonis, imd etiam præstantissimis operibus adhæreat, propter quam Deus hac meritò vt impura & peccato contaminata, abijcere, damnare, & punire posset, si illa secundum rigorem iusticia sue examinare & iudicare vellet. Imd si etiam perfecta essent: nihil tamen ea apud Deum mererentur.

Luc. 17.

Nam si omnia feceritis (inquit Christus) quæ præcepta sunt vobis: dicite, serui inutiles sumus, quia quod debuimus facere, fecimus.

Hæc diuerso respectu & modo, bona opera, & tanquam utilia, non necessaria, ad salutem noxia, peccato infecta (eo nimis sensu, quem S. Scriptura indicat) & vicissim tanquam bona, utilia, Deoq; accepta prædicari, populoq; commendari possunt.

Opera enim hominum, non supra aut iuxta Christum in opere redem-  
ptionis & salutis collocari debent: quo modo non necessaria, peccata, in-  
utilia & noxia essent omnibus, qui illa hoc fine facerent, vt etiam pecca-  
tum minimum expiarent. Hoc enim solius obedientia Christi proprium est. Si autem vt vera fidei fructus, ad fidem testificandam, gratitudinem Deo  
præstandam, & proximo dilectionem declarandam siant: utilia, laude di-  
agna, Deoq; accepta sunt, quæ etiam in hoc & futuro seculo sua præmis-  
accipient.

Abusus bonorum  
operum reprehен-  
ditur.

Nec vnquam opera bona, que Deus præcepit, quaq; sunt à fidelibus, vituperantur: sed tantum abusus operum, falsaq; opinio, quam homines de illis fouent, reprehenditur, vt dictum est.

IE SVI-

## I E S V I T A.

Lutherani siue laudent, siue vituperent opera: ex ore tamen Christi certum est, iudicium NON de fide, (qui enim non credit, iam condemnatus est) sed de operibus habitum, & cuius secundum opera datum iri.

<sup>107.</sup> Mendacium Iesu  
fuitarum.  
<sup>Ioan. 8<sup>o</sup></sup>

## R E S P O N S I O.

Nisi Iesuita S. literarum planè rudes essent, illud Christi memoria reperere potuissent: Si quis audierit verba mea, & NON CREDIT, ego non iudico eum. Non enim veni, ut iudicem Mundum, sed ut seruum meum. Qui reiçit me, nec accipit verba mea: habet, qui iudicet eum. SERMO, quem locutus sum, ILLE IUDICABIT EVM IN EXTREMO DIE. Quid posset luculentius dici, quam quod Christus hic inquit: In ultimo die iudicium de fide futurum esse: & quod Sermo Christi homines iudicaturus sit, cui non crediderint: qui iam quidem dum in terris viuunt, iudicati sunt, sed iudicium hoc in ultimo demum die publicabitur, & omnibus tam hominibus, quam angelis reuelabitur. Similiter testatur Paulus, fore ut totus mundus secundum Euangelium ipius iudicetur: huic qui credidit, saluus erit, qui vero non credidit, condemnabitur.

Iesuita S. litterarum  
inscientissimi.  
<sup>Ioan. 12<sup>o</sup></sup>

Vltimum iudicium  
de fide.

Roma. 2<sup>o</sup>.  
Marc. 16<sup>o</sup>.

Quod autem Christus Matth. 25. tantum operum meminit, secundum que iudicium de fidelibus & infidelibus pronunciaturus sit: idcirco factum est, quod fides inuisibilis, & in corde est, quod solus Deus nouit. Iudicium vero toti Mondo perspectum esse debet: quo circa Christus fidem eorum, qui operibus dilectionis eam declararunt, & viros sue fidei testes habituri sunt, manifestabit. Hoc ipso tamen Christus contradictionis nondum coniuctus est, neque probatum, quod extrellum iudicium de operibus tantum, & non de fide futurum sit. Opera enim absque fide nihil valet: fides vero sine operibus mortua est, & sic nulla fides. Iudicium ergo vltimum, & de fide & operibus erit. Fides soli Deo nota est: Opera vero de fide & operibus. Extremum iudicium de fide & operibus.

## I E S V I T A.

Quapropter Lutherani vna cum Attauo suo, & antiquo haresiarcha Simone Mago, hereticorum omnium Principe, & cum Eunomio (quietam docue-

Germ. 72.  
Iren. lib. 1. cap. 20.  
Augustin. de haresi-  
bus cap. 54.

De Mendacijs, quæ libro  
docuerunt, bona opera non esse ad salutem necessaria) damnabuntur, &  
tanquam arbor non ferens fructum bonum, in ignem mittentur.

R E S P O N S I O.

Quia Concilium Tridentinum talem fidem docet & prædicat, quam  
etiam Scortatores, adulteri, & masculorum concubitores habent: verè di-  
cere possumus, quod ambo illi heresiarchæ, Papistica fidei Patriarchæ sint.  
De Eunomio enim scribit Augustinus, quod eiusmodi fidem docuerit, qua-  
cum quibuslibet peccatis stare possit, et si homo in illis perseveret.

Hac autem Scortatorum & Sodomitarū Romanensem fides est, quam  
secundum Concilij Tridentini placitum, Scortatores, adulteri, & mas-  
culorum concubitores non amittunt. Proinde, ut sibi cum Eunomio heretico  
in isto articulo conueniat, attendant Iesuita: nec Augustana Confessionis  
socios præter meritum diuexent. De Simonis verò Magi fide scribit Ireneus,  
quod finxerit: Quicunque in Deum, quem ipse doceat, spem  
habeant: ut liberos, agere posse quæ velint.

Hac, inquit, non est Lutherana & Evangelica, sed Romana Papis-  
tifica fides, quem secundum Concilij Tridentini sententiam, Scortatores  
quoque, adulteri & Sodomita retinent: quæ in S. Scriptura, & nostris  
Ecclesijs reuelatur & damnatur.

108. Mendacium Ie-  
suitarum.  
108. hoc est, quod illam nobis summa impudentia tribuere, eiusq; causa in  
orbe Christiano nos contumeliosè traducere, ac proclamare audent.

I E S V I T A.

VIII. Mendacium.

Latin. 45.

**I**N Articulo 20. August. Confessionis, eiusq; Apologia Catholicæ Docto-  
res insinuantur, quod iubeant remissionem peccatorum  
operibus mereri. Hoc autem Catholicæ doctrina operibus, qua solu-  
natur viribus sunt, non tribuit: sed illic tantum, qua ex fide & gratia Dei  
proficiuntur.

R E S P O N S I O.

109. Mendacium Ie-  
suitarum.

Meritum condigni

Mirum est, Iesuitas audere rem adeo manifestam projecto pudore ne-  
gare. Non enim ignorant, quid scholastici Doctores non solum de merito  
condigni, hoc est, de merito operum, qua sunt ex fide, sed etiam de merito  
congrui,

*congrui, hoc est, illorum operum, que extra fidem ex viribus naturalibus Meritum congrui-  
funt, tradiderint.*

*Quia verò agnoscunt, hanc doctrinam de merito operum etiam ex fide  
projectorum consistere nō posse: hunc suum crassum errorem voculis ALI-  
QVO MODO lenire student, cùm subiungunt.*

## IESVITÆ.

*Si verò de illis operibus agatur, que ex fide & gratia Dei proficiuntur: Germ. 73.  
fatemur quidem, nos illis operibus ALI QVO MODO mereri remissio. Latin. 55.  
nem peccatorum.*

## RESPONSIO.

At Scriptura diuina nos aliter docet: *Omniaq; diuina gratie transcri-  
bens, illud putidum emplastrum, quo Pontificij errori suo blasphemо me-  
deri conantur, reijcit. Sic enim Psalm. 130. legimus: Si iniquitates ob-  
seruaueris Domine, Domine quis stabit? Verum tecum ve-  
nia, ideo timeberis. Expecta Israel ad DOMINVM, quia  
cum Domino MISERICORDIA: & multa cum eo redem-  
tio. Et ipse redimet Israel EX OMNIBVS iniquitatibus eius.  
Et Paul. Rom. 11. Si ex gratia, NON amplius ex OPERIBVS,  
alioquin gratia NON AMPLIVS est gratia. Si autem ex  
operibus, non amplius ex gratia. Alioquin opus non amplius  
est opus. Quia verò doctrina Papistarum de merito operum, vulgo etiam  
notata est, ut eam Iesuitæ negare non possint: & si negarent, parvam gra-  
tiam à Pontifice Rom. inirent, dum merces illius hac sua Confessione euer-  
terent: ideo, quod prius emolitū cupiebant, hoc nunc S. literis confirmare  
contendunt.*

## IESVITÆ.

*Nam idem fatentur Prophetæ, Euangelista, Patres. Ezech. 18. Cùm  
austererit se impius ab impietate sua, ipse animam suam viu-  
ficabit. Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime. Ione 3. Vedit  
Deus opera eorum, & misertus est eis. Luc. 11. Date eleemo-  
synam, & ecce omnia munda sunt vobis. Luc. 7. Remittuntur  
ei peccata multa, quia dilexit multum.*

110. Mendacium I.  
suitarum.

Germ. 73.

Latin. 55.  
Confirmatio do-  
ctrina Papistica de  
merito operua.

## RESPONSIO.

D. Petrus Act. 10. inquit: Huic (Christo) omnes Prophetæ te-

N 3 stimo-

Declaratio veri sensus dictorum Scripturarum.

Ezech. 18.

stimonium ferunt, quod remissionem peccatorum accepturus sit PER NOMEN EIVS, quisquis crediderit in eum. Huic doctrine Petri nequaquam repugnant illa verba Ezechielis, cap. 18. nec etiam stabilunt meritum operum: sed tantum agunt de vera conuersione ad Deum, quæ sine fide in nomen Iesu Christi fieri nequit. Hac bonis operibus offendenda est, alioquin vera fides non est, sed talis duntaxat fides, quam etiam (secundum Concilij Tridentini pronunciatum) Scortatores, adulteri & Sodomita habere & retinere possunt.

Dan. 4.

Nec etiam Prophetæ Daniel docet, homines suis bonis operibus remissionem peccatorum mereri: sed tantum hortatur Regem Nebuchadnezar, à sua tyrannide, ut desistat, ac conuersionem operibus bonis testetur. Sic enim fore, ut Deus delicta ipsi condonet, & pœnam temporalem remittat.

Iona 3.

Ita quoq; Deus ad opera Niniuitarū respexit, ut quæ testarentur de interna respiscētia cordis, qua sua peccata agnoscebāt, verbis Ione credebant, & hanc suam fidem operib; ostendebant. Attamen redemptio & conseruatio illorum merum diuinæ gratiæ opus, nec meritum Niniuitarum, fuit.

Luc. 11.

Pari modo Christus Luc. 11. non agit de merito remissionis peccatorum: sed hypocrisim Pharisæorum redarguit, qui exteriora poculi catinig; studiosè mundabant, at veram mundiciem nihil prorsus curabant. Hos docet, quomodo catinos verè mundare debeant: eleemosynas nimirum dando, & à rapinis abstinendo. De merito vero remissionis peccatorum, nullum verbum ibi facit Christus.

Luc. 7.

Similiter verba Christi Luc. 7. de merito intelligi non possunt. Non enim loquitur de dilectione, quæ remissionem debiti antecesserit: sed quæ secuta est postquam debitum ex gratia remissum fuit. Vnde ipsa debiti cōdonationem promoveri non potuit. Sed hoc, quod Maria multum dilexit, certum indicium fuit, ipsi magnum debitum remissum, & ex gratia cōdonatum esse. Sicut parabola Christi de duobus debitoribus, quorum unius alteri minus remissum erat, clarissime testatur.

#### I E S V I T A .

Germ. 73.

Latin. 55.

Ambroſius lib. 10. in Lucam scribit: Lachrymæ veniam non postulant, sed merentur. Et infra: Ettu si veniam vis mereri, dilue culpat tuam lachrymis.

#### R E S P O N S I O .

Ambroſius.

Ambroſius ſeipſum explicat, addens: Negauit primò Petrus, & non

nō fleuit, q̄ via nō respexerat Dominus. Negauit secundò, non fleuit, q̄ via adhuc non respexerat Dominus. Negauit & tertio, RESPEXIT IESVS, & ille amarissimè fleuit. Hinc certè colligimus, Christum antè sua gratiā cōplexum esse Petrum, quām ipse peccatum deflere inciperet. Intuitus n. ille gratia plenus, Petro lachrymas elicit. Atq; ita suis lachrymus gratiā nequaquam meruit, sed hæc illarū causa fuit: adeoq; gratia & meritum Christi lachrymis Petri inclusa fuerunt.

Augustinus deinde, merito operum (quod remissionem peccatorū impetrant) simpliciter contradicit, cùm in Epist. 105. scribit: Nullane igitur sunt merita iustorum? sunt planè, quia iusti sunt: sed vt iusti fierent, merita non fuerunt. Iusti n. facti sunt, cùm iustificati sunt. Sicut dicit Apostolus: Iustificati per gratiam ipsius. Idem August. in Epist. 106. quam hic Iesuita citant, adhuc fortius impugnat istud meritum scribens: Hanc enim fidem volumus habeant, qua im- petrent caritatem, quæ sola verè benè operatur, isti fratres nostri, qui multum de suis operibus gloriantur. Caritas autem usque adeo donum Dei est, vt Deus dicatur. Qui ergo habent fidem, qua impetrent iustificationem, per Deigratiam peruererunt ad legem iusticie.

Horum verborum Augustini hic sensus est: quod iustificatio nō nisi per fidem meritum Dei gratia impetretur. Et quando homo per fidem iustus sit, Deūq; propitiū per Christum habeat: impetrare ipsum quoq; caritatē, quæ opera bona exerat: in quib. tamen omnibus nullū prorsus meritū remissionis, sed fides et dilectio gratuitū Dei donum sint. Vbi n. gratia, ibi quoq; remissio peccatorū: & vbi remissio peccatorū non est, ibi certè nec gratia esse potest. Plura. & ab his diuersa, nemo ex verbis Augustini verè colligere poterit.

Quæ vero alibi de merito operum dicit: hac tantum de operum bonorum premiis intelligit, quæ Deus suis filijs ex gratia promisit. Et ista opera non nisi ex fide in unicum Christi meritum fiunt, aliás peccati rationem habent, nec premium à Deo expectare possent.

Adhac, Iesuitis ignotum esse non potest, Patres Orthodoxos vocabula, Mereri & Meritum, longè alia significatione usurpare: ita vt Chrysostomus de Iuda proditore scriperit: Eum sacrificij Cœna Domini- cæ cōmunicationem meruisse. Et fuit Ecclesiastis scriptorib. M. E. RERI idem, quod impetrare, consequi, adipisci, aut etiam dignū haberi.

Nullo modo autem ista vocabula hoc sensu intellexerunt, quo ea Pontificij contra clara & perspicua verba Christi accipiunt, cùm dicit: Si om-

Augustin. Epist. 105.

Augustinus gratia  
Dei omnia trans-  
scribit.Quid August. per  
meritum operum  
intelligat.  
Rom. 14.  
Psalm. 109.Quo sensu veteres,  
vocabula (Mereri  
& Meritum) usur-  
parint.  
Chrysost. in hom.  
de prodit. Iude.

**Luc. 17.** nia feceritis, quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus, quia quod debuimus facere, fecimus. Hoc dictum Christi, omne meritum humanum exterminat, si etiam sanctissimi ex fide & infusa charitate præcepta Dei perfectè seruent. Vbi enim homines QVOD DEBENT faciunt: meritum habere locum non potest. Idq; multò minus, si opera bona alienis nec proprijs viribus siant: ibi omnia gratia adscribere necesse est.

Hieronymus lib. 2.  
contra Pelag.

Idem quoque sensus est verborum Hieronymi, cùm contra Pelag. scribit: Qui peccata simpliciter confitentur, MERENTVR humilitate clementiam Saluatoris. Hic verbum M E R E R I idem sonat, quod clementiam Saluatoris consequi. Deus enim vt superbis Pharisæis reficit, ita humilibus dat gratiam. Ceterūm hac res ita plana & perspicua est, vt etiam Iesuita contra suos scholasticos Theologos hoc loco fateantur:

I E S V I T A.

**Germ. 74.** Catholicos istis operibus quæ sunt ex fide & auxilio Dei, non tale tribueret meritum, ut ei respondeat ex iustitia merces: sed meritum solum in impenitentis.

**Latin. 57.**

R E S P O N S I O.

Sed quale hoc est meritum?

I E S V I T A.

Ibidem.

Quod Scholastici meritum de congruo, non de condigno (ac si opus mercede dignum esset) nominare solent. De quo inter Catholicos nulla est dissensio.

R E S P O N S I O.

**III. Mendacium Ie-**  
suitarum.

**Aut** pudet Iesuitas doctrina sua propria: aut tantum in scriptis Scholasticorum cum iudicio, quantum in sacris literis, legerunt. Doctores enim Scholastici per Meritum de congruo, nequaquam intelligunt ea opera, quæ sunt ex fide, quemadmodum Bonaventura cum ceteris scholasticis testatur: sed illa potius, quæ homo ex se, & suis viribus naturalibus facit. Sic enim habet interpretatio harum phrasium: Meritum congrui est, quando peccator facit, quod in se est. Meritum digni, quando iustus facit pro alio. Meritum condigni, quando iustus operatur pro seipso. Et Gabriel Biel: Meritum condigni, siue de condigno, est actus à voluntate elicitus, ad primum

**Doctrina Scholasti-**  
corum de merito  
congrui, digni, &  
condigni.

**Bonavent. libt. I.**  
sent. dist. 4<sup>ta</sup>. q. 1.

**Biel super I. sent.**  
dist. 27. q. vna, no-

tab. 3.

mium alicui SECUNDVM DEBITVM IVSTICIÆ retribuendum. Consistit autem iusticia illa in quadam proportione meriti ad præmium & æqualitate. Ex his Scholasticorum verbis patet, ipsos longè aliter de merito operum, quam hic Iesuitas, differuisse. Quia verò hac doctrina ipsis quoque Iesuitis duravit: instar serpentis se torserunt, ut eam quocunque modo emollient, & nihilominus meritum operum humanorum in Ecclesia retinerent. Illi enim ipsis fatevi coguntur, peccatorem nihil mereri, nisi prius amicus fiat: Amicum autem Dei fieri, non ex merito, sed gratiâ. Vbi ergo meritum? Nam quodcumque homo facit, qui iam in gratia est, hoc facit ex debita gratitudine: quia nimis absque ullo suo merito tam sublimis gratia particeps factus est.

## IESVITÆ.

Et Concilium Tridentinum, Sess. 6. cap. 8. de hoc genere meriti aperte Latin. 57. pronunciat, ideo gratis iustificari homines, quia nec fides, nec opera, qua iustificationem precedunt, ipsam merentur.

## RESPONSIΟ.

Sed quia hæc verba ambigua sunt, lectori nequaquam satisfaciunt. Paulus enim multò aliter, quam Concilium Tridentinum voculâ G R A T I S vtitur. Vult namq[ue] Paulus, quod vnum & solum Christi meritum iusticia nostra sit, propter quod iustificemur, hoc est, iusti pronunciemur & habeamur. Concilium verò putat, Christum meruisse nobis fidem, & hanc gratiam, vt per dilectionem, eiusq[ue] operum merita, Dei præcepta factius seruemus, ac per ea coram Deo iustificemur. Quæ est vocula GRATIIS, à Paulo usurpata, manifesta depravatio.

Quam gratiā nobis  
Christus meruerit,  
secundum Papista-  
rum doctrinam.

## IESVITÆ.

Sed paradoxum videtur aduersarijs, quod homo operetur ex fide, & nondum sit iustificatus à peccato: cùm apud ipsis ita fides sola iustificet, vt separari nequeat fides à iustificatione. At non illis paradoxum videtur, qui ex fide orantes dicunt: Dimitte nobis debita nostra.

## RESPONSIΟ.

Quoniam Iesuita per fidem intelligunt, Scortatorum, Adulterorum & 112. Mendacium Ie-  
Sodomitarum fidem (de qua Concilium Trident. Sess. 6. cap. 15. agit) no- fuitarum.

Rom. 6.  
Galat. 5.

bis nullo modo paradoxum videtur ab illis audire, quod ex tali fide operantes, nō tamen à peccato iustificati sint. De eiusmodi verō fide, quam etiam Fornicarij, adulteri & masculorum concubitores habent, Paulus non loquitur. Quid autem quotidie oramus: Dimitte nobis debita nostra: causa est, quod singulis diebus peccamus: nihilominus certò firmiter credentes, nos à peccato iustificatos esse. Non enim peccato dominium, in mortali nostro corpore, permittimus: sed spiritus aduersatur carni, qui in ista pugna sine intermissione orat. De quo Iesuita cum suis fidelibus scortatoribus & adulteris nihil sciunt.

## I E S V I T A.

Germ. 75.  
Latin. 57.

Nec illi paradoxum hoc videbatur, qui ex fide orabat: Deus propius esto mihi peccatori, Luc. 18. Nec denique Augustino paradoxum hoc erat, cum scriberet in Epistola 105. Nec ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat.

## R E S P O N S I O.

Epiſt. 105.

Verissimè dicitur, Remissionem peccatorum sine merito non esse. Hoc verò nequaquam nostrae fidei, sed solius Christi Iesu meritum est: quod fides consequitur & impetrat non aliquo suo proprio merito, sed solū mendica quasi manu apprehendendo & applicando sibi donum Dei gratuitum. Et nisi hoc meritum Christi existeret, cui soli fides hominis inititur: nec etiam remissio peccatorum esset. Hinc D. Augustinus seipsum explicans scribit. Si dixerit homo: Fides mea, voluntas mea, opus meum? Respondetur ei: Quid enim habes, quod non acceperisti? Stautem & accepisti: quid gloriaris quasi non acceperis? Hoc vtique totum ideo, non ut homo non glorietur: sed vt qui gloriatur, in Domino glorietur, non ex operibus, ne forte quis extollatur. Et postea: Iustificati igitur ex fide, pacem habemus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum. Iustificati autem GRATIS PER GRATIAM ipius, NE FIDES IPSA SUPERBA sit. Nec dicat sibi, si ex fide, quomodo gratis? Quod enim fides meretur, cur non potius redditur, quam donatur? Non dicat ista homo fidelis: quia cùm dixerit, vt mercari iustificationem, habeo fidem: respondeture ei, quid enim habes, quod non accepisti?

Non

Non ergo mentiuntur Confessionem August. profientes, nec immerit  
Papistis tribuunt, quida remissionem peccatorum operibus, etiam illis, que  
ex viribus naturae fiunt, homines mereri doceant. Et si quis diuersum in  
Hispania doceret: mox seuum supplicium ignis sustinere cogeretur.

De hoc autem articulo nonnihil prolixius huc usque egimus, quod sepe  
multumq; in Scriptis horum Iesuitarum repeatatur, ut lector Christianus  
semel perspicuum & solidum responsum de iusticia fidei & remissione pec-  
catorum, accipiat.

## I E S V I T A.

## IX. Mendacium, &amp; quidem duplex.

**I**n eodem articulo 20. multa simul conglomerantur mendacia: vt, quod Germ. 75.  
ipsorum Scripta utiliter de bonis operibus Deo placentibus doceant: de Latin. 58.  
quibus olim concionatores Catholici parum docuerint: quod tantum 113. 114. 115. 116. 117.  
puerilia & non necessaria opera uferint, vt certas ferias, certa teiunia, Mendacium Iesuit.  
fraternitates, peregrinationes, cultus Sanctorum, rosaria, monachatum,  
& similia: quod nunc à Lutheranis admoniti, hec dediscant, nec perinde 1.  
vt olim hec iniuria opera predicent: quod præterea iam incipiunt fidei 2.  
mentionem facere, de qua olim altum silentium fuerit. 3.  
4.  
5.

## R E S P O N S I O.

Horum nihil confungi, sed omnia verissima esse, ex ante dictis liquet:  
qua etiam nisi excusat & dementatis Iesuitis ignota esse possunt.

In primis vero notandum est, Confessionem August. expresse mentionem  
sacere, Vitæ generum & operum, quæ in qualibet vocatione  
Deo placeant: Pro quibus Iesuitæ maliciose supposuerunt Bona ope-  
ra. Quam ignominiosè enim Pontificij Doctores, p; Magistratus, & sancti Magistratus & con-  
coniugij operatraduxerint, & infamarint, vel hinc colligere licet, quod iugij dignitas, à  
multi Magistratus sua dominia, coniuges vero se inuivem deserentes, in Pontificij diminu-  
monasteria se abdiderunt, falso persuasi, se in vocationis sua operibus sal-  
uarinon posse. Usque adeo haec duo vita genera, eorumq; à Deo mandata  
opera, respectu coelibatus Sacerdotum, Monachorum & Monialium (qui  
soli spirituales & sancti putabantur, cum vita impurissime essent) con-  
tempta & abiecta fuerunt. Per quam falsissimam, & in Dei ordinationes  
contumeliosam doctrinam, Episcopatus, collegia, & monasteria, non  
magistratus & coniugij dignitas, à  
Pontificij diminuta & extenuata.

*exigua dominia, ceu rete quodam attraxerunt: quæ non tantum adhuc possident, sed etiam quovis modo amplificare student.*

*Horum duorum vita generum, eorumq; bonorum operum dignitatem & præstantiam, Doctores nostri ex S. literis ita afferuerunt, confirmarunt & illustrarunt, vt nisi Professores Ordinum Pontificis immanni tyrannie & coacti in monasterijs detinerentur, ne decimus quidem, Deum timens, monasticam vitam sibi seruandam esse duceret.*

## I E S V I T A .

*Scilicet, non legerat Philippus Confessionis faber, Sermones sancti Bernhardi, Petri Damiani, Innocentij tertij, Thome Aquinatis, Vincen-  
tij, Bernhardi, Laurentij, Iustiniani, & aliorum innumerabilium: in  
quibus de Symbolo, de Decalogo, de Oratione Dominica, de omnibus virtutibus,  
omnibusq; virtutibus grauiſſima disputationes continentur. Quibus om-  
nibus huius crassiſimi mendacijs conuincuntur.*

## R E S P O N S I O .

*Confessio Augustana de ijs temporibus loquitur, in quibus etiam veræ & probata Scriptorum commemoratorum, neglecta, & per predictas traditiones hominum ita suppressa & sepulta (sicut ipsa quoque Scriptura S.) fuerunt, vt commenta & præcepta hominum multò pluris fierent, quam Dei ipsius mandata. Quod, proh dolor, adhuc in ijs Papatus locis sit, ad quæ doctrina nostra puritas non peruenit.*

## I E S V I T A .

*Tamen ipse Lutherus fatetur, se à Papatu Euangelium, Scripturam S. verum Symbolum, vera Sacra-  
menta, & omnia bona accepisse. Sed vt sō-  
cios istos nullius mendacijs pudet, ita quoque satis ipsis est dicere, & non  
probare.*

## R E S P O N S I O .

Vt Euangelium,  
Scriptura, & Sacra-  
menta, in Papatu  
fuerint.

2. Paralip. 34.

*Euangelium, vera Scriptura S. verum Symbolum fidei, vera Sacra-  
menta in Papatu delituerunt, quemadmodum liber legis sub summo Sa-  
cerdote & Leuitis, tempore Regis Iose: quem diu amissum Helcias, in do-  
mo Domini inuenerat. In multis enim locis, nulla nisi tempore quadrage-  
simæ conciones habeantur. Aut si quando extra hoc tempus aliquas ha-  
beri continget: post pericopen ex Euangelio recitatam, nil nisi fabule de  
purga-*

purgatorio, peregrinationibus, rosarijs & similibus nugis, populo proponebantur. Huic infelicitati ad cumulum mali accesserat, quod Laicis lectione Biblorum interdictum erat: quodq[ue] parentes suos liberos, lingua vernacula, Orationem dominicam, Psalmos & alias pias preces docere non auferent: sicut testes esse possunt Italia, Gallia, aliaq[ue] multa loca, in quibus tyrannis ista adhuc dominatur,

Eodem modo sacrificuli, Sacramentum Cœnae integrum retinuerunt: Laicis verò alteram duntaxat speciem exhibuerunt. Atque ita vulgus nec de fide, nec de praeceptis Dei, nec de Oratione Dominica, nec de Sacramentis recte institutis fuit: sed omnia per Antichristum Romanum eiusq[ue] membra perfidè obscurata, & fæde contaminata erant, ut eorum integritas & sinceritas non appareret. Unde non immeritd, abominatio desolationis, nominatur: qui in templo Dei sedet, efferens se super omne quod Deus aut numen dicitur.

Proinde & hoc mendacium, mendaciorum Architectis Iesuitis remittimus: quos hoc usque tam apertoriū, tanquam impudentium mendaciorum conuicimus, ut etiam cœlum & terra, illorumq[ue] propria conscientia de eis restari posset. Ipsi verò de nobis nullum adhuc probare potuerunt: quare nullius quoque (contrà quam hic Iesuitæ volunt) vel coram Deo, vel hominibus, pudere nos debet.

## I E S V I T A.

## X. Mendacium.

**I**N 21. artic. Confessionis Augustanae sic habetur: Hæc ferè summa Latin. 39. est doctrina apud nos: in qua cerni potest, nihil inesse, quod discrepet à Scripturis, vel ab Ecclesia Catholica, vel ab Ecclesia Romana, quatenus ex Scriptoribus nota est. Quale Latin 64. 65. NB. verò hoc, & quam impudens mendacium est huius Confessionis, que affirmat, in nulla parte doctrina dissentire se à Scripturis, vel Ecclesia Catholica, vel Ecclesia Romana? cum in isto articulo Sanctorum invocationem oppugnet, quam & Scriptura, & Ecclesia Catholica, & Ecclesia Romana apertissime docuerunt? Iob 5. Deut. 5. 1. Reg. 7. Iob vlt. Rom. 15. Col. 4. Ephes. 6. Hebr. 13. Euseb. lib. 13. de preparat. Euang. cap. 7. Basilius in Orat. de 40. Martyribus. August. Tract. 84. in Ioan. Russin. lib. 2. cap. 33. Chrysost. Hom. 66. ad popul. Antioch. Leo Serm. 5. de Epiphania. Item. Serm. 1. de Natali Petri & Pauli. Prudentius in hymno de S. Laurentio.

Laicis lectione sacra interdictum, & precibus in lingua materna.

Pontifex Romanus,  
cur abominatio de-  
solutionis.  
Matth. 24.  
2. Thess. 2.

## RESPONSI.

119. Mendacium le-  
suarum refutatur.

Papistæ inuocatio-  
nem Sanctorum ex  
S. Scriptura probare  
non possunt.

Articulus iste 21, distinctè agit de C VLT V SANCTORVM: quod sancti nec inuocandi, nec auxilium ab eis petendum sit: quia Scriptura vnum nobis Mediatorem, Propitiatorem, & Intercessorem apud Denim, Iesum Christum proponat. Hæc doctrina, quia à S. literis, & ab Ecclesia Catholica, vel ab Ecclesia quoque Romana, quatenus ex Patrum scriptis nota est, non discrepare dicitur: Ingentis & impudentis mendacij Jesuitis coargitur. Contrà postulamus nos, vt jesuita, omnesq; Pontificis Doctores, vel uno dunt axat S. Scriptura testimonio probent. 1. Deum precepisse vt sanctos defunctos inuocemus: 2. aut quod promiserit, vel testatus sit, sanctos nostras preces exaudire. 3. Vnum quoque exemplum Scriptura monstrant, quod homo pius in terra, sanctos in celis vñquam inuocarit? Hac vt probent, impossibile ip[s]is est. Ideoq; licet plura Scriptura loca annotavint: dicta tamen que inuocationem Sanctorum confirment, recitare ausi non fuerunt, ne seipso Doctorum risui exponerent. Vnum ex Iobio (quod iam subiungeretur) transcriperunt, quod inuocationi Sanctorum probanda non magis concenit, quam boui clittelæ.

## IESVITÆ.

Germ. 77.  
Latin. 60. Job 5. Voca, si quis est, qui tibi respondeat: & ad aliquem sanctorum conuertere.

## RESPONSI.

120. Mendacium le-  
suarum.

Job 42.

Hoc loco nullius sancti in celis, vel uno verbo mentio fit: sed sermo dun-taxat est de pijs & sanctis in terra. Et, si maximè res ita, vt volunt, se habebet: nihil tamen inde probare possent, cum ista nō Dei, sed Eliphaz, amici Iobis, verba sint: de quo Deus (sicut etiam de socijs ipsius, Baldad & So-phar) in fine istius libri testatur, & inquit: Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, quia NON LOCVTI ESTIS DE M E R C T V M, sicut seruus meus Iob. Caterūm verborum Eliphaz sensus non est, vt Iob aliquem sanctorum in celis inuocet. Sed hoc vult dicere: Ostende mihi vnum ex sanctis, qui innocens à Deo afflictus sit, vt tu de te ipso sentis & pronuncias? Et hoc est illud firmum, scilicet, & inexpugnabile robur, inuocationis Sanctorum in S. literis: quam jesuita in sermone hominis non recte intellecto fundarunt.

Deinde, quod non solum Catholica, sed etiam Romana Ecclesia teste-tur,

*Pur, Sanctos non inuocandos esse : vel vnius Ambrosij (quem Ecclesia Romana Doctorem esse, nec ipsi Iesuita insciari audent) testimonium sufficiet, qui in cap. i. Epist. ad Roman. scribit: Solent autem pudorem*

*Passi neglecti Dei MISERA VTI EXCVSATIONE, dicentes peritos posse ire ad Deum, sicut per comites peruenitur ad Regem. Agenunquid tam demens est aliquis, aut salutis suæ immemor, vt honorificentiam Regis vendicet comiti, cùm de hac re, si qui etiam tractare fuerint inuenti, iure vt rei perdam entur maiestatis? Et isti se non putant reos, qui honorabimini nominis Dei deferunt creaturæ, & RELICTO DOMINI NO CONSERVOS ADORANT, quasi sit aliquid plus, quod serueretur Deo. Nam & ideo ad regem per tribunos aut comites itur, quia HOMO vtique est rex, & NESCIT quibus debeat Rempubl. credere.*

*Ad Deum autem, quem vtique nihil latet, omnium enim merita nouit, ad promerendum suffragatore non opus est, sed mente deuota. Vbiunque enim talis locutus fuerit, respondebit ei. Huc usque Ambrosij verba: quibus, non ingens mendacium, sed verum esse demonstratur, quod in predicto articulo Confessionis August. habetur. Vbi simul Sanctorum inuocatio, non simpliciter criminis nomine, sed tamen crimen Iesa diuina Maiestatis, ab Ambrosio notatur, hoc est, quod summum scelus sit, quo quis in Deum peccare posat. Nec non facta causa ab Ambrosio refutatur, quæ in*

*iuocationi Sanctorum à Pontificijs prætenditur: quod nimirum per Sanctos ad Deum, sicut per comites ad Regem, eatur. Præterea, quod afferunt: Hanc nunquam Ecclesiæ Catholicæ doctrinam fuisse, vt sancti, sicut Deus, inuocentur: hoc est causam malam falso prætextu astute palliare. Quis enim ignorat, singulis sanctis (quemadmodum Dijs Gentium) singulas procurationes & virtutes tributas esse, ac si pestem, febres aliosq; morbos ab hominibus & iumentis depellers possent. Cuius quoque causa, auxilium illorum vulgo imploratum est, cùm soli Deo hic honos debeatur. Et tantum nominibus Deorum mutatis, Urbanus Bacchi, Nicolaus Neptuni (& sic de reliquis dicendo) vices obire debuit, Quo modo asturia Sathanæ, idolatria Ethnica in Ecclesiam reuocata est.*

*Porrò, nec istud negare possunt, totum Psalterium Davidis in ipsorum Mariæ transformatum, & ad inuocationem Mariae accommodatum esse: ut quod David à Deo pergit, hoc ipsi à Maria petere doceant, ubiq; nomen*

*Misera excusatio inuocationis Sanctorum.*

*Innocatio Sanctorum crimen Iesæ Maiestatis. Inuocatio, summus Dei cultus.*

*Cur apud reges, intercessoribus opus sit.*

*111 Mendacium Iesuitarum.*

*Papista sanctis diuinum honorem tribuerunt.*

Dei

Dei expungentes, & pro DOMINVS vocem DOMINA substituentur:  
Quod quidem horrendū auditu est, sed & scriptis & impressis libris re ipsa  
doceri potest.

Vtrum verò Sancti in cœlo pro nobis orent: de hoc nunquam cum Papiis  
litigatum fuit. Sanctos autem scire, quibus rebus quisque Christianus  
**Esa. 61.** indigeat: de hoc respondet Esaias: Nesciunt nos, & ignorant nos.

Principiè verò, quod Sancti sint mediatores & intercessores apud Deum:  
hoc semper in nostris Ecclesijs, firmissimis Scripturarum testimonijs explo-  
sum & damnatum est. Honos enim iste soli Christo conuenit: quem contra  
Scriptura autoritatem Pontificij sanctis tribuant, ac per illorum meritum  
& intercessionem gratiam conequi volunt. Quod quia merito Christi  
blasphemè derogat: in Ecclesia tolerari non debet.

**Latin. 60.** Ad hanc, aliud est, hic in terris à viuentibus petere (sicut de Moysi, Sa-  
muele, lobo, alijsq; legitur) ut pro nobis apud Deum intercedant: & aliud,  
Discrimen Sancto-  
rum in terra, & in  
cœlo.  
mortuos inuocare. De illo enim & verbo & exempla extant: de hoc verò  
& verbo, & exemplis destituiuntur.

Iesuitarum insignis  
impietas, contra  
Scripturam pertinaciter  
negantium  
Christo homini ad  
dexteram Dei exal-  
tato, quod sanctis  
defunctis præter  
Scripturam largissime  
tribuunt. Responsi ad exempla eorum, qui sanctos inuocare di-  
cuntur.

Denique insignis malitia & impietas Iesuitarum hic cernitur: quod  
cum pro inuocatione Sanctorum acerrimè pugnant, hacq; doctrinā sua nu-  
da creatura honorem Dei proprium adscribant, quod cogitationes &  
gemitus vbique locorum suspirantium & inuocantium sciant, audiantq;  
tamen de Christo Homine, in communionem diuina personæ & glorie as-  
sumpto sceleratissime hoc negent, ut qui secundum Naturam humanam  
diuini honoris & glorie, nec capax, nec particeps sit.

Quod autem extra Scripturam, exempla quorundam monstrantur,  
qui sanctos inuocant: cum hoc non solum præter, verum etiam contra  
mandatum Dei factum sit, qui dixit: Inuoca me, &c. DOMINVM  
DEVUM tuum adorabis: Idcirco exempla illa veritati Confessionis nostra-  
nihil derogant. Nec enim id omnes fecerunt, præsertim q; qui in Ecclesia  
Romana veteri vixerunt, antequam hominum traditiones (de quibus Au-  
gustinus Epist. 119. grauiter conuestus est) in tantum inualecerent. Estq;  
auditu horrendum, quod hic Ambrosius scripsisse legitur: Martyres pro-  
prio sanguine peccata, si qua habuerint, lauisse. Quod, ipsi Mar-  
tyres, si de se predicari audiriissent: nec credituri, nec confessuri, sed tan-  
quam honorem sibi minimè competentem repudiaturi fuissent. Si enim so-  
lius Christi sanguine ab omnibus peccatis mundati non sunt, sicut scriptum  
est: Sanguis Iesu Christi, Filii Dei, emundat nos ab omni pec-  
cato:

Cato: partem in regno Dei non habent, si etiam multò plura propter Christum passi fuissent.

Sed hac de illo mendacio Iesuitarum, quo communis sunt, doctrinam Confessionis August. in articulo de invocatione Sanctorum cum S. Scriptura, & veteri Catholica Romana Ecclesia non consentire, dixisse satū sit.

## I E S V I T A.

## XI. Mendacium.

**I**N articulo 21. alijsque locis Confessionis, inquiunt: Apud nos magna ex parte veteres ritus diligenter obseruantur. Falsa enim calumnia est, quod omnes cæmoniæ, omnia vetera instituta, in Ecclesijs nostris aboleantur. Quale sit hoc mendacium, nullo negotio intelliger, qui conferre voluerit cum praesenti statu Ecclesiarum protestantium ea, quæ de ritibus Ecclesia scripta reliquerunt Tertullianus, Basilius, Epiphanius, Augustinus, alijsque veteres Scriptores. Oblationes enim anniversariae pro defunctis facere, signo crucis se signare, ad orientem orare, invocare dum Eucharistia ostenditur, benedictio aquæ Baptismatis, benedictio olei unctionis, extrema unctio, professio virginitatis & viduitatis, solitudo Anachoretarum, ieiunia quarta & sexta feriae, ieiunium quadragesima, Monachorum regula variaq; instituta, quorum alij à carnibus, alij etiam ab ovis, alij etiam à piscibus abstinent, & in genere delectus ciborum in diebus ieiuniorum, votum continentie etiam post coniugium, votum paupertatis, peregrinationes ad loca sanctorum, &c. hac & similia, quæ in veteri Ecclesia in usu erant, à Lutheranis non modo non seruantur, sed etiam irridentur.

## R E S P O N S I O.

De quibus cæmonijs & ritibus Confessio August. in utroque articulo, & de Missa, & de discrimine ciborum, verba faciat, ibidem indicatur: nempe quod in manifestis & visitatis cæmonijs Missæ, nulla notabilis mutatione facta sit, nisi quod Latinis cantionibus admisceantur alicubi Germanica. Et in cap. de discrimine ciborum: Seruantur apud nos pleræque traditiones: quæ conducunt ad hoc, ut tres ordine geratur in Ecclesia, ut ordo lectionum in Missa, & præcipue feriae.

Nec tantum illo tempore, quo Confessio August. exhibita est, sed etiam nunc in quibusdam Germania Ecclesijs reformatis ceremonia tales obser-

P uantur,

122 Mendacium Iesuitarum.

Cuiusmodi cæmonias & ritus Confessionis August. Ecclesia retinuerint.

Ex. Lat. 26.

Pag. 33.

uantur, ut forte superueniens Pontificius, easq; confitatus, arbitrari pos-  
sit, Papisticam religionem inibi adhuc exerceri. Quia de causa etiam no-  
stre Ecclesia pro semper apisticis à Calvinianis habentur & proclamatuntur.

Ceterum Iesuite hec verba Confessionis Augusti ad omnes humanas  
traditiones, que in Ecclesiam introducite sunt, referunt: de quibus tamen  
Confessio Augusti non loquitur. De his ante 1200. annos miserabiliter que-  
rendo scriptus Augustin. Tam multis præsumptionib. & seruilibus  
oneribus, quibus Religio Christiana prematur, sic plena esse  
omnia, ut tolerabilius sit conditio Iudæorum: qui etiam si  
tempus libertatis non agnouerint, legalibus tamen sarcinis,  
non humanis præsumptionibus subiiciantur.

Quapropter hoc Iesuitarum 122. mendacium est, quo ipsi manifesta  
falsitate Confessionem Augustanam mendacijs accusant.

## IESVITÆ.

## XII. Mendacium.

Germ. 84.  
Luc. 62.

**P**ag. 22. in Praefatione de abusibus mutatis inquiunt: Cùm Ecclesia  
Papud nos de nullo articulo fidei dissentiant ab Ecclesia  
Catholica, tantum paucos quosdam abusus omittant, &c.  
Hec verba mendacijs arguuntur ab ultima parte huius Concordia: vbi ea de  
Christo docent, que cum Symbolo Apostolico, Niceno, & Athanasiano  
aperte pugnant, ut supra iam ostendimus.

## RESPONSIO.

Brenitatis causa lectorem Christianum ad declarationem articulorum  
fidei nostra de Persona Christi, in libro Concordia comprehensam, remitti-  
mus: vbi non tantum Calvinianorum, sed etiam Iesuitarum blasphemia  
doctrina, detecta, refutata, & damnata, nostræ fidei puritas demon-  
strata est.

## IESVITÆ.

**Ibidem.** Et sanè viderint ipsi, si tantum propter paucos abusus ab Ecclesia Ca-  
tholica, que nunc Pontifici Romano paret, se separarint: an hoc licuerit  
124. Mendacium Iesuitarum ipsi, quod nec Propheta, nec Apostolus, nec ipse Christus fecisset.

## RESPONSIO.

Multitudinem, qua Pontifici Romano obtemperat, aquæ non pro  
Ecclesia

Ecclesia Catholica agnoscimus, ac Christus & Apostoli scribas, Pharisaeos, & summos Sacerdotes pro Ecclesia Dei non haberunt. Sicut Christus auditores suos sedulè monet, vt caueant sibi à fermento Pharisaeorum. Et cap. 15. Matth. Omittite illos, Duces sunt cæci cæcorum. Et Iohannes: Filioli cauete vobis à simulachris.

Tales igitur qui auersatur, ille nequaquam ab Ecclesia Catholica se segregat: sed ab idololatria, cæcis, & cæcorum ducibus, secessionem piam & laudabilem facit.

Deinde ex historia Ecclesiastica doceri potest, crassos illos Papisticos abusus in veteri primitiva Ecclesia non fuisse: sed paulatim, attamen mature, irrepercipisse. Quemadmodum Paulus indicat: Antichristum iam suo tempore mysterium iniquitatis cœpisse peragere. Ideoq; nullo modo Catholicum esse censendum est, quod Christi doctrine aduersatur, et si diutissime in Ecclesia locum habuerit. Et eiusmodi abusus eorumq; Patronos qui deserit: ab Ecclesia Catholica desciisse neutiquam putandus est. Hac enim discessio propterea fit, vt homines vera Catholica Ecclesia eiusq; membris se aggredent, qua istos errores & abusus ignorantib; hi pedetentim in Ecclesiam irrepserunt, ita merito rursus exterminari debebant. V. g. execrabilis Papistica Ecclesia consuetudo est, quod Sacramentum cœnae Dominicæ sub una tantum specie Laicis dispensatur. Hac, si etiam longissimo tempore durasset: quia tamen verbis Testamenti Christi ex diametro repugnat, sine villa dubitatione resecanda & eliminanda esset.

Et hæc etiam de illo mendacio Jesuitarum: quo Confessionem Augustanam immerito grauant & infamant.

## IESVITÆ.

## XIII. Mendacium.

¶ Ag. 24. in articulo de coniugio Sacerdotum, inquit: In Germania primum ante annos 400. Sacerdotes vi coacti sunt ad cœlibatum. At extat Concilium Moguntinum in Germania tempore Arnulphi Imperatoris ante annos 600. celebratum: extat Concilium Vuormaciense, in Germania ante annos 700. celebratum: extat Concilium Aquisgranense, tempore Ludouici Pij celebratum, anno Domini 816. id est annis 716. ante Confessionem Augustanam: in quibus presbyteris. Diaconis, & subdiaconis indicitur, vt abstineant se ab uxoribus. Extat de-

Christus & ipsius Apostoli, à summis Sacerdotibus eorumque a se separarunt.  
Matth. 16.

15.  
1. Ioh. 5.

2. Thess. 2.

Germ. 85.  
Latin. 69.  
Quando Sacerdotibus coniugio interdictum.

nique Epistola Zacharia Romani Pontificis, ad Bonifacium Episcopum & Apostolum Germanorum, ante annos 800. scripta, vbi sic legimus: A die suscepti Sacerdotij, etiam ab ipso proprio coniugio prohibendi sunt.

## RESPONSI O.

Crimen falsi Iesu-  
tarum.

Canones contra  
coniugium Sacer-  
dotum antiqui.

N.B.  
Plurimi Sacerdotes  
tempore Hierony-  
mi, vxores habue-  
sunt.

*Nauclerus Gene-*  
*rat. 36.*

Initio h̄ic crimen falsi à Iesuitis commissum notetur. Confessio namq; August. habet, Sacerdotes primum ante annos 400. VI COACTOS esse ad cœlibatum. Has voces, VI COACTOS, omittunt Iesuita, & de Canonibus Conciliorum verba faciunt. At nostra Confessio h̄ic sermo non est de Canonibus, quibus coniugio Sacerdotibus interdictum est, sed de illorum violentia & tyrannica executione, qua sepe quidem, at frusta, tentata fuit, Sacerdotibus veterem & Apostolicam legem coniugii contrarios Canones seruantibus. De quo etiam Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum scripsit: Si autem Samuel duxit vxorem enutritus in tabernaculo: quid hoc ad præiudicium virginitatis, quasi non HODIE quoque PLVRIMI SACERDOTES habeant matrimonia? Et Paulus Episcopum describat, qui vnius vxoris maritus sit, & liberos habeat in subiectione cum reuerentia.

Hoc Sacerdotum coniugium in Germania conseruatam & usitatum fuit usque ad Gregorium septimum: qui non absque seditione & grauiissimo scandalo illud vi abrogare instituit. Cumq; Episcopus Moguntinus, in Synodo Erdfordij congregata ( ut Nauclerus resert ) Pontificis Decretum exequi, & Sacerdotes vxoribus priuare vellet: statuerunt hi, Archiepiscopum è Cathedra deturbatum morte bene meritæ plectendum esse, vt insigne monumentum ad posteros iusti modi eadis transmitteret, quo successores omnes docerentur, ne temere Sacerdotes suo iure & libertate philarerent. Et nisi Episcopus à suis auscultatoribus præmonitus sententiam mitigasset: discrimen vita effugere vix potuisset.

Ex quo patet, Iesuitas iterum per crimen falsi ( quod ipsorum 125. mendacium est ) Augustanam Confessionem mendacij insimulare.

## IESVITÆ.

## XIII. Mendacium.

Germ. 16.  
Latin. 71.

IN EODEM articulo de coniugio Sacerdotum inquiunt: Et res gesta

gesta est tam inciuiliter, vt non solum in posterum coniugia prohiberentur, sed etiam præsentia, cōtra omnia iura diuina & humana, contra ipsos etiam Canones, factos non solum à Pontificibus, sed à laudatissimis Synodis distraheretur. Et hoc numerari potest inter ILLVSTRIA mendacia Confessionis.

## RESPONSI.

In hoc mendacio, Iesuitæ sibi ipsis diffidere videntur. Nam cum Confessio August. mendacium Iesuitar. refutatur. conuincenda esset: duas questiones de coniugio Sacerdotum proponunt. Vnam, an liceat post sacros ordines suscepentes vxorem ducere? Alteram, an liceat ei qui duxit uxorem ante sacram ordinationem, simul & Sacerdotio, & coniugio operam dare? Postea magnum numerum Conciliorum & Canonum congerunt, vt ex illis probent, Concilia & Pontifices utrumque prohibuisse. Hinc Confessionem August. mendacijs coarguunt, quæ dicat: hanc prohibitionem & Canonibus, & iuri Pontifici repugnare. At Confessio August. hoc loco tantum agit de Gregorij septimi, omnium spurcissimi & crudelissimi Papa sauvicia, qua coniuges separare, & Sacerdotes uxoribus legitimis spoliare, conatus est. Quod omni diuino, naturali & humano iuri, adeoq; ipsis Conciliorum & Pontificum Canonibus aduersatur: qui coniugia dirimi nequaquam præcipiant, sed vel Sacerdotio abire presbyteros, vel à consuetudine coniugali abstinere iubent. Quamvis & hoc ipsum diuino, naturali, & humano iuri repugnet, Apostolo scribente: Quod maritus proprij corporis ius non habet, sed vxor: quodque se iniucem fraudare non debeant, nisi ex consensu pro tempore fiat. Quapropter hoc duplex (vt Hansius appellat) mendacium, in Confessionem August. confitum, Iesuitis remittimus: cum nulla ratione refellere queant, quod contra Pontificum tyrannidem verè profertur.

Deinde, impudenti vanitate sine villa probatione comminiscuntur, nec Papalnitij historiam, nec S. Vdalrici contra prohibitionem Sacerdotalis coniugij Epistolam, ad Papam Nicolaum scriptam, profide digna habitare esse. Cum de utroque ante hac nunquam dubitatum fuerit: nisi quis forte nulla fronte in dubium vocare velit ea, que Socrates & Sozomenus de Concilio Niceno scripsérunt. Et ne quis suspicari posset, Epistolam S. Vdalrici à nostra Confessionis hominibus confitam esse: Aeneas Sylvius in sua Germania mentionem eius facit: que & in antiquis pergameno inscriptis

## De Mendacijs, quæ libro

**S. Waltrici Epistola.** libris reperta est. Sed quia hac ipsorum instituto non seruunt, presertim  
dam in suum viuarium propter pisces misisset, & allata inde  
plus quam sex millia infantum capita videret, intima mox  
penitentia ductus ingemuerit, & factum a se de celibatu de-  
cretum tantæ cædis causam confessus, condigno illud fructu  
penitentiae purgauerit, suoque decreto prorsus damnato  
Apostolicum illud laudauerit Consilium: Melius est nubere,  
quam viri. Addens ex sua parte: melius est nubere, quam  
mortis occasionem præbere. Hæc, inquam, suspecta reddere conan-  
tur, ac si ab alio quodam celibatui Sacerdotum iniquo, conficta essent.

## I E S V I T A.

**Latin. 78.** Certè vnum aliquem laudatum Episcopum, Presbyterum, Diaconum,  
Subdiaconum aut Monachum, qui duxerit vxorem, aut ex uxore antea  
**128. Mendacium Iesuitarum.** ducta, filios procreauerit, adhuc aduersarij inuenire in tota antiquitate  
minime potuerunt.

## R E S P O N S I O.

Huic aperte reclamat Socrates histor. Eccles. lib. 5. cap. 21. scribens:  
Omnes illustres presbyteri in oriente, & Episcopi etiam,  
MODO IPSI VOLVERINT, NVLLA LEGE COACTIB  
vxoribus abstinent. Nam non pauci illorum, DVM EPI-  
SCOPATVM GERVNT, etiam LIBEROS EX VXORE LER-  
GITIMA PROCREANT.

**Latin. 78.** Deinde vel ipsi Iesuita confiteri coguntur, multos præclaros & celebres  
Episcopos, vxores habuisse. Vbi Iesuita nunquam probare poterunt, ipsos à  
consuetudine coniugali abstinuisse. Cum enim coniuges corpore sani coha-  
bitant: debitam benevolentiam vxori vir reddit, secundum Apostoli sen-  
tentiam 1. Cor. 7.

## I E S V I T A.

**Germ.** Si præceptum Dei est, vxorem ducere: Christum quoque (si mod  
129. Mendacium  
Iesuitarum:  
Quia præceptum  
hoc, eos tantum ob-  
ligat, qui extra con-  
iugium caritatem  
seruare nō possunt. omnem veritatem implere, legi satisfacere, atque ita verus Messias esse vo-  
luit) cōiugio se addicere, necesse fuit: quod tamen de ipso nusquam legitur.

## R E S P O N S I O.

Hic est diabolicus sarcasmus, quo hi Iesuitæ non nobis, sed Christo in  
throne

Urolo Maiestatis diuinae illudunt: cui etiam suo tempore p̄nas dabunt. Seruum namq; Dei mandatum est, vt quisquis castitatem extra coniugium seruare non possit (cuiuscunq; conditionis aut vocationis homo sit) ad vietandam scortationem, suam propriam vxorem habeat. Sic enim Paulus sribit: Propter stupra vitanda, suam quisque vxorem <sup>1. Cor. 7.</sup> habeat, & quæque proptium virum habeat. Hoc non consilium, sed Dei expressa voluntas, & mandatum est. Deinde, S. Paulus discipulis suis, Timotheo & Tito, prescripsit & mandauit, quales Episcopos & Dia- <sup>1. Tim. 3.</sup>  
conos ordinare, ac Ecclesijs presicere debeat. Vbi præ cunctis virtutibus, que in Episcopo requiruntur, post verba hæc: Episcopum oportet ir-  
reprehensibilem esse: statim subiungit: VNUS Vxoris MARI-  
TVM, qui suæ domui benè præfit, qui LIBEROS habeat in  
subiectione cum omni reverentia. Non dicit: Qui vnius vxoris  
maritus fuerit, & suæ domui benè præfuerit, qui liberos obe-  
dientes habuerit: sed, qui sit vnius vxoris vir, qui liberos ob-  
sequentes HABEAT, qui suæ domui benè præfit.

Nec satis hoc Paulo est: sed addit quoque causam, cur maritus præ alio <sup>1. Tit. 8.</sup>  
ad hoc munus diligendus sit. Nam inquit: Si quis propriæ domui  
præesse non nouit: quomodo Ecclesiam Deicurabit? Quibus  
verbis docere voluit Paulus, quod eum, qui ad Episcopi munus administrandum assumi debeat, necesse sit prius in disciplina domestica specimen edere.  
Cui si non sufficiat, vt vxorem & paucos liberos regere non possit: huic nec  
munus Episcopi committendum esse, si etiam ceteris omnibus virtutibus in-  
structus sit.

Sententia igitur Pauli est, vt Episcopus in primis sit maritus: quemad-  
modum etiam vult, vt sit sobrius, modestus, inculpatus. Si vero Apostolus  
sensisset, reprehensione non carere, si legitimam vxorem habeat: nequa-  
quam voci, irreprehensibilis, immediatè subiunxit: vnius vxo-  
ris vir.

Et postquam Spiritu vidit impuram, scelestam, & apud quosdam So-  
domiticam planè vitam Antichristi Romani, & mancipiorum ipsius Car-  
inalium, Episcoporum, sacrificulorum, &c. Romanensium: de quibus  
Daniel predixit, quod in concupiscentijs feminarum futuri non sint, (pro- <sup>Dan. 12.</sup>  
pter alias abominandas libidines, quibus dediti sint:) de hoc edicto, quo Sa-  
cerdotibus coniugio interdicitur, fideliter premonuit, & Antichristum  
hac infallibili notati mundo cognoscendum prostituit, ad Timotheum  
suum

4. Tim. 4.

*suum scribens: Spiritus disertè loquitur: quòd in posterioribus temporibus deficient quidam à fide, attendentes spiritibus impostoribus, & DOCTRINIS DAE MONIORVM in hypocrisi falsiloquorum, cauteriatam habentium conscientiam, PROHIBENTIVM CONTRA HERETICIS MATRIMONIVM, & iubentium abstinere à cibis, &c. Et 2. Thess. 2. ait: Iniquitatem Antichristi clam peragi. Indicare voluntates, Satanam maturè capisse, iam in hac, iam in alia regione, coniugio detrahere. Non autem omni sua malitia & iniquitate uno imperu prorupit, sed paulatim & clam exerere eam instituit, donec tandem permittente Deo, propter mundi ingratitudinem, illam longè lateq[ue] in opus deduxit. Ad quod perficiendum, hypocrisy suorum vsus est: multo diuersum, imd[ic] Sacerdotes debere, sanctos, castos, puros & immaculatos esse, cum Dei mysteria quotidie tractent. At finis & propositum Diabolifuit, totum mundum nefandā libidine, sceleribus, & flagitijs replere: sicut id res ipsa & experientia in clero Papistico (non sine multorum piorum gemitu) per aliquot iam secula comprobat, & loquitur.*

## IESVITÆ.

## XV. Mendacium.

Germ. 51.  
Latia. 78.

**P**Ag. 25. in eodem articulo inquiunt: At nunc capitalibus poenitentiis excruciantur Sacerdotes, contra Canonum voluntatem, nullam aliam ob causam, nisi propter coniugium. Si hoc non est mendacium, proferant aduersarij vel unum Canonem, ubi prohibitum sit, ne Sacerdotes excruciantur, si vxorem ducere tentauerint.

## RESPONSIO.

120 Mendacium  
Iesuitar. refutatur.Gratian. in Decreto  
dist. 31.Decretum sextæ Sy-  
nodi vniuersalij.

*Ad hoc demonstrandum, ex vestro Canonico iure unum tantum capitulum proferemus, quod vos impudentes calumniatores coram Deo & hominibus mendacij conuincat, & confundat. Verba Decreti sic habent: Quoniam in Romani ordine Canonis esse cognouimus traditum, eos qui ordinati sunt Diaconi, vel presbyteri, confiteri: quòd non suis iam copulentur vxoribus: antiquum sacrorum virorum legales nuptias amodò valere volumus: nullo*

nullo modo cum vxorib. suis eorū connubia dissoluētes, aut priuātes eos familiaritate ad inuicem in tempore opportuno. Quicunq; ergo diligens inuentus fuerit subdiaconali ordinatione, aut diaconali, aut sacerdotali: hi nullo modo prohibentur ad talē ascendere gradū pro vxoris suā cohabitatione, nec etiā tempore ordinationis suā profiteri castitatem cogantur, quod abstinere debeant à legalis vxoris familiaritate. Item, oportet eos, qui altari ministrant, in tempore oblationis sanctorum continentessē in omnibus, ut à Deo possint consecrati, qui, quā suppliciter postulant. Si quis igitur präsumperit

Diligens, id est, dignus, secundum glossam marg. NB.

CONTRA APOSTOLICOS CANONES, aliquos presbyterorum & Diaconorum priuare à contactu, & à cōmunione legalis vxoris suā, deponatur. Similiter & presbyter aut Diaconus, qui religionis causa vxorem suam expellit, excommunicetur: si verò in hoc permanserit, deponatur. Hacibi Gratianus. Non ergo nudum duntaxat Canonem, sed plenam declarationem Concilij Constantinopolitani vobis exhibemus, per quam omnium Romanensium Nationalium Conciliorum ( quā vniuersali Ecclesia, inδ ne vni quidem soli etiam minimo Christianorum, contra Euangelij doctrinam nihil prescribere potuerunt ) blasphemī & tyrannici Canones expressè damnatis sunt. Quod si vero quis vestrum regereret, capitulum istud de ipsis tantum loqui, qui continentiam non nouerunt? Respondemus, Confessionem August. in genere culpare, quod tyrannis in Sacerdotes coniugij causa exercetur. Siquidem in Magistratus, siue Ecclesiastici, siue Politici potestate non sit, quenquam propter vota qua Deo fiunt, puniendi: multo minus cū adolescentes & puella adhuc iudicio carentes ad vouendum persuaderunt, & postea demum experiuntur, se per imprudentiam voulisse, quod in sua facultate, vt seruarent, non erat. Deinde, prohibitio coniugij, non vera Ecclesia Catholica, sed ipsorum demoniorum preceptum est. Hoc enim nomine à Paulo notatur: qui de eo cauendo diligenter monens, iuniores viduas ad connubiumhortatus est, nec minorem annis sexaginta ad Ecclesia ministeria admittere voluit.

Decretum Synodi  
Occumenicæ.

## I E S V I T R E.

Sed statim sequitur: Hoc tantum de orientali Ecclesia, quae rotum castitatis in ministris altaris non suscepit, intelligendum esse?

Q

RESPON-

## RESPONSIo.

Ad vestrum mendacium confirmandum postulaatis, ut vel unum Canone  
nem contra vos proferremus. Idecirco non nationalis alicuius, sed vniuersalis  
Concilij Canone vestrum mendacium contudimus.

Deinde ex vobis seraphicis Doctoribus querimus: an duc Ecclesia Ca-  
tholica in terra sint, quarum una vituperet & prohibeat, quod altera lau-  
dat & præcipit? Respondetis: Non. Si igitur unam Catholicam Apostoli-  
cam Ecclesiam in toto terrarum orbe confitemur: ne ab hac aberremus, tu-  
tissima ratio est circumspicere, que nam particulares Ecclesia Apostolicam  
doctrinam (super quam Ecclesia vera superstructa est, quamq[ue] solam tutio  
sequi possumus) profiteantur & teneant. Quod hoc in loco orientalis Ec-  
clesia obseruans, Apostolicum Canone citat: quo ipso etiam Iesuitarum  
mendacium, de quo agimus, refutatum est.

Ephes. 2.

Quacunque igitur ex 1. Canone 11. Concilij Toletani, ex 6. Can. octauii  
Conc. Tol. ex 16. Can. Concilij 11. Turonensis, & similibus afferunt, vbi  
pauci quidam presbyteri conuenientes, duros admodum Canones contra  
Sacerdotes & Monachos conscripserunt, mandarunt q[uod] vt post votum con-  
tinentia contrahentes, seueriter puniantur: hi Canones quoniam verbo  
Dei aduersantur, nullo modo pro Catholica Ecclesia Decretis & consti-  
tutionibus habendi & agnoscendi, inde prorsus nihil faciendi sunt. Nec im-  
merito eiusmodi Concilia pro Spiritu malo conciliabulis habentur, ex cu-  
minus impulsu & voto Cauones q[uod] verbo Dei ex diametro repugnantescu-  
duntur.

Excommunicatio  
Diabolica, à quibus-  
dam Episcopis con-  
tra Comitem Fran-  
sicum instituta.

3. Cor. 7.

Similiter, quod hic Iesuite ex Gregorij Turonici lib. 4. hist. Francorum  
cap. 4. commemorant: insignem quandam Comitem, qui dimisso ex con-  
fessu mutuo viroris thorō, sacris ordinibus initiatus fuerat, ac deinde à  
Diabolo (vt Iesuite ex Diabolo calumniantur) instigatus ad eandem redire  
præsumperat, mox fuisse una omnium Episcoporum sententia excommu-  
nicatum. Hec excommunicatio, ipsius diaboli, non vera Ecclesiæ, opus  
fuit. Nam absque dubio, Diaboli instigatu & Sacerdotum inductu, hi duo  
coniuges ex quadam imprudentia diuortium fecerunt, quos nemo præter  
mortem, Scriptura attestante, separare debuisset. Nec non Spiritus sancti  
ad suam redire expetit, cuius conuentu & consortio contramentem scri-  
ptura-

## Concordiae falsò tribuuntur.

123

Peturarum, ex voti temerarij hypocriti, per doctrinam dæmoniorum de prohibitione coniugij, interdictum ipsi erat. Quod exemplum Magnates, illustres, & Principes viros admonere debebat, ne se in similia aut alia præcipita per eiusmodi hypocriticam instigationem abduci paterentur.

### I E S V I T A .

Ecclesia nunquam puniunt Sacerdotes propter coniugia, ( vt mentitur Germ. 95.  
Philippus) sed propter sacrilegia & Sacramenti violationem. Latin. 81.

131. Mendacium Iesu  
suitarum.

### R E S P O N S I O .

Hec est execranda & horribilis blasphemia in coniugium à Deo institutum & mandatum. Coniugium ( inquit Paulus ) HONORABILE EST IN OMNIBVS, ( ergo etiam in Sacerdotibus ) & cubile im- pollutum. Scortatores autem & adulteros iudicabit Deus. Si igitur coniugium honorabile & sanctum est: cuius quæsa Sacramenti prophanatio aut violatio esse potest? Baptismine an Cœna Dominicæ? Nam Præter hæc duo, nos alia Sacra menta ignoramus. Deinde, nec Sacerdotium violare aut dedecorare potest. Paulus enim mandat, vt Episcopus unius vxoris maritus sit. Hoc nunquam profecto præcepisset, si munus Sacerdotale per coniugium dedecoraretur: quod magni illius mysterij inter Christum & Ecclesiam typus est. De quo Paulus ad Ephes. cap. 5. scribit: Mysterium hoc magnum est. Ego vero loquor de Christo & Ecclesia.

Ad hæc, omnia diuina & humana iura docent, vota temeraria, que absque offensa Dei & conscientiae seruari nequeunt, bona conscientia re- Leuit. 26. scindi & solvi posse, et si ipsi Deo immediata facta sint.

### I E S V I T A .

Si Augustinus in lib. de bono viduitatis, cap. 11. lapsus viduarum, que Germ. 95.  
post simplex votum continentie nubunt, adulteris peiores esse dicit: quid Latin. 81.  
de lapsu Sacerdotum diceret, qui post solenne votum, vxorum nomine concubinas ducento, coniugium simul & Sacerdotium violent.

### R E S P O N S I O .

Vaticinantur Iesuitæ de sacrificiorum Romanensium concubinis, et si manus Pontificis, vt Caiphas, non sustineant. Atque idem cum Cardinale Campegio sentiunt, qui in comitijs Augustanis anno, &c. 30. dixit: ( quod Campegij & Pighij execranda vox contra coniugium Sacerdotum.

idem quoque Pighius scripsit:) Melius esse, minusq; peccare Sacerdotem, qui PLVRES CONCVBINAS habeat, quam qui VNAM LEGITIMAM UXOREM ducat: propterea quod hic existimet se recte facere, & in facto suo sine villa pœnitentia perseueret: illum verò qui plures concubinas alit, non ignorare se peccare, ideoq; citius ad mentem meliorem redire posse. Hæc scil. vox est cardinibus infernalibus dignissima, omnibus autem pijs execranda & detestanda, qua turpis fornicatio coniugio legitimo prefertur.

Augustini sententia de scriptis suis.  
In Proemio lib. 3.  
de Trinit.

Ceterum ipse Augustinus docuit & monuit, ne Scriptis suis vtrè fidem haberemus, quam ipse ex Scripturis Canonis, & lectione diuina probarer. In omnibus, inquit, literis meis, non solum prius lectorem, sed etiam LIBERV M CORRECTOREM desidero, &c. Veruntamen sicut lectorem meum NOLO MIHI ESSE DEDITVM, ita Correctorem nolo sibi. Ille (Lector) me NON amet amplius Q V A M Catholicam fidem: iste (Corrector) se non amet amplius quam Catholicam veritatem. Sic autem illi (Lectori) dico: NOLI meis literis Q V A S I S C R I P T V R I S Canonis inseruire, sed in istis, quod certum non habebas, NISI certum intellexeris, NOLI firmiter retinere: Ita illi (Correctori) dico: Noli meas literas extua opinione, vel contentione, sed EX DIVINA LECTIONE, vel inconclusa ratione corriger. Hac ibi. Cum igitur Augustinus, quæ de voto viduarum scripsit, nullo verbi Dei testimonio probet, nec etiam probare possit: ea firmiter retinere & credere, secundum eiusdem sententiam, non teneatur. Verum vt cunque se res habeat: certum est, Augustinum male Sacerdotem coniugatum Ecclesiæ seruire, quam impurū sacrificulum, qui unam vel plures concubinas alit, aut alia libidine se polluit. Idcirco in Psalm. 99. scripsit: Melius est humile coniugium, quam superba virginitas: quanto magis scortatione manifesta?

## IESVITÆ.

Germ. 96.

Latin. 81.

82.

132. Mendacium Iesuitarum.

Quod si contendant Lutherani, ut faciunt, vota continentie non esse seruanda, quia impossibilia: iam non sacrilegi solum, sed etiam hereticis sunt, & in diuinam promissionem, ac gratiam blasphemari, atque ita digni, qui ab arboribus suspendantur, cum Christus voto castitatis, quam ipsi impossibile dicunt, suam gratiam promiserit.

RESPON-

## RESPONSI O.

At dicant nobis Iesuitæ, vbi nam Christus castitatem, siue virginitatem  
vouentibus, (que & corporis & Spiritus sanctitatem requirit) talem 1. Cor. 7.  
gratiam promiserit? quandoquidem Paulus scribat: Hoc ad vestrum  
commodum dico: NON VTI LAQUEVM VOBIS injiciam. Vbi  
Paulus ne una quidem vocula voti mentionem facit: sed vult Christianos  
hac in parte semper liberos esse. Si autem homo per votum à coniugio arce-  
tur: iam laqueus ipsi iniectus est, & libertas adempta. Quam seruitutem,  
Satanæ deinceps tentatio & instigatio ad libidines sequitur: qua in Natura  
corrupta tam potens & efficax est, ut non ad scortationem & adulteria  
tantum, verum etiam ad nefandam Sodomiticam vitam impellat homi-  
nes: cuius laudes Ioannes de Casa, Episcopus Beneuentanus, Camera Ca- Encomiasta Sodo-  
tholice Decanus, & Nunius apud Venetos Apostolicus, scilicet, peculiari mia, Ioannes de  
libello Venetijs excuso descripsit & celebravit. Eó usque videlicet execra-  
da & horrenda fæditas Pontificiorum Romanensium processit, ut suam  
turpitudinem & spurcitem exemplo Sodomitarum prædicare non eru-  
bescant.

Mantuanus Poeta Italicus & Papisticus, de fædis & abomanandis libi-  
dinibus Romæ, Collegiorum, & Monasteriorum ante annos complures ista  
scripsit:

Sanctus ager scurris, venerabilis ara cynædis  
Seruit, honorandæ diuīm Ganymedibus ædes.

Item:

I pudor in villas: vrbs est iam tota lupanar.

Pasquillus.

Roma vale, vidi, satis est vidisse: reuertar,  
Cùm Leno aut meretrix, scurra, cynædus ero.

## I E S V I T A.

Veritas ipsa dicit: Sunt Eunuchi, qui se ipsos castrauerunt Germ. 96.  
Propter regnum cœlorum. Qui potest capere, capiat. Et Pau- Matthei 19.  
lus: Bonum est homini, vxorem non attingere. Item: Velim 1. Cor. 7.  
omnes homines esse, vt & ego. Ibidem: Inconiugatis & viduis 133. Mendacium Iesu-  
dico, bonum eis est, si manferint vt ego. Et 1. Timoth. 5. Iunio-  
res viduas deuita. Cùm enim lascivire coeperint aduersus  
Q 3 Chri-

Christum, nubere volunt, habentes condemnationem, quod primam fidem (hoc est, votum continentia) reiecerint.

## RESPONSI.

Liberis virginitas si-  
ac vota.

*Christus dicto loco, ne uno quidem verbulo voti continentis & virginitatis (sicut nec Paulus) meminit. Sed de libero & minime coacto proposito agit, quo quis vel propter itinera crebrius facienda (ut Paulus) aut alias ob causas sponte à coniugio abstinet, ut tanto magis regno Dei seruire, & Ecclesiæ prodesse posse: vel etiam propter præsentem necessitatem & periculosa tempora se continet, ut difficultatibus & molestijs, quibus cum conjuges confluantur, carere posse. Christus verò nec præcipit, nec consulit virginitatem vovere. Sed potius de periculo monens, inquit: Non omnes capiunt Verbum hoc, sed iij, quibus datum est. Item: Qui potest capere, capiat. Q. d. quiccapax huius verbi non est, matrimonium contrahat. Eodem modo Paulus cum dixisset: Velim omnes esse vt & ego: statim subiungit: Sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius autem sic. Item: Bonum eis est, si manserint ut ego: si autem non continent, matrimonium contrahant. Nam melius est matrimonium contrahere, quam viri. Quibus verbis disertè testatur Apostolus, se nulli hominum laqueum iniçere velle.*

*Et cum inquit: Velim omnes homines esse, ut ego sum: nullo modo omnes à coniugio abstinere voluit. Istud enim fuisset interitum generis humani velle. Sed hoc ipsius votum fuit, quod optauit, omnes affectos esse sicut ipse fuit, qui nec matrimonium abiurauit, nec perpetuam virginitatem vovit, sed liberrima voluntate vita cœlibem egit, ut cursum Mysterij sui è commodius perficiere posset.*

*c. Tim. 5.*

*Similiter de voto Papistico nihil agit, cum de lasciuis viduis scribit. Sed loquitur de prima fide quam Christo in Baptismo dederunt, quamq[ue] rejciant (licet ore illam profiteantur) si suam libidinem sequatur & expleat: ubi enim lascivia regnat, ibi fides exultat. Quare & hoc Apostoli dictum, ad votum cœlibatus confirmandum, violenter torquetur, & crinibus quasi (ut dicunt) attrahitur.*

## IESVITÆ.

## XVI. Mendacium.

*Genn. 97.  
Latina. 82.*

*IN EODEM articulo dicunt: Proinde etiam Cyprianus suadet, ut mulieræ*

mulieres nubant, quæ non seruant promissam castitatem. Verba eius hæc sunt, lib. i. Epist. ii. Si autem perseuerare nolunt, aut non possunt: melius est ut nubant, quam ut in ignem delicijs suis cadant. Mendacium hoc est Philippi. Cyprianus enim non loquuntur de ijs, 134. Mendacium Iesuitarum. que continentiam voverunt: sed de ijs, quæ adhuc deliberant, quid sint factura, & interim extra matrimonium impudicè viuunt.

## RESPONSIo.

Contrarium huic commento Iesuitico, ex eadem Epistola clarissimè doceri potest. Cyprianus enim immediatè præmittit: Quod si s. b. ex NB.  
I. IDE CHRISTO DIC AVERVNT, pudicè & castè sine vlla fabula perseuerent, ita fortes & stabiles præmium virginitatis expectent. Si autem perseuerare NOLVNT, vel NON POS- SVNT: MELIVS EST VT NVBANT, quam in ignem delicijs suis cadant. Proinde Erasmus Roterodamus ad marginem istorum verborum Cypriani annotauit: Etiam virginibus sacris permittit nubere. Non ergo Philippus, sed Iesuita Cypriano & veritati vim facientes, mentiuntur.

## IESVITÆ.

## XVII. Mendacium.

**I**N Articulo de Missa dicunt: Falso accusantur Ecclesiæ nostræ, Latin. 84. 85. quod Missam aboleant: retinetur enim Missa apud nos, & summa reverentia celebratur. Concordant, si possunt, huius Concordie auctores hæc sua verba, cum illis alijs verbis suis quæ habentur pag. 279. inter articulos Smalcaldicos: Curetur, ut publicè hominibus ostendatur, Missam ut rem commentitiam, seu humanum figuramentum, posse sine peccato omitti. Et pag. 280. Abroganda merito Missa est. Et pag. 281. Cæterum draconis cauda ista (Missam intelligo) peperit multiplices abominationes & idolatrias.

Lat. exempl. 135. Mendacium Iesuitarum, quod Confessio & Articulus Smalcald inter se de Missa discordant

## RESPONSIo.

Confessionem Augusti, cum verbis Lutheri in articulis Smalcaldicis non pugnare, suprà in Refutatione tertij mendacij falso nobis obiecti, ostensum est. Confessio namq; Augusti, intelligit eam Missam, quam D. Petrus secundum

Missa in nostris Ecclesijs ut abrogata, & non abrogata.

cundum institutionem Christi, Platina teste, celebravit: quamq; nos in nostris Ecclesijs, seruata eiusdem Saluatoris nostri ordinatione, celebramus. Est q; adhuc in Ecclesijs reformatis, vbi cereis ardentibus & ritibus antiquis vtuntur, vsu receptum, vt S. Cœna, qua sub vtraque specie dispensatur, Missa vulgo dicatur. De hac Confessioni August. sermo est. Lutherus autem cum Missam rejecit & damnat: Papisticam illam putat, quam Petrus & ceteri Apostoli omnes ignorarunt.

## I E S V I T R.

**Latin. 85.** Dicent fortasse: Pontificiam Missam, id est, oblationem corporis Domini pro viuis & mortuis à se abrogatam: Lutheranam autem, id est, Eucharistia distributionem retinere & summa reverentia celebrari. At non accusantur Ecclesia vestre, quod Eucharistia distributionem aboleant: sed quod sacrificium è medio tollant, quod omnibus seculis in Ecclesia fuit. Itaque si per Missam intelligitis cœnam Dominicam, mendacium est quod accusmini: si vero sacrificium, mendacium est quod falso accusmini.

**136. Mendacium Iesuitarum.**

## R E S P O N S I O.

**Platina de Missa S. Petri.**

Platina, scriptor Pontificius, in vita Sixti I. scribit: Petrum in celebrazione Missæ, duntaxat usum esse recitatione verborum Testamenti Christi, (quam Pontificij consecrationem nominare solent) Oratione Dominicæ & distributione Sacramenti. Et hanc actionem vocat Platina, Missam. Postea commemorat, vt singuli Pontifices assuerint aliquid, donec sacrificium Missæ, quo hodie vtuntur, consarcinarent.

**Missa S. Petri in nostris Ecclesijs celebratur.**

Hoc sacrificium Papisticum (quod Petro planè ignotum, nec semper in Ecclesia fuit) cum in nostris Ecclesijs tanquam humanum figuratum abrogatum sit, nosq; S. Petri missam retineamus, quæ extra controversiam sola verissima & perfectissima (vti à Christo ordinata & mandata) est: iterum eluet, Iesuitas hoc suo Cornuto mendacio, Confessionem Angustianam immerito grauare.

Licet enim obtendant: Ecclesias nostras non accusari, quod Eucharistia distributionem abrogarint: probè tamen sciunt, etiam Cœnam Dominicam in Ecclesijs reformatis Missam appellatam fuisse, & adhuc in locis quibusdam hoc nomine appellari. Recè ergo Confessio August. dicit, quod in Ecclesijs nostris Missa non sit abolita. Oblatio vero corporis & sanguinis Christi pro viuis & mortuis, (quæ nec à Christo, nec

Aposto-

*Apostolis instituta est : quamq[ue] seculis omnibus in Ecclesia fuisse , turpissime mentiuntur Iesuitæ : ) hec tanquam idololatrica , & in unicum sacrificium Christi contumeliosa & blasphema , nec non à Diabolo per homines superstitionis in Ecclesiam introducta , rursum abrogata & eliminata est.*

## IESVITÆ.

## XVIII. Mendacium.

*In eodem artic. Confess. August. de Missâ inquit: Accedit opinio, Latin. ss. quod Christus satisfecerit sua passione pro peccato Originis : & instituerit Missam , in qua fieret oblatio pro quotidiani delictis mortalibus & venialibus. Hinc manauit, quod Missa sit opus tollens peccata viuorum & mortuorum ex operato . Multa sunt in his paucis verbis, vel absurdâ, vel mendacia, vel pugnantia cum superioribus partibus huius libri.*

Abominanda sit doctrinæ pudet Papistas: quam tamen corrigerem nolant.  
137. Mendacium Iesuitarum.

## RESPONSI O.

*Nihil horum iniuriâ Pontificij attribui, sed rem ita verè se habere, non tantum ipsum opus in omnibus Ecclesijs Papisticis , & scripta Scholasticorum euincunt & comprobant: verum etiam Concilium Tridentinum hanc eandem abominationem in Confessione obiectam, Canone peculiari confirmant, qui ita habet: Si quis dixerit, Missa sacrificium tantum es- felaudis, & gratiarum actionis, aut nudam commemoratio- nem sacrificij in cruce peracti, NON AVTEM PROPITIA- TORIVM: vel soli prodesse lumenti: neque pro viuis & defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus, & alijs necessitatibus offerri debere: anathema sit.*

*Hoc Canone, quindecim Conclaves Michaelis Hellingi , suffraganei Moguntini, quas anno, &c. 48. Augusta in comitijs de Missâ habuit, condemnata sunt. Illarum autem (sicut quoque infelicis INTERIM) hoc institutum fuit, ut homines à vera S. Petri Missâ, hoc est, à legitimo S. Cœnam usq[ue] ad Missam Papisticam abducerentur: fraudulenter docentes, Missam nequam sacrificium esse propitiatorium pro culpa & pœnâ viuorum & mortuorum, sed tantum memorie, & gratiarum actionis opus, in quo passionis & mortis Christi recordatio, pro omnibus ordinibus precatio, & Deo pro omnibus beneficijs gratiarum actio peragatur. Hac Missa, vna cum*

Concil. Trident. Sess. 22. Cap. 3. de sacrificio Missæ propitiatorio.

Michaelis Hellingi suffraganei Mogunt. 15. Conclaves de sacrificio Missæ.

Fraus tempore INTERIM de Missa.

N.B.

Opinio multorum  
bonorum in Papatu  
de Missa.

A b o m i n a t i o M i s s æ  
P a p i s t i c æ .

Concilium Triden-  
t i o n i c u m  
P a p i s t i c æ M i s s æ  
n o n c o n f i r m a u i t .

omnibus ijs, qui magna devotione, & quidem hoc sine Missa inter sunt, ut  
passio Christi recordentur, pro ea Christo gratias agant, ac pro proprijs  
aliorumq[ue] necessitatibus ad Deum orient, in Concilio Tridentino damnata  
est. Hec enim non sufficere, sed insuper requiri dicunt Patres Concilij, ut  
homo credat, sacrificium tale opus perficere, per quod Deus placetur, pro-  
pter quod viuis peccata condonentur, & mortuis poena purgatoriū alleuen-  
tur, quodq[ue] per Missam omnia bona in terris consequamur, ac cuncta mala  
auertamus: que omnia coram Deo abominationis sunt, cum quod vnius sacri-  
ficii Christi est, hoc ipso peri Missæ transcribant. Hanc detestandam do-  
ctrinam, in Concilio Tridentino impudentius quam prius vñquam, &  
quidem sub anathematis poena, Ecclesijs obtrudere conatis sunt. Quomodo  
ergo non pudet eos conqueri, blasphemam istam opinionem sibi falso & im-  
merito attribui? sed audiamus, quid hic speciatim reprehendant.

## I E S V I T A .

Germ. 100.

Latin. 86.

138. Mendacium  
Iesuitarum.

P r i m u m e n i m , q u i s a n t h o c t e m p u s a u d i u i t , p e c c a t a m o r t a l i a v o c a r i  
d e l i c t a q u o d i d i a ?

## R E S P O N S I O .

S i tantum venialia, nec etiam mortalia peccata quotidie committuntur:  
libenter fatebimur, Confessionem Augst. errare. Deinde, nec ipsi Iesuitæ  
sacrificium Missæ ita extenuare audebunt, ac si pro leuibus & venialibus  
dunt axat delictis, nec etiam pro mortalibus celebraretur. Alioquin specta-  
tores ipsorum, (qui Missæ sacrificium omnibus peccatis mederi statuunt)  
exiguam consolationem ex illo percipient.

## I E S V I T A .

Germ. 161.

Latin. 86.

139. Mendacium Ie-  
suitarum.

Vtrum Papistæ do-  
cuerint, Christum  
tantum pro peccato  
Originali in cruce  
satisfecisse.

D einde, impudenti mendacio tribuitur Catholicis Doctoribus illa diui-  
sio, quod Christus passione sua satisficerit solum pro pecca-  
to Originis: pro actualibus autem instituerit Missam. Nemo  
enim Catholicorum vñquam sic docuit: sed credimus & profitemur, Christum  
in cruce pro omnibus omnino peccatis satisfecisse, tam originalibus,  
quam actualibus.

## R E S P O N S I O .

Thom. in opus de  
facr. altaris cap. 1.

A d h o c i p s i I e s u i t e r r e s p o n d e n t , d u m c o n f i t e r i c o g u n t u r , Thomam Scho-  
lasticorum Doctorum facile Principem scripsisse: Corpus Domini se-  
mel oblatum in cruce pro debito originali, iugiter offerri in  
altari

altari pro debitibus quotidianis. Non autem solus Thomas hoc scripsit, sed alij quoque cum ipso errorem istum docuerunt. In Compendio Theol. lib. 6. cap. 22. hac verba habentur: Duplex est naufragium, scilicet peccati Originalis, & actualis. Sed de primo liberamur per tabulam Baptismi, quæ virtutem & efficaciam accepit à tabula crucis Christi. De secundo autem liberamur per tabulam pœnitentia. Gerson de operatione Sacramenti altaris, in Compend. Theol. Cùm triplex sit culpa, scilicet Originalis: contra quam specialiter ordinatur Baptismus: & actualis, quæ duplex est, scil. mortal is, contra quam specialiter ordinatur pœnitentia: & venialis, contra quam ordinatur Eucharistia. Adeundem modum scribit etiam Bernhardinus de Busfis part. 1. Serm. 8. Habetis igitur Iesuitæ quatuor testes, quod sacrificium crucis per Baptismum peccatum Originale tollat: actualia vero suo mortalia sive venialia per Sacramentum pœnitentia & altaris tolli. Hanc doctrinam misera plebecula in Patria traditam fuisse, nemo Pontificiorum, prater effrontes Iesuitas, negare audet.

## I E S V I T A.

At S. Thomas non dicit, in cruce pro solo debito Originali oblatum Christi corpus, immo etiam pro actualibus oblatum docet, 3. p. q. 1. art. 4. & 9. 49. art. 1. ad 4. Id ergo in eo opusculo sibi voluit S. Thomas: quia peccatum Originale semel dimissum nunquam repetitur, ideo ad illud expiandum non esse necessaria quotidiana sacrificia, sed sufficere sacrificium crucis semel peractum, & semel per Baptismum applicatum: At pro peccatis actualibus, quæ sepius committuntur, instituta esse prater Baptismum quotidiana remedia, in quibus sacrificium altaris merito numeratur.

Germ. 102.  
Latin. 88.

## R E S P O N S I O.

Quo magis hi Iesuitæ in causa mala se purgare & defendere student, ed magis seipso accusant & implicant. Verba enim Thomæ perspicua sunt: & si hac (quam volunt Iesuitæ) mens & sententia ipsius fuisset, nullo negocio peccato Originali, quotidiana, addere potuisset. At probè intellexit Thomas, quod Missa sacrificio omnem vim & opinionem meriti derogaturus esset, si doceret, non tantum Originale, sed etiam actualia peccata omnia uno sacrificio Christi in cruce peracto, expiata esse. Et hoc, Concilium Tridentinum nunquam admittet: contendens, sacrificium Mis-

ſe propitiatorium esse pro peccatis : pro quibus videlicet sacrificium crucis Christi Deum Patrem nondum placauit. Si verò sacrificium Christi, tam est propitiatio pro quotidiani, actualibus mortalibus & venialibus peccatis, quam pro Originali : sacrificium certè Missa Papisticum, nullo modo propitiatorium pro vlo peccato esse poterit. Hic vos Iesuitæ cum omnibus vestris Collegijs (que intra paucos annos ad idolum Missa ruinorum suffulciendum & sustentandum excitastis) coniungite vires, si forte quid vel in speciem respondere queatis.

Adhuc, si causa ista valere debet, quod Missa sacrificium pro delictis quotidianis peragatur, quia saepius repeatantur & committantur: certè pro Originali peccato præcipue celebranda erat Missa, cum sit principale peccatum quod in nobis vivit, seq̄ per actualia peccata, quorum fons & origo est, quotidie exerit. Idcirco David non actualia tantum, sed etiam originale peccatum confitetur, licet ipsi iam dudum in circumcisione remissum esset.

Quisque igitur secum perpendere velit, quomodo enunciationes istæ Iesuitarum inter se conueniant, quod Christus in cruce pro omnibus peccatis satisfecerit: & nihilominus pro Concilio Tridentino pugnant, sacrificium Missæ esse propitiatorium pro delictis quotidianis? Si enim sacrificium crucis, est satisfactio pro omnibus totius Mundi peccatis: Sacrificium Missæ pro nullo peccato ne minimo quidem satisfacere potest. Si autem sacrificium Missæ propitiatio est pro delictis quotidianis: Christus pro omnibus peccatis nequaquam satisfecit. Hac ut concordare faciant Iesuitæ, impossibile est.

## I E S V I T A .

Germ. 103.

Latin. 87.

An passio Christi hominibus per Missa sacrificium applicetur.  
140. Mendacium Iesuitarum.

Quia tamen meritum passionis Christi non prodest, nisi certa aliquæ ratione applicetur, &c. NEQUE VERO SOLA FIDE APPLICARI POTES T, &c. propterea docet Ecclesia Catholica, ad peccata expianda, sive ad meritum passionis Christi hominibus applicandum, instituta esse varia Sacra menta, & ipsum etiam corporis Domini sacrificium: quæ omnia ex OPERE OPERATO utilia sint, & ad peccatorum purgationem conducant, licet non aequaliter, nec eodem modo.

## R E S P O N S I O .

Hinc apparet, Saranam ita dementasse Iesuitas, ut quid loquantur aut scribant, non intelligant. Quod enim dicunt, propitiationem sanguinem Christi

*Christi factam, sola fide non posse applicari: an hoc non est doctrina Christi? Passio Christi per fidem nobis applicatur.*  
*& Apostolorum aperte contradicere? Ioannes inquit: Potestatem de-  
 dit filios Dei fieri his, qui credunt in nomen ipsius. Et Chri-  
 stus: Qui credit in eum, non condemnatur. Petrus Act. 10. Huic  
 omnes Prophetae testimonium ferunt, quod remissionem  
 peccatorum accepturus sit per nomen eius, quisquis credide-  
 rit in eum.*

*Deinde afferunt, hanc propitiationem Christi, per Sacramentum Ba-  
 ptismi & cœnae Dominica ex opere operato ad purgationem peccatorum  
 conductere, ita ut motus cordis, neque in dante, neque in accipiente requi-  
 ratur. Qui enim requiri hunc doceat: eum Donatistarum heresin, qua-  
 8. articulo Confessionis Auguft. nominatim damnata sit, renouare. Num  
 vero hæc doctrina manifesta veritati non aduersatur?*

## I E S V I T A.

*Augustana Confessio cum afferit: Verbum & Sacraenta utilia &  
 efficacia esse ex institutione Dei, siue per bonos, siue per ma-  
 los ministros exhibeantur: hoc ipsum est, quod Theologi nostri per  
 opus operatum intelligent, & ab opere operantis distinguunt.*

## R E S P O N S I O.

*Hoc est (quod proverbio dicitur) de allijs loquenti, respondere de capis. Substantiam & vir-  
 tutem Sacraenti non confundere in  
 Nam Confessio Auguft. loquitur de dispensatione, substantia, ac virtute  
 Sacramentorum, quod hæc à Ministri dignitate, vel indignitate non de-  
 pendeant, sed à sola Filij Dei institutione: cui ut fides hominis nihil addit,  
 ita nec incredulitas detrahit quicquam. Christus enim sua gratia, secun-  
 dum promissionem illis adest, siue homo credat, siue non.*

*Quod autem profanus & impurus sacrificulus Sacramentum suo ore  
 pro omnibus accipiat, ac si ipse commune os totius corporis mystici esset, at-  
 que sic virtutem corporis & sanguinis Christi in omnes eos deriuet, eisq;  
 omnibus gratiam consequatur, qui Missam ipsius spectant, quiq; presenti  
 pecunia aut annuis censibus eam conducerunt: hoc iesuita nulla ratione  
 Scriptura probare poterunt. Primum enim, nemo pro alio Sacramentum  
 altaris accipere, quemadmodum nec quisquam pro alio ad sustentationem  
 corporis, edere aut bibere potest. Deinde, Christus non mandauit Petro,*

*Nullus pro alio Sa-  
 cramentum acci-  
 pere potest.*

*ut ipse vnius pro omnibus Cœnam sumeret: sed omnibus dixit: Accipite, edite, accipite, bibite ex eo omnes, &c.*

*Ad hæc: opus operatum, hoc est, extera dispensatio, & oralis sumptio Sacramenti, ad gratiam in Sacramento oblatam, consequendam, sola non sufficit: sed fides necessariò requiritur, non quod Sacramentum efficiat, & sine ea substantia Sacramenti non constat: sed ne homo Sacramentum ad iudicium, verum ad salutem, accipiat, hoc est, salutaris fructus, qui gratia Dei est, particeps fiat. Quod per SOLA M fidem nobis contingit.*

*Multò vero minus Christus sacrificium altaris propitiatorum (de quo Iesuita hic nugantur) ordinavit & instituit, vt corpus & sanguis suus pro peccati viuorum & mortuorum offerantur. Sicut enim S. Cena viuis, & non mortuis, instituta est: ita quoque ad recordationem sacrificij crucis ordinata est, vt in ea corpus Christi edamus, & sanguinem illius bibamus, atque mortem Domini, donec veniat, annunciemus.*

*Quid Patres per vocem sacrificij intellexerint.*

*Præterea, Patres Orthodoxi, vocem, sacrificij, non usurparunt nisi pro actione & opere sacro: vbi in primitiva Ecclesia ante Sacramenti distributionem, vinum, panem, fruges, aliaq. dona in unum conferebant, que postea a nomine totius Ecclesie per Sacerdotem peculiari precatione Deo oblata fuere, vt ea propitio vultu respicere & accepta habere vellet, sicut munera & sacrificia Abelis, Melchisedech, & aliorum: quemadmodum illæ precationes adhuc in Canone Missa Papistica extant, nec sine blasphemia ad corpus & sanguinem Christi referuntur. Hec dona post egenitibus distributionem, partem vero panis & vini ad usum Cena Dominicæ, quantum opus erat, destinarunt, ijsq; sacrificium crucis Christi celebrantes, mortem Domini annunciarunt, predicarunt, Deoq; gratias pro illa egerunt: quemadmodum in Dionysio, Ireneo, Tertulliano, Cypriano, Chrysostomo, præsertim vero Augustino videtur licet. Hic enim testatur, sacrificium istud non Deo Patri, & Spiritui S. solùm, sed etiam Christo oblatum esse: atque sacrosancta oblatione & participatione corporis & sanguinis Christi, gratiarum actionis & commemorationis Sacramentum celebratum fuisse.*

*Augustin. de fide ad Petrum, cap. 19. contra Faustum lib. 20. cap. 18. 21. Sacrificium apud Augustinum pro dispensatione corporis Christi, accipitur.*

*Porro, illi ipsi Patres testantur, hoc altaris sacrificium, non vnius Sacerdotis opus priuatum fuisse: nec etiam in lingua peregrina, quam auditores non intelligenter, peractum: sed semper in tali conuentu, unam dunt taxat Missam, eog; modo celebratam esse, vt omnes & singuli singula perciperent, quæ legi, cantari, & à Deo rogari solebant: sicut in liturgia Basili & Chrysostomi perspicitur. Horum autem nihil in Missa Papistica fit.*

*Et qui-*

*Precatio Canonis Missæ.*

*Quid sit celebrare.*

*Et quidem in Concilio Trid. singulariter cauerūt, ne Missa in lingua vulgo nota perageretur. Quapropter dubium non est, si Patres isti ex mortuis redeuntes abominationem Missæ Papisticae viderent, quod absque communione sive dispensatione lingua peregrina celebretur, quin ei communis sententia anathema dicturi essent.*

*Per hanc denique homines, pro quibus celebratur, adeo non reconciliantur Deo, (sicut falso Iesuitæ commentantur) ut sacrificuli grauius Deum offendere non possent, quam quod per Missæ sacrificium Ipsi quo idie pro peccatis viuorum & mortuorum satisfacere presumunt.*

*Satis ergo euidenter, contra istud quoque mendacium, à Iesuitis obiectum, demonstratum est, Augustanam Confessionem nec in hoc articulo de Missa, Ecclesiæ Pontificie quicquam falso assingere.*

## I E S V I T A.

## XIX. Mendacium.

**I**N eodem articulo de Missa, pag. 28. veteres, inquiunt, ante Gregorium, non faciunt mentio nem priuata Missæ.

*Quodidem repetitur in Apol. pag. 225. Si per Missam priuatam intelligatur Missa, quo priuato nomine fiat, sive ab uno tantum fiat, & vni soli proposit: mendacium est, quod post Gregorium eiusmodi Missa in Ecclesia esse sperint. Nulla est enim, nec unquam fuit in Ecclesia Missa priuata: sed omnis Missa publica est, cum omnis Missa fiat a Sacerdote ut publicus minister est, & pro communi & publica utilitate totius Ecclesie. Sive vero per Missam priuatam intelligent eam, que non fit in loco publico, vel ad quam non conuenit populi multitudo, vel in qua non distribuitur populo Sacramentum: falso est apud veteres non extare memoriam eiusmodi missarum, ante tempora Gregorij. Augustinus certè ducentis ferè annis Gregorium antecessit, & tamen lib. 22. de ciuit. Dei, cap. 8. scribit: Viri tribunitium Hesperium nomine, cum domum suam spirituum malignorum vim noxiā perpeti comperisset, rogasse presbyteros, ut aliquis eorum illō pergeret, cuius orationibus cederent. Perrexisse vnum, obtulisse ibi sacrificium corporis Christi, orasse quantum potuerit ut cessaret illa vexatio, Deoque protinus miserante cessasse.*

*Habes hic Missam in loco priuato, ab uno celebratam, sine distributione Eucha-*

Latin 89. 90.  
An Missa priuata in  
veteri Ecclesia cele-  
brata sint.

Eucharistie populo facta, & tamen vitem & Deo gratam, ut miraculum subsequens declarauit.

## RESPONSI O.

142. Mendacium  
Iesuitar. refutatur.  
Quid sint Missæ pri-  
uate.

Hoc loco simulant Iesuitæ se nescire, quid Confessio August. per Missam priuatam intelligat. At impostores malitiosi non ignorant, Missam priuatam dici, cum solus Sacerdos Sacramentum sumit, & pro peccatis viuorum & mortuorum, corpus & sanguinem Christi offerre presumit. Quod Deus velut rem abominandam detestatur.

Christus enim non ordinavit, vt unus pro multis, vel paucis edat: illisq; persuadeat, hoc idem esse, ac si quisque ore proprio comedisset & bibisset. Quæ actio priuata apud Patres Orthodoxos non fuit: quorum tempore Ecclesia una cum Sacerdotibus communicabat, memoriam sacrificij crucis recolebat, eoque suam fidem confirmans seq; erigens, Deo pro acceptis beneficiis gratias agebat. Hoc modo sacrificium in Ecclesia primitiva celebrabant.

Exempl. Hesperij.

Cœna Dominica in  
domo Hesperij ad-  
ministrata.

Germ. 105.  
143. Mendacium  
Iesuitar. refutatum.  
In Ecclesia primitiva,  
non singulis die-  
bus Missa celebrata.

Histor. tripl. lib. 9.  
cap. 28.

N.B.

Deinde exemplum Hesperij, & Sacerdotis in loco priuato offerentis, nihil contra nos probat. Quod enim Augustinus, per sacrificium corporis Christi, ipsam celebrationem S. Cœne intelligat, paulò ante ostendimus.

Proinde dubium non est, quin Sacerdos iste in domo Hesperij, Sacramentum Cœna Dominicæ, hoc est, corpus & sanguinem Christi dispensavit, (quod Augustinus per sacrificium corporis Christi exprimere voluit) adeoque Deum oravit, vt malignos istos spiritus inhibeat, & loco illo pellat: quod & factum est.

Mentiuntur ergo Iesuitæ, qui diuersum comminisci audent. Præterea, neutiquam à vero alienum est, quod Confessio August. dicit: Olim in Ecclesijs frequentissimis, non quotidie factam esse Missam, sed die Dominicæ: & quidem vnam tantum celebraram esse. Idq; ex historia Ecclesiastica, loco annotato probatur, vbi sic legimus: In Alexandria, quartâ & sextâ feria, Scripturæ leguntur, easque oblationis morem.

Quod verò ex Chrysostomo assertur: Sacerdotem quotidie stare ad altare, & alios ad communionem accersere, alios arcere: nequaquam aduersatur ei, quod modò ex historia Eccles. bona fide adduximus. Ideoque nec eius causa Confessio August. mendacijs arguenda erat.

Non

Non enim ubique eadem celebrandi consuetudo obseruata fuit: sicut ibidem Socrates testatur. Et hodie in nostris Ecclesijs repurgatio, Cenam Domini in uno loco sapientius & frequentius, quam in alio administratur. Nec enim vel Christus, vel Apostoli certum tempus defnierunt, quando & quoties hoc Sacramentum celebrandum sit: sed istud libertati Ecclesie permisunt. Quare & hoc mendacijs Iesuitarum annumerari debet, quo prater cetera Augustana Confessione graues esse voluerunt.

## I E S V I T A E.

S. Apostolus Andreas Regi Aegae, qui ipsum ad cultum idolorum co- Gern. 105.  
gerenitebatur, dixit: se quotidie Domino suo Iesu Christo immaculatum  
sacrificium super altari offerre. Ut autem inter Gentes quotidie communi-  
cantes se offerrent, verisimile non est.

## R E S P O N S I O.

Hoc loco Iesuitæ suo gladio sese iugulant. Si enim S. Andreas Domino 144 Mendacium Iesu  
suo Christo purum & sanctum sacrificium obtulit: certè ipsum Christum  
more Papistico non obtulit. Nisi forte secundum blasphemam doctrinam  
Iesuitarum (de qua prius in secunda parte huius scripti egimus) duo sint  
Christi, unus homo, qui se ipsum obtulerit, alter Deus, cui oblatio facta sit,  
atque ita Apostolus Andreas, Christum hominem, Christo Deo obtulerit:  
quod absurdum, & propè ridiculum auditu est. Quale autem istud quoti-  
dianum & immaculatum sacrificium fuerit, quod Apostoli Christo obtu-  
lerunt, docet Hieronymus in explicatione verborum Prophetæ Malachia,  
ex quibus Pontificij sacrificium Missæ cuicunque conantur. Verba Prophetæ  
sunt: Ab ortu solis, usque ad occasum offertur nomini meo  
oblatio munda. De his ita scribit Hieronymus: Nequaquam tau-  
rorum, hircorumque sanguinem, sed thymiam, hoc est,  
SANCTORVM ORATIONES Domino offerendas.  
Propter has Orationes, inter reliquias etiam causas, Sacramentum altaris,  
sacrificium à veteribus dictum fuit. Si autem Hieronymus statuisse, per  
vocabulum oblationis, sacrificium Missæ Papisticum intelligi: nequaquam de  
orationibus Sanctorum illam interpretatus fuisset. Et hac de illo men-  
dacio Iesuitarum.

Mendacium Iesu  
suitarum  
Apostolus Andreas  
non Christum  
Christo obtulit.

Locus Malach 1.  
explicatus, contra  
sacrificium Missæ.

## I E S V I T A E.

## XX. Mendacium.

PAG. 29. in articulo de Confessione, inquiunt: Antea immodicè Latin. 91.

S extolle-

extollebantur satisfactiones: fidei verò & meriti Christi, ac iusticiæ fidei, nulla siebat mentio. Hoc mendacium refellunt omnes libri Catholicorum: in quibus & fides pasim predicitur, & virtus Sacramentorum, & ipsarum etiam satisfactionum ad meritum Christi referuntur.

## RESPONSI O.

**145.** Mendacium refellitur.

**Quod** in hac quoque parte Confessio August. falso mendacij accusetur, supra in refutatione mendacij quarti evidenter & prolixè demonstrauimus. Confessio enim nostra de talis fide loquitur, qua peccator penitens certò statuere debet, sibi peccata propter solam obedientiam passionis & mortis Christi per fidem condonari. De hac fide, quam Prophetæ & Apostoli tradidunt, non tantum nihil docuerunt Pontificij Doctores, sed eam quoque tanquam hereticam & superbam presumptionem in Concilio Tridentino retecerunt & damnarunt, sicut antè loco dicto planum fecimus.

Vera absolutio Papæ ignorata.

Absolutio Papistica.

Pari modo seres habet in articulo de absolutione: per quam fides ista, & fiducia in Christum confirmari debet. At in Papatu, qui peccata sua confessi, solius Christi merito confidebant, absoluti non sunt, nisi etiam merito Sanctorum, presertim Diue virginis confiderent: & de operibus communitatis, (vt peregrinationibus, rosarijs, & similibus) ita edocendi fuerunt, ac si peccatorum actualium partem per illa expiare possent. Quod licet adhuc istud negare, eiusq; causa Confessionem nostram mendacij arguere non verentur.

## IESVITÆ.

**Germ.** 103.

**Latin.** 91.

**Thom.** 3. p. q. 62.  
art. 5.

**NB.**

**Nunc** unus locus S. Thomæ sufficiet. Christus, inquit S. Thomas, liberavit nos à peccatis nostris, P R A E C I P V E persuam passionem, non solum efficienter, & meritorie, sed etiam satisfactorie. Similiter etiam per suam passionem initiauit ritum Christianæ religionis, offerens seipsum oblationem & hostiam Deo, vt dicitur ad Ephes. 5. Vnde manifestum est, quod Sacraenta Ecclesiæ specialiter habent virtutem ex passione Christi, &c. Menstruit ergo qui dicit, ante hanc temporanulam factam esse in Ecclesia fidei & meriti Christi mentionem.

## RESPONSI O.

**S.** Scriptura nusquam docet, quod Christus P R A E C I P V E, sed quod ipse

*ipse SOLVS per suam passionem ab OMNIBVS peccatis nos liberabit, Christus unico sacrificio crucis omnina peccata expiatuit.*

Deinde, Sacramentum altaris virtutem & efficacitatem suam ex Christi passione habet. Hec homini fidelis per sumptionem propriam applicatur: nec quicquam sacrificium Missa ad id conductit, cum applicatio meriti Christi per eam non fiat. Nullus enim pro alio Sacramentum accipere, multo minus Christum offerre potest. Nam semel seipsum pro originali & actualibus & sic pro omnibus peccatis obtulit.

Quare & huius pronunciati veritas consistit: quod Doctores Pontificij vera salutifica fidei & perfecti meriti Christi nullam mentionem fecerint, sed homines ad opera & merita Sanctorum remiserint, ac si in illis redemptio & salus nostra consisteret.

Quomodo per Sacramentum altaris, homini fidelis passio Christi applicetur.

## IESVITAE.

*Etsi Catholici tantum de fide non clamitent, quantum Lutherani: nemmo tamen id animo iniquo accipere debet, quandoquidem illus negotium non sit cum ethnici & infidelibus, sed cum eiusmodi auditoribus, qui iam ante baptismi & fideles sunt: cum quibus multum de fide disputatione opus non est.*

Germ. 106.

NB.

NB.

## RESPONSI.

Ridiculum, vel potius serio deplorandum est, quod hoc loco Iesuita & impudenter & impie cause sua pessima pretendunt, cur antehac (vt etiam nunc) parum de fide in Papatu docuerint: nimurum, quod opus non fuerit apud fideles multum de fide declamare. Ex quo liquet, homines istos aliam fidem non agnoscere, quam qualem scortatores, adulteri, raptore, Sodomites (secundum Concilij Tridentini enunciatum) habent & retinent, etsi in his detestandis facinoribus perseverent. Hi quidem, secundum Iesuitarum & Concilij Tridentini doctrinam, iustificationis gratiam amittunt, sed fidem amittere non possunt.

Paulus vero longe aliam fidem predicit, cum ad Corinthios scribit: 2. Cor. 13. Vos ipsos tentate, NVM SIT IS IN FIDE, vos ipsos Vera Christi auorum probate. An non cognoscitis vosmetipsos, quod Iesus Christus in vobis est? nisi sicuti reprobi estis. His verbis declarat Apostolus, quid vera fides sit, nempe, per quam Christus in fidelibus habitat:

S 2                    quod

Quam contemptim  
leciuit de fide lo-  
quantur.

Vera Christi auorum  
fides, res magna &  
eximia.

quod in sceleratis & flagitiosis istis non sit, qui fidem nullo modo retinent, sed eam excutunt, & Satane domicilium sunt.

Multiplex tentatio  
fidei.

Præterea, nihil in homine Christiano est, quod grauius ipsa fide tentetur, quodq[ue] plures maioresq[ue] impetus sustinere cogatur. Hac cùm extinguitur, ipsa quoque caritas refugescit: nec Christus, sed Diabolus in corde incredulo dominium obtinet.

Quomodo fides  
conscientia.

Hanc fidem ut conseruemus, necesse est, vt dies noctesq[ue] verbum Dei meditemur, Sacramentis crebrè vtamur, & sedulò precemur: Domine, adauge nobis fidem. Ceterum ex illo Iesuitarum profano sermone, facile diuinare licet, qualis & quant a ipsorum fides sit: cùm minimè necessarium putent, vt inter fideles de fide salutifica multum differatur: non considerantes, nulla re magis Christiano, quam firma fide opus esse. Sed hac de illo mendacio dixisse sufficiat.

## IESVITÆ.

## XXI. Mendacium.

Germ. 106.  
Latin. 92.

Pag. 34. in articulo de votis Monasticis inquiunt: Augustini tempore, Monasteria erant libera Collegia: postea corruptâ disciplina, vbique addita sunt vota, vt tanquam excogitato careere disciplina restitueretur. Mendacium est hoc sanè dignissimum, cui non solum octo millia Lutheranorum subscriberent: sed etiam tot illustres ciuitates, totq[ue] ILLVSTRISSIMI PRINCIPES suffragium suum adiungerent.

## RESPONSI O.

Contumeliosa alle-  
gatio Electorum,  
Principum & Ordin-  
um August. Con-  
fessionis.

Denuò hic non concionatores tantum, sed etiam Electores, Principes, & Ordines August. Confessionis, quotquot Concordia libro subscriperunt, contumeliosè citantur, ac si pudendum & apertum mendacium suo suffragio confirmassent.

Antequam verò hanc iniuriosam contumeliam ab illis depellamus, prius Iesuitarum probationem audiemus.

## IESVITÆ.

Latin. 92.

Quid enim? an non vixit Augustinus tempore Augustini? Is igitur scribens Psalm. 75. ita loquitur est: Nemo positus in Monasterio frater dicat: Recedo de Monasterio: neque enim soli, qui sunt in Mona-

Monasterio, peruenturi sunt ad regnum cœlorum: & illi, qui ibi non sunt, ad Deum non pertinent. Respondetur ei: sed illi non voverunt, tu V O V I S T I. Et in Psalm. 99. de Monachis Apo-statis loquens: Dum non perseuerauerit, inquit, implere quod vovit: sit desertor tam sancti propositi, & reus voti nō reddit.

## R E S P O N S I O.

Hic Confessio Augusti. falsò mendacij accusatur. Quod enim Augustini 146. Mendacium tempore, Monasteriorum Collegia eiusmodi servituti subiecta non fuerint, refellitur. sicut hodie Papistica: (in quibus & anima & corpore perire cogantur, qui riorum tempore semel se ipsis addicent:) ex eodem loco apparet, ex quo Iesuitæ suam falfam Augustini probationem desumunt. Ibi enim Augustinus verbis haud obscuris testatur, veteres eodem loco habuisse virgines, qua in Monasterijs viuebant, & quæ similiter virginitati vitæq; Ecclesiastice se consecrantes in adib; priuatis cum parentibus aut inter vulgos habitabant: quas omnes, Deo dicatas, dicebant. De his scribit Augustinus in enarrat. Psalmi 99. Multæ non stant in domibus suis, circumeunt domos alienas, curiosæ agentes, loquentes quæ non oportet, superbæ, linguatæ, ebriosæ. Et si sunt virgines, quid prodest integræ caro, mente corrupta? Melius est humile coniugiū, quam superba virginitas. Si enim nuberet, non haberet nomen vnde extolleretur, & haberet frenum quo regeretur.

Augustinus enim & reliqui Patres, non simpliciter propter abstinen-tiam à consuetudine coniugali, sed propter rerum cœlestium & diuina-rum assiduam meditationem, ac pietatis quotidiana exhortationem, quibus castitatem profesi dediti esse debebant, tantopere virginitatem commendarunt. Absque horum respectu, monasticam & cœlibem vitam non tantum non prædicarunt, sed etiam vituperarunt. Sicut in eadem enarrat. Psalm. 99. videlicet, vbi Augustinus scribit: Tu deseris res humanas, & segregas te, ut nemo te videat. C VI PRODE-RIS? Tu ad hoc peruenies, si nullus tibi profuisset?

Idem Augustin. in lib. de bono viduitatis cap. 10. & 11. testatur: Non posse se illorum opinionem probare, qui putent lapsarum à fiducia proposito foeminarū si nuperint, adulteria, non consanctio, esse: per quam opinionem minus consideratam fiat, vt à maritis separantur vxores, quasi adulteræ sint, non vxores.

NB.

Cur Augustinus &  
alii Patres virginita-  
tem tantopere ex-  
tulerint.

Cum igitur Augustini tempore, & ab ipso quoque Augustino, coniugis ista pro veris & legitimis, & virgines post votum nubentes, non pro adulterii habita, nec etiam à mariti separata sint, licet lapsus à sancto proposito peiori esse senserit Augustinus adulterio: manifestè elucet eius dicti veritas, quod in Confessione Augst. extat: Monasteria Augustini tempore, modo quo diximus libera, nec ita mancipata Collegia fuisse.

Tyrannis Monasteriorum Papistico-rum in virginitatem profectos.

Hac libertas hodie in Papatu non est: sed quando virgo semel virginalem castitatem Deo voverit, in illo vita genere persistere cogitur, nec parentes nec cognati à voto continentali liberare illam possunt: sed contra voluntatem perseverare, adeoq; anima & corpore perire cogitur. Quod est diabolicam tyrannidem in animam & corpus virginitatem temerè vountum exercere.

Si vero libertate, qualis tempore Augustini fuit (qui talium matrimonium pro adulterio non habuit, nec illud dirimi voluit, sed peccatum levissimum, quod temerè vouissent, nec promissum seruarent, culpauit) frui possent, recta repugnis, muris, & pœna severiore prohiberentur: non multas virginem in isto vita genere cum salutis periculo perseveraturae essent, plerique mortalium natu sint, ab eo autem voti, ut putant, necessitate repellantur: sit ut non vulgari duntaxat immundicie & scortatione se polluant, sed etiam horrenda & nefanda flagitia committant, que Paulus in Epistola ad Romanos commemorat. Atque hic est abominandus fructus doctrinae demoniorum, cum virgunculis adhuc per etatem ignorantibus, a parentibus aut alijs, blandis & fallacibus verbis persuadetur. De quo Augustinus Psalm. 75. serio monet, scribens: Quisque Q V O D P O T E S T voueat, & reddat, &c. Quid debemus souere? credere in illum, sperare ab illo vitam æternam, bene vivere secundum communem modum.

Quod autem Augustinus alij, Patres tantopere improbarunt & reprehenderunt, si qui post votum se libidinibus polluentes, scelus istud honesto coniugij nomine obtegere voluerunt, à quo, si illis scortari licuisset, haud grauatum absoluissent: libertati contrahendi matrimonium nihil derogat, sed tantum leuis as vountum & scortatio illorum damnatur, cui post votum virginitatis in vita monastica, vbi sancti & casti videri volebant, ope-

August. Psalm. 75.  
Quid Deo absque  
periculo voueri pos-  
sit & debeat.

Rom. 1.

ram dederunt. Quorum certè levitas reprehenſione dignissima fuit, quod Deo virginitatem perpetuam voverunt, cum adhuc ignorarent, an votum istud seruare poffent, quodq; iam Deo dicati, & virginitatem profefi, eiusmodi turpitudini se tradidiffent. Cum autem cauſa huius mali principali indagatur: eos ipſos in culpa eſſe deprehendit, qui vel maximè de illo conqueſti ſunt, nempe, Epifcopos & Patres, qui multis nominibus virginitatem coniugio preterulerunt: cum ex Paulo ignorare non debuiffent, in Gal. 3. Chriſto nec ſeruum, nec liberum, nec maſculum, nec fœminam, nec virginem, nec vxorem, ſed omnes pariter vnam ſponsam Iefu Chriſti eſſe. Sicut legitimus 2. Corinth. ii. Despondivos vni viro, ut VIRGINEM castam exhiberem Chriſto.

Quemadmodum enim nullum vitæ genus p̄ alio, hominem conciliat, & acceptum reddit Deo, ſed Deum timens, acceptus eſt illi, cuiuscunq; conditionis homo ſit: ita quoque nemo per votum virginitatis, ſed per fidem tantum Chriſto Domino deſponsatur. Ad hec, cogitandum illis fuerat, Apostolum Paulum, vbi de virginitate prolixè verba facit, voti ne vno quidem verbo meminiffe: ſed potius ab illo dehortari, dum non vult vlli laqueum injici. Ita quoque ipſi, cuiusque arbitrio & proposito, ſine voti intercedentis laqueo, libertatem contrahendi ſi vellent, permittere debuifent; quandoquidem eiusmodi personis, nemo hominum coniugium interdicere, aut ab eo impedire illas poterat.

Quoniā igitur Augustini tempore, caſtimonialib⁹ libertas nubendi, eorū rigore quo hodie, adempta non fuit: & ipſe Auguſtinus earum connubium pro legiimo coniugio agnouit, nec talem à marito separari voluit: viderint leſuitæ, qua fide & modeſtia illuſtriſimos Electores, Principes, & reliquos Confeſſionis Auguſt. Ordines, iuxta illorum concionatores, tanquam mendaces ſcurrili & impudenti levitate proclament, ac ſi apertum Deo iuſto iudiciorum reddituri ſunt.

Vicim autem Principibus illorum (qui ab hiſ impostoribus & ſyphantis luduntur & decipiuntur) ad animū reuocamus, ut diligenter cogitare velint, qua ratione in extremo iudicio corā tribunali Chriſti, tot mille clandestinas cedes, nō tantum corporū, (vbi fætus in utero perduntur) ſed potius animarū, excufaturi ſint, quid ipsorum permifſu infantes adhuc innocentes in monaſteria contruduntur: & poſtea decimū quartum ac decimum quintū annum agentes tale vitæ genus ſuſcipere perſuadentur, aut etiam

Leuitas & temeritas  
vouentium repre-  
hensione digna.

Gal. 3.

Ator. 10.

Paulus voti virginitatis non meminit, ſed potius ab illo dehortatur.

etiam inuiti coguntur, ut post aliquot annos, rbi dono continentia se care re sentiunt, open parentum & cognatorum implorantes, ex carcere isto libidinum liberari petant, at nihil impetrare possint: sed contra voluntatem detineantur, aut etiam in alia monasteria detracti ibi excrucientur, ut planè desperent, sepe etiam sibi manus inferant. Quorum malorum omnium culpam illi sustinent, qui suo tyrranno imperio, contra verbum Dei & doctrinam Augustini ac Cypriani iudicio adhuc carentes ad votum virginitatis adigunt, eosq; à coniugio arcentes, & anima, & corpore perdunt.

## IESVITÆ.

Germ. 107.

Latin. 93.  
Chrysostomus contra nuptias Monachorum.

Augustino consentit Chrysostomus, qui etate Augustini ita vixit, ut etiam ante Augustinum mortuus sit, in Epist. 6. quæ est ad Theodorum, qui deserto Monasterio vxorem ducere voluerat: Honorabiles, inquit, nuptiæ, sed te iam seruare non conuenit priuilegia nuptiarum: quamuis frequenter hoc ipsum nuptias voces, egotamen adulterio i lud peius existimo. At cur, obsecro, nuptia Monachorum adulterijs sunt peores, si nullis votis tenentur?

## RESPONSIO.

Chrysostomus hoc loco nec S. Scriptura, nec Augustino consentit. Augustinus enim (vt ostensum) reprehendit eos, qui nuptias post votum contrahentium, adulteria dixerunt.

Deinde, nullum Scripturæ testimonium profert Chrysostomus, cari talibus priuilegia nuptiarum non conueniant. Sicut nec lesuitæ nullum monstrare possunt.

Quapropter multo tutius & consultius est, Cyprianum, Augustino & Chrysostomo seniorem sequi, qui etiam post votum virginibus sacris nuptias permisit, si perseverare nolint, aut NON POSSINT. Connubium enim ipsarum Deo multo gratius futurum, quam inuita & coatta virginitas in ardore occultæ libidinis, quam tales sub nomine & specie virginitatis exercere solent.

## IESVITÆ.

Hieronymus.

S. Hieronymus, & ipse Augustino senior, in Epist. ad Sabinum: Moris est, inquit, in Aegypti & Syriæ Monasterijs, ut tam virgo, quam vidua, quæ se Deo voverint, & seculo renunciantes, omnes

Omnes delitias seculi conculcārint, crinem Monasteriorum, matribus offerant defecandum.

## RESPONSIΟ.

*E contrario Apostolus Paulus Timotheo suo præcipit: Vidua deliga-* 1. Timoth. 5.  
*tur non minus annis sexaginta. Iuniores verò viduas deuita-*  
*Cùm enim lasciuire coeperint aduersus Christum, nubere vo-*  
*lunt, &c. Volo igitur iuniores nubere, liberos gignere, do-*  
*mum administrare.*

*Hic quæritur: An Paulum, vel morem Syrorum & Aegyptiorum sequi,*  
*magis conueniat? Et quidem Paulus nec omnibus sexagenarijs fidere, easq;*  
*sine discrimine ad Ecclesia ministeria admittere vult, cùm etiam nonnun-*  
*quam vetulae, non minus iuenculis, salaces & lasciuæ sint. Iuniores autem*  
*viduas ab Ecclesia munij prorsus excludit: quas votis (vt virgines quoque)*  
*obligari & obstringi noluit. Nec etiam vult Apostolus, vt sibi ipsa hunc la-*  
*queum diaboli induant, ve eo se indui patiantur.*

*Nec ipse Hieronymus loco allegato dicit: quod virgo aut vidua Deo dicata,*  
*perro nunquam coniugium bonâ conscientia appetere posse: sed morem*  
*quorundam nude refert. Ideoq; dictum istud Confessioni August. non ad-*  
*versatur.*

## IESVITÆ.

*S. Epiphanius contra heresin 61. scribens, inquit: Tradiderunt san-* Epiphanius.  
*eti Apostoli, peccatum esse, post decretam virginitatem ad* Latin. 49.  
*nuptias conueriti.*

## RESPONSIΟ.

*Epiphanius quidem ex sermone aliorum de Apostolis hoc refert: quia*  
*verò istud ex scriptis illorum docere non potest, in eodem loco paulò pōst*  
*scribit: Qui virginitatem corruptit, ex tali cursu reiicitur, & co-*  
*rona ac brauio priuatur. Sed melius est iudicium, quam con-*  
*demnatio. Qui enim ut ne confundantur apud homines, oc-*  
*cultè fornicantur, & sub solitudinis aut continentia specie*  
*libidinem exercent, non apud homines habent Confessio-*  
*nem, sed apud Deum, qui nouit occulta, & redarguit omnem*  
*carnem in suo aduentu, pro ut quisque peccauit. Melius est*  
*itaque vnum habere peccatum, quam plura. Melius est lapsus*

T à cursu,

**E**piphanius censet, melius esse post votum vxorem ducere, quam iaculis libidinis quotidie sauciari.

**N.B.**

à cursu, palam sibi vxorem sumere secundum legem, & à virginitate multo tempore pœnitentiam agere, & sic rursus ad Ecclesiam induci, velut qui mala operatus est, veluti lapsus & fractum, & obligatione opus habentem: & non quotidie occultis iaculis sauciari ab improbitate, quæ à Diabolo ipsi infertur. Sic nouit Ecclesia prædicare: hæc sunt sanationis medicamenta. Hæc ibi Epiphanius.

*Ex quibus lector Christianus intelligit, hunc Ecclesiæ Doctorem, non solum sententiam suam, verum etiam Ecclesiæ Catholice consensum profiteri, quod melius sit ijs, qui virginitatem voverunt palam contrahere matrimonium, quam occultis Satana iaculis quotidie sauciari. Et coniugium esse sanationis medicamentum, si virgo in libidinem prolapsa casita tamen non seruâr. Melius enim esse iudicium, hoc est, mulctam pœnitentie, quam eternam damnationem. Ex quo patet, Ecclesiam veram non esse, que hoc medicamentum sanationis iam lapsis, aut ijs, qui carnalium concupiscentiarum iaculis quotidie vulnerantur, ut nec possint, nec velint abstinere, non tantum negant, sed etiam comminatione aeterna damnationis, vi & carceribus ab illo prohibitent. Quos Epiphanius inter Tatianos, Encratitas, & Catharost tanquam ipsorum genimen refert.*

## I E S V I T A.

**Basilius.** **S. Basilus**, qui nominatis aliquantò Patribus vetustior fuit, in Proœmio Monasticarum constitutionum inquit: Itaque, qui à mundi vinculis liber esse cupit, nuptias veluti pedicas quasdam fugient. His autem relictis, vitam suam Deo consecrat, & castitatem profitetur, vt neque facultas ipsi sit conuersio ad nuptias. Et infra, cap. 22. constit. meminit voti obedientia: & cap. vlt. voti paupertatis. Ibidem in lib. de virginitate parum à medio: Cùm, inquit, Domino virginitatem professæ sint, carnali postmodum voluptate male blanda delinitæ ac deuictæ, stupri scelus honesto coniugij nomine obtegere cupiunt.

**H**ec dicta putentur Catharina coniugi Lutheri: ipsi autem Lutheri conuenit, quod paulò ante habet: Horrendo, inquit Basilus, sacrilegio Christi sponsæ adulter efficitur. Denique idem Basilus in Epist. ultima, quæ est ad virginem lapsam. Et quia, inquit, impius in profundum collapsus, mala de cetero contemnit, etiam ipsa abnegat

negas ad verum sponsum pacta, neque esse virgo, neque eum  
quam promisisse clamans. Reuoca in memoriam honestam  
professionem, quam professa es coram Deo, & angelis, & ho-  
minibus, &c.

## R E S P O N S I O .

*Quæstio non est, an tempore Augustini & aliorum Patrum vota in Ec-  
clesia fuerint. Philippus enim & ceteri Theologi, ipsius College, Antiqui-  
tatis & Scriptorum Ecclesiasticorum non ita imperiti fuerunt, vt istud  
ignorarent. Verum Confessio August. de votis in Papatu vñitatis loquitur,  
quibus puella & adolescentes ante iustam atatem implicati & constricti,  
in vinculis istis, & contra verbum Dei, & conscientiam manere coacti fue-  
runt. Et hoc modo corruptam disciplinam tanquam carcere quodam, sed  
valde iniquo, restituere voluerunt. Contra hoc, tempus Augustini à nostris  
allegatum fuit, quod istam coactam castitatis disciplinam ignorarit, sicut  
prior Augustini & Cypriani verbis docuimus.*

*Quod vero ad dicta Basiliū attinet, nec ea aduersus libertatem, qua tempore  
Augustini fuit, quicquam probant. Basilio enim de ijs sermo est, qui  
continentiam professi, extra coniugium voluptati carnali se dederunt: qua  
impuls, matrimonium contraxerunt, vt sine impedimento libidinem suam  
explere possent. Hunc conuentum meretricium damnat Basilius, nec im-  
merito. Nam nec Scriptura diuina illum approbat. In Christo enim, sicut  
Basilis ibidem docet, conuenienter est, hoc est, in timore Domini & pia  
premeditatione, quaratione Deo, liberorum educatione, alijsq; modis se-  
cundum prescriptum ipsius, seruire velint.*

*Quocirca sacrilegium non tantum in Deo dicata, sed in quavis etiam  
virgine, qua Christo noven in Baptismo dedit, tanquam in sponsa Christi,  
sifupro violetur, committitur. Hoc enim scelus qui perpetrat, ex membro  
spiritualis corporis Christi, membrum scorti facit: quandoquidem omnes  
baptizatae virgines, vt Christo per fidem despontatae, illius sponsae sint.*

*Si vero tales, tam mares, quam feminæ virginitatem professi, apud se  
deprehendant, quod extra coniugium sancti & puri spiritu permanere non  
possint, sed (vt Epiphanius ait) iacula Diaboli quotidie sentiant, & ad vi-  
tandam scortationem in timore Domini matrimonium contrahant: per  
hoc sponsa Christi tam non corrumpitur, multò minus adulterium com-  
mittitur, vt tales etiam (postquam peccatum Deo confessi, & culpam de-*

*Quomodo p̄ij con-  
iuges conuenire de-  
beant.*

precati sunt, quod imprudentes sibi impossibile factu voverint, nec etiam castitatem spiritu coluerint) hanc ipsam ob causam matrimonium ineant, quod pura & casta sponsa Christi maneant, qui alias in igne voluptatis carnalis, quo continuo vruntur, sponsa diaboli efficerentur, & aeternum perirent. Ex quo patet, lesuitas hac quoque in parte, Electores, Principes, & reliquos Confessionis August. Ordines, eorumq; Concionatores, praeter meritum mendacijs accusare.

## IESVITÆ.

## XXII. Mendacium.

Germ. 108. **I** Bidem sic aiunt: Docebant, vota paria esse Baptismo: docebant se hoc vitæ genere mereri remissionem peccatorum,  
 Latin. 95. 1. & iustificationem coram Deo. Et infrā: Ita persuadebant, vi-  
 2. tam Monasticam esse meliorem Baptismo. Et addit Philippus in  
 3. Apologia pag. 250. Docebant, applicata alijs, alios saluare. At  
 4. quis Catholicorum, vñquam, ita docuit?

## RESPONSIO.

147. Mendacium le-  
fuitarum.

*His verbis imperito lectori imponi posset, ac si Iesuitis doctrina, quam Papistis reprehenditur, summopere disperceret, eiusq; causa Confessionem August. mendacijs accusarent, quod ea Pontificie Ecclesia immixtò falsoq; tribuat, que nunquam agnouerit aut docuerit. At si sequentia perpendamus, reprehenditur, ipsos Iesuitas errores hosce omnes tanquam veras asseriones propugnare & defendere: vt mox patebit.*

## IESVITÆ.

Latin. 95. **D**icimus quidem opera Religionis, id est, castè viuere, nihil proprij possi-  
 NB. dere, obedire majoribus: opera esse bona, & MERITORIA VITÆ  
 AETERNAE, si à iustisiant, & CONDVCERE AD SATIS-  
 FACTIONEM PRO PECCATIS, sicut cetera omnia opera bona.

## RESPONSIO.

*An non hoc est ex eodem ore calidum & frigidum efflare? idemq; simul negare & affirmare? Prius enim conquesti sunt, iniuriam sibi fieri, quod doceant, Remissionem peccatorum, & vitam eternam operibus mereri. Nunc idem illi ipsi confitentur & docent, nec tamen culpari volunt.*

IESVITÆ.

## I E S V I T A E.

Sed additum est: si à iustis fiant.

## R E S P O N S I O.

*Quām primūm homo per fidem in Christum iustificatus est: remissio-  
nem peccatorum iam habet, estq; vita ēterne hēres. Petrus enim inquit: Acto. 10.  
Huic omnes Prophetæ testimonium ferunt, quod R E M I S-  
S I O N E M P E C C A T O R V M accepturus sit per nomen eius,  
quisquis crediderit in eum. Et Christus ait: Sic Deus dilexit  
Mundum, vt Filium suum ynigenitum daret, vt omnis qui  
credit in eum, non pereat, sed habeat V I T A M A E T E R N A M,  
Ioan. 3. Et Paulus Rom. 10. de Christo testatur: Finis legis Christus,  
in iusticiam omni credenti. Proinde nullo modo necesse est, vt iusti &  
fideles remissionem peccatorum, ac vitam ēternam modo suis operibus me-  
reantur.*

Sed audiamus, quid Iesuitis sit H O M O I V S T V S: qui ipsorum opi-  
nione, remissionem peccatorum, & vitam adhuc promereri debet.

## I E S V I T A E.

*Quando ex peccatore sine impio iustus efficitur. Quod sit per Dei dile-  
ctionem, cūm Spiritus sanctus in corda nostra effusus, hominem ita prepa-  
rat & perficit, vt Deus nihil reprehensione dignum in ipso inueniat.*

## R E S P O N S I O.

Talis homo, à lapsu Adæ, ad hunc vsque diem, in Mundo non fuit, ne  
quidem inter Prophetas & Apostolos. Quam ob causam Pontificij, cum suo  
Concilio Tridentino docent, nullum hominem, quamdiu hanc vitam mor-  
talem degat, certò statuere posse, quod Deum propitium habeat.

## I E S V I T A E.

*At opera religionis mereri iustificationem illam, quā ex impijs efficiuntur Germ. 109.  
iusti, nullus Catholicorum docet.*

Latin. 95. 96.

## R E S P O N S I O.

Ludunt & sophificantur Iesuitæ, vocabulo iustificationis. At non  
ignorant: Diuina Apostolo Paulo, & nobis, remissionem peccatorum, & iu-  
stificationem idem esse: quando nimurum Deus propter ynicum Christi me-

ritum, hominem in gratiam recipit, peccata ei condonat, pro iusto reputat, et si peccatum adhuc in carne eius haret. Hanc gratiam remissionis peccatorum, & iustificationis coram Deo, nullum opus religionis mereri potest, sed Christus solo obedientia sua opere eam nobis promeritus est: quod meritum omnibus fidelibus per Verbum & Sacra menta applicatur, & ad iusticiam imputatur.

**Doctrina Papista-**  
rum de iustificatio-  
ne hominis coram  
Deo.

Ab hoc Pontificij diuersissimum de iustificatione hominis tradunt: nimirum, quod Christus passione sua nobis meruerit Spiritus sancti gratiam, qui nos iustificet, hoc est, ex impijs ita iustos efficiat, ut non per imputacionem alienae iusticia Christi, sed per propriam nobisq; inherentem iusticiam & perfectionem, sine omni peccato & labe coram Deo adeo iusti, sancti, & perfecti simus, ut nihil culpandum in nobis inueniat.

Quemadmodum vero post lapsum Adæ, talis homo iustificatus in terru non fuit: ita quoque Confessio Augustana (cum Apostolo Paulo) de eiusmodi iustificatione, qualem singunt Pontificij, non loquitur: sed de ea, qua aliud non est, quam gratuita remissio peccatorum, propter unius Christi meritum.

Adhac, dissimilia religionis opera in constitutione monastica coniunguntur. Nam castè vivere, (quod pariter ad virgines, coniuges, & viudas pertinet) & Maioribus obedire: in Dialogo omnibus cuiuscunque conditionis hominibus præcipitur. At, nihil proprij possidere: à Deo nictemandatum, nec prohibitum est: ideoq; nec peccatum, nec opus bonum, per se, sed in arbitrio hominis est, vel proprium possidere, vel bona sua in commune (absque tamen superstitione) conferre.

Matth. 15. Porro, ut observatione humanarum traditionum nihil prorsus meremur, sed frustra Deum colimus: ita quoque castitatis & obedientiae erga Maiores, operibus, nec quicquam apud Deum meremur, cum nemo suis cogitationibus, perfectioni legis, in castitate & obedientia praestanda, sati facere posset: sed omnes confiteri oporteat, se seruos inutiles, ac Detractores esse.

Quapropter opera religionis (que maiori ex parte in observatione traditionum humanarum consistunt, videlicet, in voto obedientia, quo homo religiosus spirituali Patri aut matri Monasterij, in edendo, bibendo, ieiunando, dormiendo, vigilando, laborando, quiescendo, orando, docendo, discendo, & similibus, obedientiam præstare tenetur) remissionem peccatorum, iusticiam & vitam æternam, nec omni, nec dimidia, nec minimâ ex parte

*Ex parte merentur, sed bona hæc omnia vnuis & S O L V S Christus sua obedientiâ agendo & patiendo praefita nobis meruit & impetravit.*

*Ceterum, Pontificios docuisse: Homines operibus religionis, remissio-  
nem peccatorum, & vitam aeternam mereri posse: Scholasticorum & Pa-  
pisticorum Doctorum libri luculenter, & abundè testantur. Nobis ex plu-  
ribus hac pauca protulisse sufficiet.*

*Antoninus, inter Catholicos Doctores haud minimus, part. 3. Tit. 16. Antoninus,  
cap. 10. scribit: Vnde & Thomas dicit in summa, quod per in-  
gressum religionis (id est, profensionem) PROBABILITY  
dicitur haberi OMNIVM PECCATORVM REMISSIO,  
scilicet, QVOD CULPAM & POENAM: Si tantum cum  
denotione & proposito fiat. Et paulo post: Secundò, hoc facit  
(professio Religionis) per exercitia corporalia, ut sunt vigi-  
lia, ieiunia, abstinentia, disciplinæ, dormire, vestitus, frigus,  
astus, itinera, & alia incommoda corporalia. Omnia enim  
de genere bonorum, quæ sunt penalia facta, in gratia SVNT  
SATISFACTORIA, & sic PVRGATORIA PECCATO-  
RVM. Et labor religionis OMNEM ALIAM SATISFA-  
CTIONEM transcendit. Vnde cuidam, Astulpho dicto,  
propter vxoricidium grauissima pœnitentia imponitur, &  
per multos annos: sed magis sibi consulitur ad ingrediendum  
religionem loco tam asperæ pœnitentiaz, & sibi utilius fore.  
Dictum enim illi fuit, relinque hoc malignum seculum: in-  
gredere monasterium, & humiliare sub manu Abbatis, &c.*

*Et iterum Antoninus Tit. 16. cap. 4. § 3. Si enim aliquibus ele-  
mosynis factis, homo potest statim satisfacere de suis pecca-  
tis, Daniel. 4. Peccata tua eleemosyni redime, & iniurias tuas mi-  
sericordijs pauperum: Multò magis in satisfactione pro peccatis  
suis sufficit, quod aliquis TOTALITER se diuinis obsequijs  
mancipet, propter religionis ingressum, QVOD EXCEDIT  
OMNE GENVS SATISFACTIONIS, etiam publicæ pœ-  
nitentiaz. Vnde in vitis Patrū legitur, quod EANDEM GRA-  
TIAM consequuntur Religionem ingredientes, QVAM ET  
BAPTIZATI. Et in fine cap. Ad hoc etiam facit, quod dicitur in  
Authenticis, de Monachis scilicet, QVOD MONACHATVS  
OMNEM MACVLAM ABSTERGIT. Et de his plura in Bern-  
hardino*

NB.

*hardino de Bustis, secunda parte Rosarij.* Ergo sine dubio diceretur, quod cōsequitur remissionem OMNIVM peccatorum. Ideo in vitiis Patrum dicitur, quod Professio habet vim Baptismi.

*Idem eodem in loco:* Cū ergo Professione acquirat religiosus INDVLGENTIAM PLENARIAM, vt suprà patuit: concluditur, quod etiam quotiescumque se contentum reperit, quod faciat: eandem indulgentiam plenariam absque dubio consequitur, quam in professione habuit. Vnde non est necesse religiosis ire ad Iubilatum, vel ad visitandas aliquas Ecclesias proficisci, PRO INDVLGENTIA CONSEQUENDA: CVM HABEANT INDVLGENTIAM PLENAM OMNI TEMPORE, QVANDO VOLVNT, ET VBI CVNQUE VOLVNT. Huc usque verba Scriptorum Papisticorum.

*In eodem Sermone recenset Bernhardinus quosdam Reges, Principes, Duces, Comites, Barones, & Reginas: qui falsa opinione meriti operum, que in Ordine Franciscanorum siant, in consortium illorum vtrō concesserint. Vnde profligatam planeq; desperitam impudentiam Jesuitarum perspicere licet, negare audentium, doctrinam istam in Papatu vñquam propositam fuisse, quod homines per vitam Monasticam remissionem peccatorum mereantur. Et insolenter admōdum querunt: quis Catholicorum Doctorum hoc vñquam docuerit?*

Praterea, non solum libri Papistici, sed totus propè orbis Christianus testari potest, in Papatu hoc vulgariissimum fuisse, Monachos & Montales non tantum præcepta Dei seruare, sed plura quam debéant, opera numerum superarrogantiae, præstare. Nam præter mandata Dei, ipsos quoque Consilia de virginitate, desertione bonorum, & obedientia sequi operę, complere: quorum operum merita alijs communicare, ijsq; grati.zm, remissionem peccatorum, & vitam impetrare posint. Sicut id Fraternitates & Bullæ docent, quas illis tradiderunt, qui bona Monasteriorum fundationibus, aut alijs beneficijs auxerunt. Harum plures exhibere possemus: sed probationis causa vnum tantum exemplum istiusmodi literarum huic transcribemus, vt omnes videant, nos Religiosis (quos vocant) nihil affingere, quod non apud ipsos factitatum, & adhuc in Papatu sit. Exemplum, quod bona fide transcriptimus, tale est:

Frater Ioannes, Abbas Cistercij, totusq; Conuentus Abbatum

Opera superarro-  
gantiz.

batum Capituli generalis Cisterciensis Ordinis , discreto & honesto viro Ioanni Schatz , consorti eius legitimæ & liberis eorum , salutem in Domino , & suffragiorum spiritualium felices effectus salubriter experiri . Quanquam diuinæ caritatis lege , ad intercedendum pro omnibus generaliter obligimur : pro illis tamen multò singularius astringimur , qui nobis ac Ordini nostro , nec non locis & personis regularibus eiusdem Ordinis , pia humanitate affici dignoscuntur . Quapropter exigente piæ devotionis affectu , quem ad nos , & datum Ordinem nostrum , intelleximus vos habere . Nobis per venerabilem , & in Christo nobis carissimum Coabbatem nostrum Monasterij de Bebenhausen oblato , deuoto concerentes affectu , vobis cōcedimus plenariam participationem omnium bonorum spiritualium , videlicet horarum Canoniarum , Missarum , orationum , ieiuniorum , vigiliarum , pœnitentiarum , disciplinarum , abstinentiarum , eleemosynarum , hospitalitatum , laborum , cæterorumque diuini cultus obsequiorum , quæ fiunt , & Domino concedente de cætero fient . in toto ordine nostro , in vita vestra pariter & in morte . Ita quòd cùm obitus vestri , vtinam in Domino felices , nostro fuerint generali Capitulo nunciati , ibidem sicut unus nostrum absoluemini , omniumque Missarum , Orationum , quas pro nobis fratribusque familiaribus ac benefactoribus nostris , annis singulis iniungimus faciendas , efficiemini participes & consortes . Datum Cistercij , sub appensione sigilli difinitorum , die 14. Septembris , anno 1488.

Nicolaus Abbas Pomerij  
manu propria,

Simili modo Pontifices , Cardinales , & Episcopi , peculiares indulgentias & gratias Monasterij , Canonicorum Collegij , & altaribus , precio vendiderunt , vt quicunque ad edificia , vel ornatum illorum , aurum , argentum , gemmas , telas sericas aut purpureas contulisset , acciperet indulgentias , & remissionem tam mortalium , quam quotidianorum delictorum , & ab imposta satisfactione liber & immunis esset . Id quod pluri-

mis literis, in Monasterijs & templis nostris hic usque afferuatis, plenum facere possemus.

Sed quid opus est, rem manifestam, & nemini non notam, multis probare? præsertim, cùm idem hic ipsi Iesuitæ non obscurè fateantur, cùm scribunt:

## I E S V I T A.

- Latin. 96. Addimus vero, posse Monachos facere alios homines operum suorum bonorum particeps, ut possint omnes alij fideles, cùm sit communicatio inter membraciusdem corporis.

## R E S P O N S I O.

Hic iterum Iesuitas doctrina sua pudet, ut quam rationibus veris se tueri non posse agnoscunt. Idcirco fucum & pigmentum adhibere student, ne fœditas illius appareat. Verum nihil hoc suo colore fictio efficiunt. Nam communicatio inter membra corporis Christi spiritualis, et tantum se extendit, quod vnum alteri seruiat. At operibus Religiosorum non istud tantum seruitium tribuitur, quo coeui, cellarius, stabularius tam presul seruire & gratificari potest, quam Praesul ipss: sed etiam MERITVM, quod alij auxilietur & profit. Quod falsum & commentitium est, nec eo usque similitudo membrorum deduci potest.

## I E S V I T A.

- At quod posset Monachus suis operibus alios saluos facere, merendo ei gratiam & gloriam: mera calumnia est, nemo nostrum dicit.

## R E S P O N S I O.

Hoc si superioribus seculis Monachi & sacrificuli docuissent: non tantum plurima monasteria (sumptuosa & magnifica) extructa non fuissent, sed etiam amplissimum redditibus, quibus nunc fruuntur, carerent. Totus enim mundus persuasus fuit, Religiosos & Monasticam vitam profientes mereri omnibus ijs sanctitatem & gratiam, qui se beneficiando, & redditus legando bonorum operum horumq; meritorum participes faciant. Sicut id fundationes canobiorum, & literæ indulgentiarum pecunijs empta (quibus Monasteria opes suas in immensum auferunt) confirmant.

Quemadmodum vero doctrina hec falsa est: ita negari non potest, quin eam Papatu tradita, & questus faciendi causa diligenter seculariibus inservierit. Denique, nec istud inficiari possunt, quod Monachatum

Baptismo

Baptismo compararint, & adēquarint: Sicut paulo antē Scriptis Papistorum comprobauimus, idque hoc loco Iesuita vlerō fatentur, ac simul testimonijs Patrum stabilire nituntur. Vsque adeo spiritus virginis ipsos dementavit, vt non attendant aut intelligant, quid dicant, vel scribant, sed iam propositum negent, mox iterum affirment, & pingere studeant. Verba ipsorum sic habent.

## IES VITÆ.

Denique, non negamus, inter Baptismum & Monachatum esse quādam similitudinem: quod sicut in Baptismo remittitur omnis pœna peccatis debita, ITA QVOQUE IN SVSCEPTIONE VITÆ MONASTICAE FIERI CREDIBILE EST. At non continuo anteponimus, vel æquamus Monachatum Baptismo. Baptismus enim, & culpam & pœnam remittit, & hominem de impio facit piū, & de filio Diaboli, Filium Dei: PROFESSIO verò MONASTICA SOLAM POENAM remittit, qua post remissam culpam aliquando remanet. Neque hoc est solius S. Thomæ doctrina, sed etiam veterum S. S. Patrum. Scribit S. Athanasius in vita B. Antonij, Angelicam vocem aliquando auditam, quæ testaretur, D. Antonio OMNIA PECCA- TA DIMISSA, CVM PER VITAM MONASTICAM SE- CVLO RENVNCIAVIT. Sanctus quoque Hieronymus in Epist. 25. de obitu Blefilla: Cūm, inquit, propitio Christo, ante quatuor fermè menses, secundo quodam modo se propositi (voti Monastici) Baptismo lauerit, & ita deinceps vixerit, vt calcato mundo semper Monasterium cogitauerit, &c. S. Bernhardus lib. de precepto & dispensatione, non procul à fine: Audire, inquit, & hoc vultis à me, vnde præter cætera pœnitentiae instituta, MONASTERIALIS DISCIPLINA meruerit hanc prærogati- uam, vt secundum Baptisma nuncupetur? Arbitror, ob per- fectam mundi renunciationem, ac singularem excellentiam vite spiritualis, qua præeminens vniuersis vite humanæ generibus huiusmodi conuersatio, Professores & amatores suos ANGELIS SIMILES, dissimiles hominibus facit, imò diuinam in homine reformat imaginem, configurans nos Christo INSTAR BAPTISMU: & quasi denique SECUNDUM BAPTIZAMVR, dum perid, quod mortificamus membra no-

Latin. 96.  
Papistæ doctrinæ  
sue diffidunt.

NB.

Antonius culpam  
pœnæ coniungit.

NB.

An hoc non est, re-  
missionem peccato-  
rum vita monastice  
tribuere?

Blefilla proposito  
vita monastica à  
peccatis lata, scil.

Secundus Baptismus,  
vita monastica

NB.

stra, quæ sunt super terram, CHRISTVM INDVIMVS, cō-  
plantati denuo similitudini mortis eius. Hac S. Bernhardus.

## RESPONSI.

Hinc patet, Confessionem Augusti. eiusq; Apologiam hac quoque in par-  
te Papistis nihil falsò attribuisse. Quod enim Paulus ad Rom. 6. & Gal. 3.  
Baptismo adscribit: hoc, illo dicto Bernhardi, vita Monastica tribuitur,  
nempe, Christum induere, ac similitudini mortis eius implantari. Quod  
tamen minimè verum est. Baptismus enim, quem semel accipimus, ad hoc  
à Deo institutus est, ut per eum, Christum induamus. Monachatus autem  
à Deo ordinatus, vel mandatus non est, sed ab hominibus ex bona inten-  
tione introductus: per quem Religiosi nullo modo secundò baptizantur, nec  
Christum induunt: sed potius de virtute Baptismi per eum derogatur; &  
quod soli Christo eiusq; obedientia conuenit, hoc hominum commentis ad-  
scribitur, atque sic Monachatus Baptismo præfertur.

Per Baptismum, non  
per vitā Monasticā  
Christus induitur.

Professio Monasti-  
ca, & culpam & pœ-  
nam peccatorum  
auger.

Deinde, Professio Monastica, nec culpam, nec pœnam peccatorum tol-  
lit: sed (vt hoc tempore Pontificij de ea sentiunt, & docent) peccatum pre-  
serit Principale, quod est incredulitas de remissione peccatorum, auget.  
Hæc enim secundum Iesuitarum doctrinam, non in solo & vnico obedien-  
tia Christi merito, verū etiam in merito operum religionis, præcipue eo-  
rum, quæ Religiosi præter Dei mandata ex libera voluntate faciunt, col-  
locatur.

Esa. 53.  
Quare inane persugium est Iesuitarum, quod hoc loco dicunt, Monas-  
chatus solum pœnam, non culpam remittere. Esaies enim in-  
quit: Mulcta pacis nostræ super eum (Christum) Liuore EIVS  
sanati sumus.

Responsio ad dicta  
Patrum, de vita mo-  
nastica præstantia.

Galat. 1.

Figmento illi fabuloso de voce angelica, qua auditæ, & testata sit, An-  
tonio omnia peccata dimissa, cum per vitam monasticam seculo renuncia-  
uit: Item, dicto Hieronymi de Blefilla, quod secundo quodammodo propon-  
iti Baptismo sè lauerit: Similiter S. Bernhardi verbis, quod per monaste-  
rialem disciplinam & vitam, Christum induatur, & homines similitudini  
mortis eius complantentur: opponimus vocem Pauli, dicentis: Si nos  
(Apostoli) aut Angelus è cœlo prædicauerit vobis Euange-  
lium, præter id, quod prædicauimus vobis, anathema sit. At  
Paulus non docuit, nos secundò, sed semel duntaxat baptizatos esse: & per  
Baptismum semel collatum, Christum induisse, eius morti insitos, & ab  
omnibus

*omnibus peccatis sanguinem Christi mundatos esse. Proinde, sine contumelia in Baptismum & meritum Christi, lauare, mundare à peccatis, incorporare, implantare Christo, merito operum Religionis attribui nequeunt: nec vita Monastica, vel specie aliqua veritatis secundus Baptismus dici potest.*

Liquet etiam, Monachatum, meritumq; eius, Baptismo nō solum aequi-paratum, verū etiam prelatum esse, dum finixerunt: vitam Monasticam Professores & amatores suos Angelū similes, hominibus dissimiles facere: quodq; per eam non solum professoribus illius peccata propria remittantur, sed eius quoque merita alijs communicari queant. Qua de causa viri Principes cuculos Monachorum consecratos sibi indui, & in illis sepeliri voluerunt, vt hoc modo secundi quoque Baptismi participes fierent: cū tamen Baptismum primum nemo pro alio percipere possit.

Similiter imperitum & miserum vulgus persuasum fuit, quod toti familiae consulatur, si ex ea unus aliquis, sive mas, sive fœmina monachatum profiteatur. Et hac contra istud mendacium dixisse sufficiat.

## I E S V I T R E.

## XXIII. Mendacium.

**I**N eodem artic. 27. & in Apologia inquiunt: Monasteria olim fuisse Scholas sacrarum literarum, & aliarū disciplinarum. At non ita describunt nobis Monasteriorum exercitationes Hieronymus in Epistola ad Eustochium, de seruanda virginitate, & in altera ad Rusticum de institutione Monachi: Augustinus in libro de moribus Ecclesie Catholice: Ioannes Cassianus in libro de institutis cœnobiorum: Benedictus in regula: Cante hos omnes Basilius in Monasticis constitutionibus. Hi siquidem meminerunt obedientie, continentie, paupertatis, ieiuniorum, vigilarum, silentij, psalmodie, soliditudinis, cœlictorum, & similitum rerum: At humanaum disciplinarum, Physicæ, Dialecticæ, Oratorie, ac Poëticæ artis, ne verbo quidem meminerunt.

Germ. 111.  
Latin. 98.

## R E S P O N S I O.

Maiori ignominia, & dedecore lesuita cœnobia notare nō possent, quam quod ea s. literarum Scholas fuisse pernegant. Quaenam enim contemplatio & meditatio Monachorum fuit, si in Scripturis diuinis instituti & exercitati non fuerunt? An non D. Bernhardus suos Monachos in sacris diligenter

Vtrum Monasteria  
olim Scholæ fuitint.

ter exercuit? an non fideliter & sedulò (quod Scripta ipsius testantur) docuit? Num S. Benedictum mutum fuisse, & tantum externa Monachorum exercitia obseruasse, dicemus aut putabimus? Et si Monasteria S. literarum Schola non fuerunt: quomodo ex illis idonei ad Episcopatum assumi, & deligi potuerunt? Et cur Iesuita vbiique monasteria occupare, & instar gryllorum agrestium domesticos è suis domunculis ejcentium, Monachos expellere, & quidem sub pretextu accuratioris institutionis, moliuntur, si Monasteria Schola disciplinarum esse non debent? qua de causa etiam Monachos eiusdem superstitionis conforites insensim hostes habent. Epistola probatio & collectio Iesuitarum: Veteres non meminerunt Dialecticæ, Physicæ, Oratoria, ac Poetica artis: Ergo Monasteria non fuerunt tradita non fuissent: num propterea nec S. Scriptura Schola fuerunt?

Caterum, cuiusmodi Scholam Augustinus in suo Monasterio instituerit: & quomodo exemplum ipsius secuti discipuli, consimiles Scholas in alijs Monasterijs aperuerint: ex Posidonio cognoscemus. Huius verba in vita Augustini cap. 11. hæc sunt: Proficiente vero doctrina diuina, sub sancto & cum sancto Augustino in Monasterio Deo seruientes, Ecclesiæ Hipponensi Clerici ordinari cœperunt. Ac deinde innotescente ac clarescente de die in diem Ecclesiæ Catholicæ prædicationis veritate, sanctorumque seruorum Dei proposito continentia & paupertate profunda, ex Monasterio quod per illum venerabilem virum, & esse, & crescere cœperat, magno desiderio poscere, atque accipere Episcopos & Clericos pax Ecclesiæ atque unitas, & cœpit primò, & postea consecuta est. Nam fermè decem, quos ipse noui sanctos ac venerabiles viros, continentes & doctissimos Beatus Augustinus diuersis Ecclesijs, nonnullis quoque eminentioribus rogatus dedit. Similiterque & ipsi ex illorum sanctorum proposito venientes, Domini Ecclesijs propagatis, & Monasteria instituerunt, & studio crescente ædificationis verbi Dei, cæteris Ecclesijs promotos fratres ad suscipiendum Sacerdotium præstiterunt. Hæc ibi Posidonius. Ex quibus constat, Monasteria Augustini tempore verè Scholas fuisse, in quibus alumni præcipue ad cognitionem S. literarum instituerentur, atque inde ad Episcopatus & Sacerdotia poscerentur. Hoc ipsum confirmat & testatur Basilius in Asceticis cap. 15. sequen-

Monasterium Au-  
gustini, cuiusmodi  
Schola fuerit.

Basiliij tempore, mo-  
nasteria Schola-  
z fue-  
runt.

sequentibus verbis: Oportet autem & LITERARVM CVRAM PROPRIAM ac peculiarem huic instituto deputare, vt & scripturæ nominibus vtantur, & LOCO FABVLARVM SELECTAE illis & eximiæ HISTORIAE NARENTVR, & sententijs Proverbialibus ex Solomone instituantur. Prodicitillis & præmia polliceri, si & nomina & gesta Scripturæ in memoria contineant.

NB,

Pro fabulis & fables  
legendis Sando-  
rum, historias sacras  
legant.

Et paulo post: Quod verò oblii eramus, ne nunc quidem in tempestivum fuerit adiucere, videlicet: quod non abnuimus eos pueros, qui ad PRACTICAS ARTES, quib. ab invente ætate studendum est, accommodi sunt, ARTIVM ILARVM præceptoribus per diem conuiuere, ita tamen ut necessariò apud coetaneos suos & noctu sint, & cibum capiant. Huc usque Basilius.

Num verò testimonia hac non sufficient ad probandum, Monasteria fuisse Scholas S. literarum, aliarumq; disciplinarum? Quomodo ergo non pudebit Iesuitas, Augustanam Confessionem in re tam aperta mendacij arguisse? Porro, Iesuita meminisse debebant, adhuc hodie in cœnobij præptores ali, qui nouiorum Magistri dicuntur. Et si forte contingat, inter Monachos idoneum non esse, qui ceteros docere posse: secularis, qui ordinem non proficeret, illis præfici solet.

Ad exemplum istud Basili & Augustini, in Ducatu Virtenbergico Monasteria piè reformata, & Schole in illis instituta sunt: vbi in quolibet Cœnobia, præter Abbatem, unus atque alter, pro numero discipulorum, doctus Præceptor conductitur, qui iuuentutem non solum in artibus liberalibus, & linguis ad verbi Ministerium necessarijs, sed etiam in literis diuinis erudiunt, ac simul quotidie Psalmodys, Orationibus & Lectionibus sacris in templo exercent, quod postea cum fructu ad Academiam promoueri, ibi amplius proficere possint. In quorum locum semper alij substituuntur, vt tandem Ecclesijs & Scholis, quisque pro dono sibi concesso utiliter scriri queant. Atque hic verus, pius, legitimus, & laudabilis Monasteriorum usus est.

Sed quid longius exempla petere opus? An non ipsi Iesuitæ in suis Collegijs, præter ordinis sui consortes, aliorum quoque tam summa, quam insimilæ conditionis hominum liberos, in artibus politioribus instituant, & in Philosophicis diligenter exercent? Quomodo ergo Monasterijs Scholarum uomen

*nomen concedere nolunt? Et ob id Confessionem Augustanam impudenti mendacio mendacij accusant?*

## I E S V I T A.

## XXIIII. Mendacium.

Germ. 112.

Latin. 99.

**I**N 28. artic. Augst. Confessionis de potestate Ecclesiastica inquiunt: Facilè possent Episcopi legitimam obedientiam retinere, si non vrgerent seruare traditiones, quæ bona conscientia seruari non possunt. Nunc prohibent alteram speciem Sacramenti cœnae: imperant coelibatum Sacerdotibus: nullos recipiunt, nisi iurent, se puram Euāgelij doctrinam nolle docere.

## R E S P O N S I O.

**I**n his omnibus ostendant Iesuitæ mendacissimi, si possunt, mendacium. 1. Laici calice defraudati. Quod enim contra mandatum & ordinationem Christi, alteram speciem Sacramenti Altaris Laicū substraxerint: Constantiense & Tridentinum Concilium loquuntur. Quod contra verbum Dei, & doctrinam Pauli Apostolicam, Sacerdotibus coniugio interdicant: supra multis Canonibus plenum fecerunt Iesuitæ. Quod etiam Euāgeliū pure doceri prohibuerint: ipsorum errores crassissimi, & traditiones humanae, quas longè Euāgeliū præferre solent, demonstrant.

2. Sacerdotibus coniugium interdictum.

3. Syncera & pura Euāgeliū prædicatio, in Papatu prohibita.

Germ. 112.

Ostendant, si possunt, quis vñquam Episcoporum exegerit iuramentum de non docenda pura Euāgeliū doctrina. Nisi forte nomine pure doctrina heres intelligi velint.

## I E S V I T A.

## R E S P O N S I O.

**O**mnes Episcopi, qui Pontifici Romano, & Concilio Tridentino parent, hoc ipsum faciunt. Nam purum Euāgeliū docet, vnum & solum Christum obedientie sua opere OMNIA PECCATA TOTIVS MUNDI PERFECTE EXPIASSE, Deoq; proculpa & pœna viuorum & mortuorum satisfecisse, ac omnibus fidelibus remissionem omnium peccatorum vitamq; eternam promeruisse.

At Episcopi Pontificij, qui Papa doctrinam tuerint & propugnant, sentiunt & credunt, suisq; sacrificiis ut doceant (si modo docere & cōcionari possunt) precipiant, peccata rosarijs, ieiunij, (que in ciborum discriminē consi-

*confidunt) eleemosynis, peregrinationibus, Vigilijs, Missis, Sanctorum meritis, virtù monastica, & similibus hominum operibus expiari posse.*

*An verò hoc non est, puram Euangeliū doctrinam prohibere? siquidem hec omnia cum puro Euangilio ex diametro pugnant?*

## IESVITÆ.

*Praxis Ecclesiae habet, vt exigatur à Pastoribus iuramentum, de non docendis heresisibus, & de Scriptura non explicanda, nisi iuxta consensum sanctorum Patrum: & hoc, vt erroribus & impuritati doctrina aditus procludatur.*

## RESPONSIO.

*De non docendis heresisibus, controuersia nulla est. Praxi in verò Ecclesiae fidei praxis Ecclesiae  
esse, de Scriptura non explicanda, nisi iuxta consensum san- Papificis in explica-  
ctorum Patrum: in S. literis non legitur. Sed Paulus diuersum docuit, tione Scriptura fa-  
scribens: Si quis habet prophetiam: (id est, Scriptura explicationem) cra.  
analogia fidei sit. Hic Paulus non ablegat nos ad Scripta Patrum, sed ad Rom. 12.  
fidem: & si explicatio quantumvis speciosa huic consona non sit, reijcien- Explicatio Scriptu-  
dam esse, si eam mille Patres tradidissent. rx, qualis esse de-  
beat.*

*Deinde, si explicatio Scriptura TANTVM à Patribus petenda: cùm hi sibi inuicem repugnant, nec sensu eodem Scripturas interpretentur: de fide nostra nunquam certi esse poterimus, nec scire, quis eas recte exposuerit. Idcirco Augustinus nullius hominis autoritate teneri, & explicationi alligatus esse vult, sed solis Scripturis diuinis hunc honorem habere, quod de illarum veritate dubitare non liceat.*

*Hoc modo, si omnis Prophetia & Scriptura explicatio, fidei subjiciatur: quilibet Christianus in capitibus Religionis sincera institutus, intelligere potest, vtrum explicatio proposita vera sit, nec ne: quatenus videlicet cum fide (que ad unicum Christi meritum nos remittit,) vel consentit, vel ab ea dissentit.*

## IESVITÆ.

*Ipsi quoque Lutherani in suis Synagogis, non tantum à Pastoribus & Germ. 112.  
Concionatoribus, sed etiam à Professoribus, Stipendiarijs, Ludimagistris,  
iuramentum exigere, eosq; ad subscriptionem suarum phantasiarum co-  
gere solent.*

## RESPONSIO.

*Nequaquam hoc nobis in vsu est: sed docemus, & mandamus, vt omni-*

*Interpretatio Scripturae, apud Orthodoxos qualis.*

Scripturae interpretatio fidei analogia sit: vi q̄ explicatio ex ipsa Scriptura defumatur, nec extra eam configatur, cūm omnia ad salutem scitu, & creditu necessaria, in illa non tantum perfectè, sed etiam abundantē & luculenter tradita sint: nullumq; dictum de fide & salute nostra, tam obscurum occurrat, quod non alijs clarioribus exponi & illustrari possit: sic Augustinus testatur.

Ita quoque nemo ad nostras phantasias subscribendas cogitur: sed confessio puræ Euangelicæ doctrinæ omnibus Ecclesiarum & Scholarum ministris proponitur, nec cuiquam munus docendi concreditur, qui non prius sinceritatem doctrinæ, omniumq; hæresum damnationem, subscriptione pia puræ Confessionis testetur, ac comprobet.

Sed cur Iesuitæ alterius specie in Sacramento cœna prohibitionem tanto silentio prætereunt, & de ea magis muti ipsis piscibus sunt? nisi quod hoc sacrilegium ex S. Scriptura se defendere, non posse, agnoscunt? De Sacerdotum verò coniugio verbafacientes, futile effugium querunt, vt doctrinam demoniorum de illius prohibitione, aliquo fuso tingant. Cuius causam meretricia profligis fronte negare audent, Catholicos coniugium prohibere.

## IESVITÆ.

Germ. 112.  
Num Pontificij coniugium prohibeant.

Denique verum non est, Catholicos coniugium prohibere, quandoquidem id inter Sacra menta numerent.

## RESPONSIo.

Cum igitur coniugium in numerum Sacramentorum à Deo mandatorum censeant: cur Sacerdotes & verbi Ministros ab illo excludant, tanquam ab impuro & carnali vita genere, in quo nec sancti esse, nec Deo placere possint? Sic enim Ius ipsorum Canonicum de coniugio impie & blasphemato loquitur, vibrationes & causas commemorat, cur Sacerdotes ab uxoriis consortio abstinere debeant. Nam scriptum esse: sancti estote, Et: Qui in carne sunt, Deo placere non possunt.

Decret. Grat. dist.  
81. cap. Tenebre.

## IESVITÆ.

Germ. 113.  
Latin. 100. Neque verum est celibatum imperari, sed tantum exigi, vt conditionem ad Sacerdotium necessariam. Quemadmodum enim liberum est uniuersitate sacrorum ordines non suscipere: ita quoque liberum est, celibatum non seruare.

## RESPON-

Hoc est nebulas imperiorum oculis offendere, ne dolum & fraudem horum sycophantarum sentiant. Quia enim fronte affirmare audent, coniugium Sacerdotibus liberum esse? cum negare non possint, maritis nullum editum ad Sacerdotium patere: cœlibes autem mox voto solenni obstringi, vxores se nunquam ducturos. Si vero ipso tempore Sacerdotij vxorem qui ducat, non solum officio priuatitur, verum etiam in vincula miser coniicitur, & in carcere gravis pœnas luere cogitur. An ne hoc est Sacerdotibus matrimonij libertatem permittere? Cum ergo Sacerdotibus speciatim & nominatim coniugium interdictum sit: ex vobis Iesuitæ querimus, in quo Capite, veteris aut noui Testamenti, scriptum sit, Episcopum, Presbyterum, Concionatorem, Pastorem, cœlibem esse debere, nec posse vxorem habere, & liberos gignere? Monstrate nobis vel unum locum in tota Scriptura sacra? Nos autem contrarium ex Apostolo Paulo demonstrare possumus, qui in diversis & distinctis locis scripti et repetit: EPISCOPVS SIT VNIVS <sup>1. Tim. 3.</sup> TIT. 1. Vxoris vir, qui LIBEROS HABEAT in subiectione.

Tales in primitiva Ecclesia fuisse, qui ipso Episcopatus et Sacerdotij tempore liberos procrearunt: testis est Historia Ecclesie Tripart. lib. 9. cap. 38. Et in orientali Ecclesia, à tempore Apostolorum ad hunc usque diem, Sacerdotes maritos altari ministrare, notum est. Contra illud verbum Apostolicum, & morem in veteri Ecclesia receptum: an non Episcopi, de Sacerdotum cœlibatu, ut quod coniugati à suarum consortio abstineant, Canones finxerunt, eosque scriptus recorserunt, vi quoque illorum executionem suscepserunt? Et cum resistas certò habeat: quomodo vos impudentissimi Iesuitæ, sine fronte & pudore nugamini, vestram Catholicam Pontificiam Ecclesiam Sacerdotibus coniugium non interdixisse? Si Magistratus aliquis, de sua erga subditos clementia gloriaretur, quod illos Conciione Euangelij nunquam prohibueret: nihilominus autem carceribus & exilio multataret eos, qui conciones Euangelij audirent: an hoc esset auditum Euangelij permittere, vel prohibere? Simili modo Iesuitæ de Sacerdotum coniugio loquuntur: Deum hominesque ridentes & ludentes. Atque haec de isto medacio.

## IESVITÆ.

## XXV. Mendacium.

¶ Ag. 51. in Praefatione Apologia inquit Philippus: Et nunc scripsi, Gerra. 111. quām moderatissime potui. Ac si quid videtur dictu aspe... Latin. 100.

rius: hoc mihi præfandum est, me cum Theologis ac Monachis, qui scriperunt confutationem, litigare, non cum Cæfare aut Principibus, quos vt debeo veneror. *At in ista ipsa pag. 55. in verbis, quæ immediatè præcedunt hanc protestationem moderatio-*  
*nis, asperrimè flagellantur Theologi Catholici, cum inquit: Sed aduersarij sic agunt causam, vt ostendant se neque veritatem, neque Concordiam querere, sed vt sanguinem nostrum exforbeant.*  
*Et infra eadem pag. Sophistæ nominantur omnes Theologi. Et*  
*infra pag. 103. moderatissimè loquitur Philippus, cum ait: Turpe est*  
*aūt aduersarij, tantopere prædicare dilectionem, cum nusquam præstent eam. Quid nunc agunt? dissipant Ecclesiæ,*  
*scribunt leges sanguine, & has proponunt Cælari, clementissimo Princi*  
*pi promulgandas, trucidant Sacerdotes, & alios bonos viros, si quis leuiter significarit se aliquem manif*  
*stum abusum non omnino probare. Et pag. 164. insignis moder*  
*tio cernitur in istis verbis Philippi: Deus perdat illos impios Sophi*  
*stas, qui tam sceleratè detorquent verbum Dei ad sua somnia*  
*vanissima. Et paulò post: Quis docuit hos asinos Dialecticam?*  
*Et pag. 200. Nec vident isti asini apud Hieronymum contra vi*  
*gilantium, &c. Et pag. 208. Manifestos abusus noua & inusitata*  
*crudelitate defendunt. Nullos patiuntur in Ecclesia idoneos*  
*Doctores. Et pag. 212: Nunc hoc expendat prudens lector,*  
*quid frontis habeant isti nihil homines. Et infra de grauiſſima*  
*Theologis ait: Quasi verò Ecclesiam valde ornet ista publica in*  
*apud istos sanctos Patres, qui Curios simulant, & bacchanalia*  
*viuunt: ac pleraque ne verecundè quidem nominari queunt,*  
*quæ isti summa licentia faciunt. Et pag. 200. Illi Sardanapali*  
*consultò abutuntur prætextu religionis. Et pag. 222. Videlis,*  
*inquit, extremam impudentiam istorum nebulonum. Hæc scilicet*  
*est moderatio istius Grammaticuli.*

## R E S P O N S I O .

Philippi Melantho,  
nis protestatio lau-

dabilis... *Quod Philippus protestatur, sibi rem cum Theologis & Monachis esse,*  
*de quibus ista scribat, non cum Cæsarea Maiestate, Electoribus, & Prince*  
*pibus: in eo prudenterius vobis Iesuitis egit: quos, pios Electores & Principes*  
*Confess-*

Confessioni Augusti, addictos contumeliosè proscindere, eisq; illustri, amēdacia attribuere, non puduit. Non enim satis erat turpe mendaciū nomen per calumniam exprobrasse: sed ut Illustrissimi Principes se speciosim putari nosset, Epitheton ILLUSTRE addere, leuij simus scurrilis placuit: sicut suprà ex scripto Bellarmini ostendimus. Quod verò ad crimina, ex Apologia transcripta, vestrisq; à Philippo obiecta, attinet: nemo intelligens affirmare poterit, veritatem pro officio & munere suo dicentem; coniuiari aut calumniari. Estq; rescum Monachis, sacrificulis, & sententiis vitiiorum omnium, R.O.M.A, ita aperta & manifesta, ut nemo quicquam illorum negare possit: de quibus etiam Principes Catholici in Concilio Tridentino conquesti sunt.

Ad hæc, quibus Philippus familiariter notus fuit, hi testari coguntur, ipsum mansueto, placido & moderato ingenio fuisse; qui semper pacem & Concordiam quæsuerit, & suaserit. Quid autem in sua Apologia nonnihil vehementius fuit: causam & ansam præbuerunt ipsi sermones sanguinarij, qui Auguste in Comitijs, anno; &c. 30. auditj sunt: de quibus Acta Comitorum, & Sleidanus testantur.

## I B S V I T A.

Adhuc moderationius scilicet est, in articulo de Sacerdotum coniugio: vbi Germ. 115.  
Pagina selectorum coniuiorum plena legitur, eam procul dubio ob causam, quod articulus iste socios ipsius eorumq; tenellas mulierculas precipue concernit: ut omnibus videlicet persuadeat, coniugium Sacerdotum & concionatorum in S. Scriptura; hoc est, in CARNALI EVANGELIO, benè fundatum esse.

## R E S P O N S I O.

Impudicis & impuris Spiritualibus Papisticis, pura, casta, honesta & tenera vxores non conueniunt; sed procaces, putidae, morbo gallico fœdatae, & purulentæ meretrices: propterea, quod ordinationem coniugij à Deo institutam & mandatam proterè contemnunt, criminantur, blasphemant, persequuntur: qui tandem etiam mercedem cum scortatoribus & adulteriis in stagno sulphuris & ignis accipient.

Ceterum, coniugium Sacerdotum, non carnali, sed spirituali Euangeli Apostoli Pauli fundatum esse: paulò antè ipsius verbis euicimus, quibus <sup>1. Tim. 3.</sup> Tit. 1.

mandat, ut Episcopus sit viuis vir, qui liberos habeat in subiectione.

Nefanda turpitudo  
Ecclesiasticorum in  
Papatu.

Contra verò de spuriissima, propudiosa, & epicurea Monachorum, Monialium, sacrificiorum, & in genere Ecclesiasticorum Romanensium vita, tam horrenda dici & scribi non possunt, quorum veritatem ipsa res non comproberet, aut etiam longissimè supereret: adeò ut nefas sit illa, qua absque pudore in Roma Sodomorum patruntur, castis auribus prodere. In alijs autem locis, que possent nominari, cum ista prodigiosa turpitudo in vulgue emanasset: quidam propter crimen Sodomie, igne cremati sunt. Hac flagitia & sceleris, ex doctrina dæmoniorum de prohibitione coniugij, & coabitatorum virginitatis & cœlibatus obseruatione profiscuntur. Quæcum manifesta & nota sint omnibus: Magnates tamen ab his impuris adhuc se dementari, & turpiter deludi seducique patiuntur.

I E S V I T R.

## XXVI. Mendacium.

Germ. 116. Latin. 102.  
Au post Baptismum,  
peccatum originis  
in baptizatis ma-  
nest.

Pag. 59. in *Apologia*, artic. 2. de peccato originis inquit *Philippus*: Ad eundem modum loquitur & *Augustinus*, qui ait, Peccatum in Baptismo remittitur, non ut non sit, sed ut non imputetur. Hic palam fatetur esse, hoc est, manere peccatum, tametsi non imputetur. Scriperat hoc idem *Lutherus* in assertione, artic. 2. & ostensum illi fuit ab Episcopo *Rossensi*, nusquam dicere *Augusti-num*, peccatum manere, & non imputari, sed concupiscentiam manere, & non imputari in peccatum, sicut vere non est peccatum.

## R E S P O N S I O.

Augst. de Baptismo  
parvolorum.  
Concupiscentia,  
Augustino quid sit.

Ex hoc loco, crassa & maligna ruditas Jesuitarum perspicitur, quod cum seipso eruditione cateris sacrificiis & Monachis preferant: illorum tamen pudendum errorem propugnare & tueri nesciuntur, dum *Philipum* & *Lutherum* mendacij accusant, quod in verbis *Augustini*, peccatum, pro concupiscentia posuerint. Scire enim nolunt, *Augustinum*, ipsum peccatum originis concupiscentiam nominasse: que non est opus, sive actio, quadam animi cum lege Dei pugnans, sed ipse defectus, & corruptio Natura humana, qua in nos a primis parentibus deriuata & propagata, adeoque prauorum affectuum origo & causa est. Hac, quod ad ipsum defectum & corruptionem natura attinet, vere peccatum est: baptizatis autem à Deo in peccatum non imputatur, ut eius causa ipsos oderit, & punire velit, sed pena clementer dimissa est. Verum ipsa corruptio Natura, est, & manet

natura

naturā sui peccatum, dum viuimus, etiam post Baptismum: inquit peccatum principale est, quod in nobis per Baptismum non penitus mortificatur, sed viuit & excitat in nobis contra Dei mandata & spiritum, affectus & concupiscentias prauas, quas reprimere, & (ut Paulus loquitur) crucifigere oportet. Et quando originali concupiscentie dominium non permittimus: licet in nobis maneat, gratiam tamen Dei, quam semel accepimus in Baptismo, retinemus. Ex quibus constat: verbis Augustini falso sensum nequaquam assungi. Nam quoties Augustinus scribit: Concupiscentiam in baptizatis manere, & tamen peccatum non esse: hoc solum intelligi vult, quod baptizatis in peccatum non imputetur, nec illi propter eam puniantur. Concupiscentiam autem istam, per se legi Dei non aduersari, nec peccatum esse: Augustino ne per somnum quidem in mente vñquam venit, sed verbis disertis, que mox adducemus, contrarium testatus est.

Gal. 5.  
Rom. 6. 7.

## I E S V I T A.

Libro quoque 6. in Iulianum, cap. 8. Non dicit Augustinus: Peccatum Germ. 117.  
actu manere, reatu transire. Nec enim tam stupidus erat Augustinus, Latin. 109.  
vt non intelligeret, ista non coherere, peccatum actu manere, & non  
manere reatu.

## R E S P O N S I O.

Augustinus, quia probè intellexit, ista bene coherere, ac consistere posse, aperte verbis scripti: Dixi sane, quomodo maneant peccata reatu, qua præterierunt actu: sic è contrario fieri potest, vt concupiscentia maneat actu, & prætereat reatu. Et paulò post: Ego de concupiscentia dixi, qua EST in membris REPUGNANS legi mentis: quamuis Reatus eius in omnium peccatorum remissione transferitur. Et mox: Tale est carnis concupiscentia, vt maneat in homine secū per continentiam confligente, quamvis eius Reatus, qui fuerat generatione contractus, iam sit regeneratione transactus. Actu enim manet, &c. MALA quibus mens resistat desideria commouendo. Ipse quippe motus actus est eius, quamvis mente non consentiente desit effectus: INEST enim homini MALVM, & præter istum actum, id est, præter hunc motum, vnde surgit hic motus, quem dicimus desiderium. Ibidem: Qui Reatus, quamvis EO MANENTE MALO,

MALO, soluitur in remissione omnium peccatorum per Dei gratiam. In eodem cap. Sicut idolis immolatio, quæ iam nec in actione est, quia præteriit, nec in voluntate, quia error quo siebat absumptus est, manet tamen reatus eius, donec in lauacro regenerationis peccatorum omnium remissione soluat: sic econtrario, quamvis Reatus MALAE CONCUPISCENTIAE eodem baptismate sit solutus, MANET tamen IPSA. His idipsum consentit, quod Iesuita ex lib. 1. Augustini de Nuptijs & concup. cap. 25. 26. 27. Si concupiscentia peccatum non est: quomodo legi Dei sepugnare, reatum habere, & remitti dicitur? quomodo vicia, mala, & turpia desideria in homine agit & excitat?

Iesuita indoct. Mirum autem est, Iesuitas sua opinione ad miraculum usque doctos intelligere non posse, diuersa & distincta esse, ipsum per se factum, & eius reatum, quem facto quis contraxit: & quod reatu dimisso, ipsum factum propter ea non sit nō factum. Quandoquidem factū infectum fieri nequeat. At cùm non imputatur, nec punitur: perinde est, ac si factum non esset. Hęc duo diligenter distinxit Augustinus: ostendens, quomodo innata concupiscentia in baptismatis peccatum, & non peccatum, sit. Eamq; expresse peccatum etiam in baptismatis dixit, scribens: Si carne seruis legi peccati, fac quod ait ipse Apostolus: Non regnet peccatum in mortalivestro corpore, &c. Non ait, non sit: sed, non regnet.

Tract. 41. in Ioan. Quamdiu viuis, PECCATVM NECESSSE EST E S S E IN MEMBRIS TVIS: saltem illi régnum auferatur, nō fiat quod Lib. 5. cont. Indian. jubet. Et alibi: Ita concupiscentia carnis, aduersus quam bonus concupiscit Spiritus, & PECCATVM est, quia inest illi inobedientia contra dominatum mentis: Et poena peccati est, quia redditia est meritis inobedientis: & causa peccati est, defectione consentientis, vel contagione nascentis.

Hinc patet, Augustinum, concupiscentiam etiam post Baptismum in homine baptizato peccatum dicere: sicut reuera peccatum est, in modo mater peccatorum, ut quae desideria mala & turpia in baptizatis quoque gignat.

De hoc Philippus Melanthon (ut Acta testantur) sufficienter se contra aduersarios defendit, quicquid Cochlaeus suo more de ipso fabuletur.

Cum igitur hac ita se habeant: iterum mendacij conuincuntur Iesuitæ, dum ipsi Apologiam Confessionis mendacij accusant, contendentes: Augustinum nusquam scripsisse: Peccatum manere, & non imputari.

Cumq[ue] mendacium in libro Concordia monstrare non possint, cuius oculo ho- Germ. 118.  
minum millia subscripterint: neutrū è duob. necessarium est, aut quod Latin. 104.  
mendacium istud à sedecim millibus oculorum deprehendi  
non potuerit, aut nostrum mendacijs Concordiam facere  
voluerint: sicut hic per ludibrium & subsannationem stolidi & mali-  
ciosi scophanta obijciunt.

## T E S V I T A.

## XXVII. Mendacium.

Pag. 62. in Apol. pro artic. 4. sic ait Philippus: Damnant nos aduersarij, quod docemus, homines non propter sua merita, sed gratis propter Christum cōsequiri remissionem peccatorū SOLA fide in Christum, & fide in Christum iustificari. Hic Philippus suo more mentitur. Nam in Confessione August. vox SOLA omis̄a est. Hanc enim impugnarunt & damnarunt Catholici, cùm videlicet docetur, Homines SOLA fide iustificari. Quæ vocula SOLA, pōst deum fraudulenter Apologia (sicut Paulo per Lutherum) inserta est.

Germ. 118.  
Latin. 104.

## R E S P O N S I O.

Hic iterum ostendunt Iesuitæ, se iusto Dei iudicio palpabili cœcitate percussos esse. Et si enim vox SOLA in Confessione August. non extat: nihil tamen falsò Apologia (in qua ista vocula habetur) Pontificijs attribuit. Nobis enim unum idemq[ue] est, & verè uno sensu dicitur: Nos coram Deo fide in Christum iustificari: &, SOLA fide in Christum iustificari. Fides enim in Christum, omne meritum humanum excludit. Quod verò Autores confutationis in hoc articulo distinguunt, & negant se propositionem istam damnare, si gratis propter Christum fide iustificari. dicantur: Verū si addatur particula SOLA: se istum articulum probare

Pag. 205.

non posse: (sicut Bellarminus aperte testatur, citans harmoniam Confessionis August. ab Andrea Fabritio Leodio editam . in qua confutatio Confessionis August. extat, vbi articulo 5. sic legimus: Quòd fidei mentionem hic faciunt, eatenus approbatur, quatenus de fide NON SOLA, vt aliqui male docent, sed quæ per dilectionem operatur, intelligatur:) His verbis, quæ ipsi commemorant, de nostrorum innocentia, non absque suo dedecore, testantur. Hac namque confutatione sua docent, Apologiam nihil affingere Pontificijs, sed veritatem rerum Auguste gestarum proficeri & testari: quandoquidem idem, vt dictum est, sit, siue fide in Christum, siue fide SOLA, remissionem peccatorum & iusticiam consequi dicamus.

## I E S V I T A.

## XXVIII. Mendacium.

Germ. 119.  
Latin. 106.

**I**bidem haec verba leguntur: Antonius, Bernhardus, Dominicus (in Latino exemplari additur quoque Franciscus, qui in Concordia prætermisso est;) & alij SANCTI Patres , elegerunt certum vitæ genus, &c. Vel ex animo Philippus loquitur, cùm sanctos vocat, Antonium, Bernhardum, Dominicum, Franciscum: vel aliud sentit, aliud dicit. Si loquitur ex animo: destruit totam Confessionem Augustanam, & rnuersum prorsus Lutheranisntum. Constat enim hos quatuor Patres, Monachos fuisse, & Patres Monachorum , & omnes certum vestimentis genus excoigitasse, cucullos gestasse, à certis cibis abstinuisse, vota continetia perpetua, & paupertatis ac obedientie, coluisse, atque alijs commendasse. Item, Antonium certum est in solitudinem se contulisse, & omnia ciuilia officia deseruisse. Bernhardum & Dominicum Missam assidue dixisse, Papæ Romano adhæsse, atque adeo Papistas supra modum fuisse. Franciscum denique nemo ignorat, in suo Testamento fidem Romana Ecclesias commendasse, ac imperasse, vt si quis ex suis à fide Romana Ecclesia aberaret, is diligenter custoditus, in manus iudicium traderetur. Si vero aliud loquitur, aliud sentit: illius imitator & filius est, qui mendax fuit ab initio, inīd & qui pater mendacij ab ipsa Veritate nominatur.

## R E S P O N S I O.

Philippus sine omni dubio hoc idem animo & corde sensit, quod verbis expressit. Eo autem nec Confessionem Augustanam euertit: nec Papatum commen-

commendauit: nec mentius est. Quoniam enim Patres isti in nomen Iesu Christi baptizati fuerunt, & in Christum Salvatorem crediderunt: Philippus pie iudicauit, ipsos multò aliter de predictis capitibus Religionis Christianae, quam nunc in Papatu sit, sensisse, credidisse, & docuisse: ac tandem verâ in unicum Christi meritum fiducia, ex hac misera & mortali vita in cælestem patriam concessisse.

Quo modo & nos sentimus, adhuc hodie in Papatu multos saluari, qui aut nunquam fiduciam in operibus suis, sed in solo Redemptore Christo collocarunt: aut certè in mortis agone omnia ea quo falsò in Papatu docentur, mittentes, fiduciâ vnius obedientiâ & meriti Christi moriantur.

Hoc ipso autem Philippus non omnia ea probauit, que Patres isti & fecerunt & docuerunt, sed multa (vt in ceteris quoque Patribus) pro erratis & infirmitatibus agnouit: nihilq; in illis commendare potuit, quam quod fidei analogum fuit. Reliqua feno & stipulis, quae exuruntur, annumerauit: ipsos verò in Christo seruatos statuit. Franciscus enim in primis Euangelium Iesu Christi suis fratribus commendasse legitur.

Huic admonitioni qui paruit, atque secundum Euangelium credidit, & vixit: dubium non est, quin nulla ratione habita peculiari vestitus, discrinis ciborum, & aliarum observationum externarum, (quibus vt humana traditionibus, Christo ex Esaia attestante, frustra Deus colitur: nec etiam in illis regnum Dei consistit) saluatus sit. Si autem res aliter cum illo se habet, & alia quoque fidei ipsi mortui sunt: Philippus propterea mendacij accusandus non est, quod melius de ipsis ex caritate Christiana sensit, & scripsit. Unde liquet, hoc quoq; mendacio Philippum & Concordistas per calumniam onerari.

## I E S V I T A.

## X X I X. Mendacium.

Pag. 105. in Apologia, aliquot crassa mendacia coniungit Philippus, & dicit: Aduersarij affingunt suas impias opiniones verbis

Germ. 121.  
Latin. 107.

Iacobi: Fides absque operibus mortua est: quod per nostra opera mereamur remissionem peccatorum: quod bona opera sint propiciatio ac premium, propter quod Deus nobis reconcilietur: quod bona opera vincant terrores peccati, mortis, & diaboli: quod opera coram Deo propter suam beatitudinem sint accepta, nec egeant misericordia & propitiatore

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.

5. Christo. Et paulò pòst: Aduersarij docent, hominem iustificari  
 6. coram Deo dilectione & operibus. De fide, qua apprehendi-  
 7. mus propitiatorem Christum, nihil dicunt. Imò hanc fidem  
 8. improbant: neque improbant tantum sententijs aut scriptis,  
 sed etiam ferro & supplicijs conantur in Ecclesia delere. *Iam*  
*sæpe autem diximus, veram fidem in Christum nos maximè requirere in*  
*negocio iustificationis, & propterea mentiri Philippum, cùm ait: Nos de*  
*fide aut nihil dicere, aut fidem oppugnare.*

## R E S P O N S I O.

559. Mendacium Ie-  
suitarum diluitur.

Scell. 6.  
cap. 15.

Scell. 6.  
Can. 13.

*Hoc loco octo mendacia Apologie Philippi imputantur: quæ omnia vno*  
*responso expediti possunt, si modò Lectori Christiano in memoriam reuo-*  
*cetur, quid Papistis vera Christiana fides sit, nempe quam scortatores,*  
*adulteri, Sodomite habeant, & retineant, nec eam amittant, si maxime*  
*scortari, mæchari, aliaq[ue] nefanda perpetrare pergent. Quibus sceleribus*  
*gratia quidem iustificationis, at non fides amittatur: sicut supra verbi*  
*Concilij Tridentini docuimus.*

*In eodem Concilio decernunt: Si quis dixerit, omni homini ad*  
*remissionem peccatorum assequendam, necessarium esse, ut*  
*credat certò, & absque vlla hæsitatione propriæ infirmitatis,*  
*peccata sibi esse remissa, anathema sit.*

*Hec cùm ita se habeant, & Papiste abhuc hedie de vera iustifica fide in*  
*Christum (qua homo firmiter statuit, sibi peccata omnia propter Christum*  
*certò remitti) nihil doceant, eamq[ue] non necessariam esse sentiant: Omníbus*  
*non solum p[ro]p[ri]is, sed quibusvis sanamente prædictis iudicium permittimus,*  
*vtrum Philippus in octo prædictis articulis quicquam falso Papistis attri-*  
*buerit. Et quidem nec ipsi Iesuitæ hoc simpliciter affirmare audent: proin-*  
*de subiungunt.*

## I E S V I T R E.

Germ. 121.

Latin. 107.

260. Mendacium  
Iesuitarum, idque  
multiplex.

9. 10. 11. 12. 13. 14.

*Specialem tamen illam fidem Lutheranorum superbiam atque arrogan-*  
*tem, quæ sola vult iustificare, nec patitur comites, quos illi Deus assignauit,*  
*meritò reiçimus, & deletam funditus, atque exterminatam optamus,*  
*quandoquidem & ipsa delet, & exterminat dilectionem, orationem, Sa-*  
*cramenta, bona opera, & quicquid Deus ad salutem hominum instituit.*

## R E S P O N S I O.

*His verbis aperte confirmant omne id, quod Philippus articulo predicto*  
*contra*

*contra ipsos verè scriptis. Nam fides salutifica non solum generalis, verum etiam specialis esse debet, qua quisque Christianus pro se credit, nec dubitet, Deum propter Christum sibi omnia peccata remisisse, se iustificatum, se profilio Dei haberi, ac vita eterna donatum esse.*

Fides generalis neminem saluat.  
Quique Christianus pro se credere debet.

*Hanc fidem qui non habet, ille cum fide scortatorum, adulterorum & Sodomitarum in aeternum peribit. Istud enim neminem saluat, si in genere solum credit, Christum pro peccatoribus mortuum: & in Ecclesia Catholica remissionem peccatorum esse. Quod etiam impij, scelerati, & diaboli credunt: de qua fide Concilium Tridentinum loquitur. Verum hæc fides sola iustificat & saluat, qua quisque pro se credit, nec dubitat, quod coram Deo in Christo iustus & saluus sit.*

*Atque hæc non est superba, arrogans Lutherana, sed humilia, antiqua, vera Christiana fides, qua homo pius sub potenti Dei manu, secundum doctrinam Petri, se humilians, non tantum se miserum peccatorem agnoscit, Philip. 3. verum etiam iusticiam suam omnem pro damnis & reiectione habet, ac unicam obedientiam Christi suam iustitiam esse reputat, que ipsi per fidem specialem (quæ vñica, vera, Catholica, Christiana fides est) ad iustitiam imputatur.*

*Hanc fidem, quia Pontificiū non solum non docent, (hac enim omnis mundinatio Papistici cultus euertitur) verum etiam tanquam non necessariam, superbam & arrogantem publicè damnant, ac gladio igniq; persequantur, dilectioni autem & bonis operibus remissionem peccatorum, reconciliationem cum D E O, victoriam de diabolo, iusticiam coram Deo adscriunt: Omnes p̄i iudicent, utrum Papistis in Apologia Confessionis nosse aliquid inique tribuatur.*

*Porro, ea Iesuitarum vanitas & perueritas est, vt nostram doctrinam non nisi mendacio contaminatam & adulteratam referre possint. Absque pudore enim fabulantur, nostalem fidem docere, quæ Comites, quos ipsi Deus assignauit, non patiatur: cum hanc ipsam ob causam, fidem Papisticam, quam Concilium Tridentinum docet, nos improbemus, nec Veram Christianam fidem esse euincamus, quod per stupra, adulteria, rapinas, ebrietates non amittit, sed etiam à fornicarijs, adulteris, Sodomitis Romanensibus, raptoribus, ebriosis, & similibus flagitiosis hominibus retineri dicitur.*

*Tam enim vera, Christiana, Catholica & salutifica fides (quam omnes verè fideles, ac filij Dei habent) sine caritate & operibus bonis, per quæ cōtem & opera bona non exterminat,*

ram hominibus lucet, in homine esse non potest, quæ lumen absque splendore, aut ignis sine calore non est. Quapropter impudenti mendacio columniantur lesuitæ, Fidem istam, quam nos docemus, quæq; solo Christi merito nititur, diligere & exterminare caritatem.

Fides orationem nosa delect.

Similiter absque speciali ista fide, quam quisque Christianus professa bet, oratio Deo grata & accepta fieri non potest, Iacobi 1. Hebr. 11.

Hanc fidem confirmant Sacra menta, & vicissim per illam maximis sunt & prædicantur, ut omnes fideles in summis tentationibus consolationem exspectent, ne fides in lucta illa succumbat.

Ioan. 16.

1. Ioan. 5.

Luc. 2. 17.

Hac fides sola est victoria nostra, quæ mundum vincit, vt Ioannes docet Christo enim, qui solus nobis mundum vicit, innititur.

Hac fides arbor illa est, quæ sola bonos fructus facit, & extra quam Deo nulla opera placent. Utq; summarim dicam: propter hanc fidem Ministerium Verbi & Sacramentorum à Deo institutum est, ut per hoc in nobis conseruetur, augeatur, confirmetur, nosq; per illam in temptationibus, peccatum, mortem, diabolum, infernum, damnationem superemus.

#### I E S V I T A.

Germ. 122.

Larin. 108.

Vera fides in Christum à lesuitis subfannatur.

161. Mendacium le-  
suitarum.

Cum secundum Lutheranorum opinionem, fides SOLA omnia possit: & ubi hec est, ibi continuo sit iustificatio: & certus sit Lutheranus ex fide remissa sibi esse peccata, neque posset ea de re sine grauiissimo scelere dubitare: ergo non opus est oratione, Sacramentis, vel villa aliare, quam Deus ad hominum salutem ordinavit. Ergo non potest orare, ac dicere: Dimitte nobis debita nostra: vel cum publicano, Deus propitius esto mihi peccatori: sed cum Pharisæo dicendum illi est, Domine, gratias tibi ago, quia non sum sicut cæteri homines. Quomodo enim pereire audebit, quod certè scit ex fide, si iam esse consecutum?

#### R E S P O N S I O.

Quomodo fides  
omnia efficiat.

1.

Matth. 9.

2.

Vbi fides vera, ibi  
iusticia.

Quando docemus, fidem solam efficere omnia: hoc dici & intelligi volamus, quod CHRISTVS omnia SOLVS efficiat, & quicquid ad expiationem peccatorum nostrorum opus fuit, perfecerit. Hoc solo nititur fides: quæ sine Christo nihil valet, nihil est. Quodq; Christus facit, hoc ipse fidei tribuit, quia istud fides sola apprehendit. Ideo ad mulierem, quam à sanguinis profluvio liberauerat (quod solius omnipotens virtus Dei opus est) ait: Confide filia, fides tua te saluam fecit. Similiter, vbi vera in Christum fides est, ibi continuo etiam est iustitia Christi, quæ credenti in iusticiâ

in iusticiam imputatur. Sicut scriptum est: Credidit Abraham Deo, & imputatum ei est ad iusticiam. Gen. 15. Rom. 4.

Quoniam ergo certum, quod Christus pro peccatis totius Mundi satis-  
ficeris, ac velit nos istud credere, nec quicquam de eo dubitare: blasphe-  
mum eum esse oportet, qui istud pro certo non habet, sed dubitat utrum  
quoque pro suis peccatis satus factum sit Deo. Ioannes enim ait: Qui non  
credit Deo, mendacem fecit eum, quia non credit in testi-  
monium, quod testificatus est Deus de Filio suo. Inde vero ne-  
quaquam sequitur, quod homo fidelis nec possit, nec debeat orare: Dimit-  
te nobis debita nostra. Cum enim quotidie & singulis horis, immo sin-  
gulis momentis peccemus: meritum etiam quotidie remissionem peccatorum à  
Deo ex fide petere debemus, nec dubitare quin nobis in Christo remittantur.

## T E S V I T A.

Pariratione, sine fide Sacra menta non possunt, sed obsunt. At fides ubi  
adest, mox iustificat. Quorsum igitur Baptismus post fidem adhibetur? Germ. 122.  
Quorsum absolutio peccatoris paenitentis, si secundum doctrinam Luthe- Latin. 108.  
ranorum, fides prima & precipua paenitentia pars est? per quam paenitentia  
iam ante peccata dimissa sunt?

## R E S P O N S I O.

Hic iterum Spiritus vertiginis & mendacij in Iesuitis manifesto appa-  
ret. Suprà enim conquesti sunt, Ecclesia Catholica per mendacium tribui, In 5. mendacio.  
quod doceat: Sacra menta sine fide prodeſſe. Iam non tantum sua sponte fa-  
rentur istud: sed eo ipso quoque doctrinam nostram euertere, nosq; menda-  
cij consincere volunt. Eundem enim cum Anabaptistis & Calvinistis erro- Idem error Iesuita-  
rem de fide infantum fouent; ac sentiunt: Infantes non credere: at rum, qui est Anaba-  
nihilominus Baptismum etiam absque fide illis prodeſſe. Quod Lector Chri- ptistarum & Calvi-  
stianus diligenter notare, Iesuita vero meminisse velint: Mendacem nistarum de fide in-  
memorem esse oportere.

Quod autem querunt: Quorsum Baptismus post fidem adhi-  
beatur, siquidem homo ante per fidem iustificatus sit? Ad hoc  
discretè & perspicue respondemus: Talem baptizari in confirmationem fidei Cur homo fidelis &  
sue. Sicut de Prefecto Regine Aethiopum legimus, quod puer crediderit, iustificatus baptize-  
& postea à Philippo Baptismum acceperit. Baptismus enim ob signatio in- tur.  
fidei est, sicut Paulus de Abraham scribit, Rom. 4. Quemadmodum  
igitur Abraham prius creditit, ac iustificatus est, & postea demum cir- Actor. 8.  
cumcisio-

cum cisionem accepit: ita quoque homo fidelis & iustificatus cum fructu baptizari potest. Cum ergo Iesuitæ querunt: Quorsum Baptismus constitutur ei, qui iam antè per fidem iustificatus est? hoc ipso docent, quām rudes & imperiti sacrarum literarum sint. Hanc enim potissimum ob causam Mundi & carnis nostra corrupta, confirmant ac muniant.

Vetus absolutionis  
in fidelibus & iusti-  
ficatis.

Eodem modo à peccatis absolvitur homo pœnitens, qui iam antè credit, sibi peccata propter Christum remissa esse: ut per absolutionem in hac sua fide amplius confirmetur & robustior reddatur. Atque hoc ipso fine, credentes quoque Sacramentum corporū & sanguinis Christi accipiunt.

## I E S V I T A.

Germ. 122.  
Latin. 102.  
163. Mendacium le-  
suitarum.

Niniuitæ quoque iejunium illud suum tam laboriosum, & Cornelius Centurio, orationes & eleemosynas suas perdidérunt, quandoquidem necrediderunt, nec baptizati fuerunt, & propterea sine fide iejunarunt, orationem & eleemosynas dederunt. Si vero antè credidissent, (quod non legitur) Lutherani fuissent, & prater fidem nullare alia ipsis (sicut nec Cornelio baptismate à Petro collato) opus fuisset.

## R E S P O N S I O.

Spiritus vertiginis  
in Iesuitis.

1.

2.

Adhuc amplius spiritus mendacij & vertiginis, in Iesuitis se prodit & exerit. In hoc enim mendacio 29. conqueruntur Iesuitæ, sibi falsò imputari quod doceant: Nos nostris operibus remissionem peccatorum mereri: Et quod bona opera sint propitiatio, qua Deus nobis reconcilietur, nec egeant propitiatore Christo. Nam autem liberè fatentur, Niniuitæ & Cornelium hac omnia orationibus, iejunis, eleemosynis impetrasse, nec prius credidisse. Si enim antè credidissent, ac per fidem Deum propitium habuissent: omnina (inquit Iesuitæ) sua opera, labores & molestias perdidissent, ac frustra se illis fatigassent.

Niniuitæ prius cre-  
diderunt: deinde  
iejunium prædic-  
runt.

An vero hoc ipso Iesuitæ non satis crasse, & euidenter ostendunt, se Satana Apostolos esse? An non Iona 3. cap. statim post concionem Prophetæ legitur: Et CREDIDERVNT viri Niniuitæ in Deum: & predicauerunt iejunium, & vestiti sunt fassis, à maiore vsque ad minorem? Cur ergo stolidi Iesuitæ rudunt: Non legi, quod prius crediderint? Nisi enim credidissent, Ionam à Deo propterea missum, quod Deus ipsorum interitu non delectetur: certè nec ipsum concionari, & urbem inquietare permisissent, nec fassis induissent, nec iejunium celebrasset.

*Sent. Quæ omnia fidei ipsorum testimonia & argumenta certissima fuerunt, quodq[ue] crediderint, Deum ipsos conseruaturum, nec permisurum esse, vt ciuitas ipsorum subueratur.*

Ita quoque de Cornelio scriptum legimus, quod pius ac Deum timens fuerit. Ut autem vera pietas, & timor Deo placens, sine fide consistat, impossibile est. Hinc vox de celo ad Petrum ait: *Quia Deus purificauit, Cornelius ex fide oravit, & eleemosynas dedit.* (Cornelium intelligens) tu communia non dixeris. Fide autem purificantur corda nostra, *Actor. 15.* Ex hac fide eleemosynas praefitit, & ad Deum orauit Cornelius: *sine qua nec ipse, nec opera illius Deo placuisse.* *Rom. 15.* Quamvis autem ex auditu & conuersatione cum Iudeis fidem in Messiam cocepisset: hunc tamen iam venisse, & Iesum Nazarenū hunc eundem esse, adhuc ignorabat. De his verò, quam primum à Petro edocitus fuit, sermoni illius, de Iesu Nazareno, creditit. Et postquam Spiritum S. velut publicum testimonium sua fidei miraculose accepisset, vna cum tota familia baptizatus fuit. *Hebr. 11.* *Cornelius ante Baptismum credit.* Quanta igitur vanitas, aut potius ruditas Iesuitarum est, quod nugantur: de fide Cornelij nihil legi?

Ex his constat nunc, cum illa 14. mendacia in una pagella libro Concordia impudentissimè obiecta, sufficienter confutata sint: Iesuitas priorem illum cumulum mendaciorū suorum, in hoc 29. mendacio, alijs quatuordecim pro sua fecunditate mendacia pariendi, auxisse & amplificasse.

## I E S V I T A.

## XX X. Mendacium.

**I**N *Apologia, artic. de dilectione, pag. 112.* inquit *Philippus:* Planè surdi sunt aduersarij: toties iam dictum est, legem sine Christo non prodesse, propter quem placent bona opera. Sed illi vbiique excluso Christo, docent mereri iustificationem opera legis. *Mentiris Philippe, & tam impudenter, vt mirum sit, si quem inuenieris, qui tibi credat.* Germ. 123. Latin. 109.

Catholici, vna die, cantionibus, lectionibus, orationibus, concionibus sacris, plus Christum honorant, quam vos Lutherani, vel integro anno. Profer saltem vnum ex Theologis nostris, qui doceat: Opera sine Christo prodesse, & mereri iustificationem. *Hoc de nostris te mentiri, signa & imagines crucis in templis, faciliis, altaribus, te conuincere possunt.* Et ipsa confutatio Catholica, aduersus quam potissimum *Apologiam*

scribis, ita loquitur artic. 4. Attamen omnes Catholicis fatentur,  
opera nostra ex se nullius esse meriti.

## R E S P O N S I O.

Hoc loco Iesuitæ tripudiant, at si Philippum vñacum omnibus fidei & Confessionis consortibus publicè confudissent. At non tantum Apostolus Paulus, sed propria quoque ipsorum Confessio testabitur, & conuincet eos, Philippum de ipsis verum scripsisse. Sic enim inquit Paulus: Christus vobis factus est inanis, quicunq; per legem iustificamini: à gratia excidiflisi. Si Christus illi factus est invictus, per iustificationem operum legis: certè ab hac exclusus est, & gratia locum in illa nullum habet. Nam si ex operibus: non amplius est gratia, non amplius est Christus. Hoc ipsum, nec aliud, scribit Philippus de Papistis: qui idem, quod Pseudoapostolite tempore Pauli, de Christo docent: hoc tantum discriminis quod Pseudoapostoli opera legis à Deo mandata, ad iustificationem hominis requirerent: Pontificij autem maiori ex parte opera humanarum traditionum vrgeant. Illi enim docebant, Christum quidem pro peccatis mortuum esse: ad iustificationem verò hominis necessaria quoque esse opera legis. Quà doctrina Christus ab opere iustificationis penitus exclusus, ac homines iusticia soli Christo conueniens operibus legis tributus fuit. Idem quoq; profitentur ac docent Pontificij, Christum quidem pro peccatis mortuum, nobisq; primam gratiam promeritum esse: at nostram iusticiam in dilectione, & bonis operibus consistere. Quà doctrina, obedientia Christi, toti humano generi ad iustificationem sufficiens, excluditur: aut quod Paulus dicit: Christus nobis sit inanis, dum in locum perfectæ obedientiae Christi, opera nostra substituuntur. Atque sic operibus hominum tribuitur, quod solius obedientiae redemptoris est. Cùm enim opera bona, iusticie fidei duntur at fructus sint, & ex hac tanquam effectus sequantur, cum homo iam iustificatus, & remissionem peccatorum per fidem in Christi obedientiam consecutus est: idcirco à iustificatione fidei, opera humana omnia per Scripturam excludantur. Hanc fidem in Christum, Papiste vsque adeo non docent, vt eam quoque tanquam superbam & arrogantem presumptionem (sicut paulo ante ex verbis illorum cognouimus) rejiciant & damnent. Illam verò fidem solam agnoscunt & probant, quæ pijs & impijs communis, & in tantum Catholica est, vt etiam scortatores, adulteri, raptiores, fu- res, & similes Catholici homines eam habeant, nec per sceleras sua amittant, vel excutiant: sicut iam saepius repetitum est.

164. Mendacium  
Iesuitar. conuelli-  
tus.

Gal. 5.

Rom. II.  
Papistarum & Pseu-  
doapostolorum de  
Christo, eadem do-  
ctrina.

Pseudoapostolorum  
doctrina tempore  
Pauli.

Quomodo Christus  
in doctrina Papistica  
de iustificatione ho-  
minis, excludatur.

Bona opera non per-  
tinet ad iusticiam  
fidei.

Fides Papistarum,  
Catholica & com-  
munis pijs & im-  
pijs.

Cùm

Cum igitur iusticia nostra coram Deo, non operibus, sed fide in Christum confiteret: & Christus nobis à Deo iustitia factus sit, nosq; in sola ipsius obedientia (que nobis in iusticiam per fidem imputatur) iustissimus: Papi-  
stae verò hanc fidem & iusticiam imputatam rideant, explodant, damnent,  
atque in eius locum caritatem bonaq; opera collocent: Omnes p̄ij de hoc  
objeto mendacio iudicent, utrum Philippus vera scriperit nec ne.

Quis enim ignorat, nō tantum vulgus opinione meriti operum peruersus dementatum, sed etiam religiosos (quos vocant) Monachos & Moniales persuasissimos fuisse, si opera in Regulis Ordinum suorum prescripta faciant, quod sibi & alijs remissionem peccatorum, vitamq; beatam mereantur: quemadmodum ex literis indulgentiarum, quas Monachi benefactoribus dederunt, liquet. In quibus non meriti Christi, sed duntaxat operum suorum meminerunt.

Quod verò ad honorem, quo Christum quotidie afficere se dicunt, attinet: is aliud nihil est, quam summa blasphemia in passionem, obedientiam, & meritum Salvatoris nostri Christi: ita ut Christus in Papatu, dum per commentaria opera colli presumitur, vix alia maiori contumelia afficiatur, quam cum Pontificis signum crucis horribili idolatria coram eo procedentes adorant, & honorant, certusq; preculis ad illud demurmuratis copiosas indulgentias promittunt & largiuntur: atque sic huic operi fictitio & idololatrica adscribunt, quod solius obedientiae Christi est, quam in nostrorum peccatorum remissionem ad mortem usq; crucis suo Patri prestitit. De hac horrenda & execranda idolatria Pontificia testari possunt S. Brigite precatiuncula, & alia qua in Hortulo anima leguntur.

Quomodo Religiosi  
de merito remis-  
sionis peccatorū edocē-  
tuerint, & adhuc  
doceantur.

Quid de honore  
sentientū sit, quem  
Papista Christo in  
tempis suis quoti-  
die exhibent.

## IESVITAE.

## XX XI. Mendacium.

**P**ag. 124. in *Apologia*, artic. 6. sic ait Philippus: Ne offendat quen-  
quam, quod sibi Ecclesiae nomen vendicant. Nam Eccle-  
sia Christi apud hos est, qui Euangelium Christi recte do-  
cent: non apud illos, qui prauas opiniones cōtra Euangelium  
defendunt. Et passim in hac *Apologia* negat Philippus, apud nos esse Ec-  
clesiam. At hoc falsum esse, ex eadem *Apologia* conuinci potest. Nam pag.  
seuenti 125. dicit Philippus: Antichristum sedere in templo Dei,  
id est, ut ipse exponit, in Ecclesia dominari, & gerere officia. Et  
pag. 130. dicit: Papam esse Antichristum. Si ergo Papa tanquam An-  
tichristus

Genn. 114.  
Lat. 109. 110.  
Concord. fol. 61. &  
seq.

christus in Ecclesia dominatur, & gerit officia: & tamen non dominatur, nec gerit officia inter Lutheranos, sed inter Papistas: ergo non Lutheranis sed Papistæ sunt Ecclesia.

## RESPONSI O.

**165.** Mendacium Iesuitarum refellitur.

Hæc est petulans depravatio veri sensus verborum *Apologia*, quibus dicitur: Ecclesiam Christi non esse APVD ILLOS, qui prauas opiniones defendunt. Quod enim *Apologia de Papa & Clero ipsius* dicit, (qui nomen Ecclesia sibi vendicant: & quæcumque ipsi soli decernunt, ac conſtituant, illa pro decretis Ecclesia venditant: ) hoc referunt Iesuitæ ad multitudinem Christianorum, qui sub tyrannide Papa premuntur & ingemiscunt. In hac multi p̄ij, & viua Ecclesia membra sunt, quorum *Apologia* in artic. de Ecclesia ſaþe mentionem facit. Quomodo enim Papa Antichristus in Ecclesia & templo Dei federet, ac dominaretur, niſi quoque Ecclesia, hoc est, vera & viua Ecclesia Christi membra in regno Pontificio eſſent? Pij verò, qui contra Decreta & Statuta Pontificis puro Euangeliō Christi addicti ſunt, nomen Lutheranorum & hereticorum per iniuriam ferre coguntur: quibus Papa non ſolum dominatur, eorumq; conscientias ſuis constitutionibus grauat & excruciat, verū etiam persequitur, & trucidat illos.

In, & sub Papatu, quinam ſint vera Catholica Ecclesia, quiq; nom.

Quocirca ipſe quidem Papa vñā cum omnibus ijs, qui abominationes Papistici cultus probant, ſectantur, ijsq; immoriantur, non ſunt vera Christi Ecclesia, nec eius viua membra: attamen cùm in ipso Papatu ſint scripta Euangelica, ſymbolum fidei Catholicae, oratio Dominica, & Sacramenta: dubium planè nullum eſt, quin in illo Deus ſibi ſuos Electos conſeruet, qui illa ſenſu vero amplectantur, ac corde sincero à Pontificis Romani abominationibus recedant. Sicut quoque tempore Eliae factū eſſe legimus: quando Propheta existimabat, Eccleſiam veram interiſſe, ſeḡ; ſolum ex sinceris Dei cultoribus remanififfe. Huic, inquit Dominus: Seruabo mihi in Iſrael octo millia, omnia genūa, quæ non curuauerunt ſeſe ipſi Baal. Idem ſub Papatu factum eſſe, Christus & Paulus conſirmant: Surgent Pseudoprophetæ, (inquit Christus) & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur, ſi fieri poſſit, etiam fecuderentur.

Quapropter *Apologia* non hoc vult, quod in Papatu apud Pontificios vera

Status Eccleſia, tempore Eli Propheta.

1. Reg. 19.

Propheta Christi de Vera Catholica Ecclesia ſub Papatu.

Mth. 24.

2. Thess. 2.

*Vera Ecclesia non fuerit: sed quod illi nec fuerint, nec sint Ecclesia vera, qui prauas opiniones contra Euangelium defendant.*

Nec etiā Lutheri repugnat Apologia, afferenti: In Papatu nucleus Ecclesiæ fuisse: cuius maxima pars infantes fuerunt, qui in nomen Iesu Christi baptizati, primis statim annis suum diem obierunt, antequam Pontificia idolomania contaminari potuerunt. Reliqui autem (quos Deus suo Spiritu conseruauit) in silentio & spe tyrannidem Papæ sustinere coacti fuerunt. Nec vñquam testes cœlestis veritatis defuerunt: qui fidem suam nequaquam occultantes, coram alijs quoque eam professi sunt, atque errores Pontificum audacter improbarunt.

## I E S V I T A.

*Si Papa Romanus Antichristus est: à quo, obsecramus, Maiores vestris- Germ. 123. J  
dem Christianam didicerunt?*

## R E S P O N S I O.

Sicut primitiuæ Ecclesiæ Prophetarum scripta à Iudeis accepit: ita quoq;  
nos, qui Lutherani dicimus, à Papa, Episcopis & Sacerdotibus scripta Eu-  
angelistarum & Apostolorum, atque in his veram Catholicam fidem acce-  
pimus: quorum virtutem Papa & asecla ipsius obscurarunt, & abnega-  
runt: p̄ij autem nucleus prehendentes, per simplicem fidem in solum Iesu  
Christi meritum coram Deo iustificati & saluati sunt. Atque hoc modo sub  
Papa, & in densissimis tenebris Papatus vera Ecclesia Catholica fuit, &  
permanens: ipse vero Papa, & idololatrica ipsius multitudo, externatam-  
rum & putrida, nō vera & interna Christi membra fuerunt, licet officium  
docendi, & Sacra menta administrandi publicè gererint. Et hac de isto  
quoque mendacio Iesuitarum dixisse sufficiat.

## I E S V I T A.

## X X X I I. Mendacium.

Philipus in Apologia, de Ecclesiæ Catholicorum inquit: Quod fun- Germ. 125.  
damentum fidei de vera agnitione Christi tollat, ac sum- Latin. III.  
mum articulū de sola fide iustificante & saluante damnet: 1.  
contrà vero doceat, homines mereri remissionem peccato-  
rum dilectione & operibus, ante gratiam: (quamvis Philipus 2.  
verba haec: ante gratiam: postea omiserit) atque sic opera nostra in  
locum Christi subroget. 3. Concord. fol. 122.

Cum autem ne somniariet quidem vñquam vñllus Catholicorum, quod hic nobis obijcitur: & in confutatione Catholica passim repetatur, opera sine gratia nihil valere: constat, Philippum toties mendacij reum esse, quoties accusationem istam in Apologia repetit.

## RESPONSIO.

166. Mendacium  
Iesuitar. refutatur.

Pontificios fundamentum fidei de vera agnitione Iesu Christi rejicare: & sumimum articulum de fide salutifica damnare: suprà ipsorum & Concilij Tridentini verbis aperte demonstratum est. Cumq; prius etiam ostenderimus, ipsos docuisse: homines mereri posse remissionem peccatorum dilectione & operibus bonis: ampliori probatione hic opus esse, non iudicamus.

Deinde, si maximè Philippus verba ista: ante gratiam: non omisisset: non tamen propterea Iesuita eum mendacij conuincere potuissent: cum ipsi bunc errorim in mendacio 29. approbarint, de Niniuitis sribentes: quod ante & citra fidem, operibus penitentiae, nempe, laborioso suo ieunio gratiam Dei & remissionem peccatorum consecuti sunt. Cum ergo constet, Apologiam Philippi in his tribus articulis Ecclesiam Pontificiam recte meritoq; erroris accusasse: triplex hoc mendacium Iesuitis non iniuria remisimus,

## IESVITÆ.

## XXXIII. Mendacium.

Germ. 125.  
Latin. III.

**I**bidem scribit Philippus: Hic necesse est nos improbare & dare errorem Scholasticorum docentium: quod ij, qui Sacramentis recte utuntur (nisi obicem ponant) ex opere operato, etiam sine bono motu cordis, gratiam Dei consequantur. At nullus Catholicorū dixit vel scripsit vñquam, in adultis non requiri cum Sacramentis motū internum fidei, disiplentie, vel contritionis. Et nos suprà, mendacio 20. adduximus S. Thomam, asserentem, applicari Christi meritum hominibus per fidem, in Sacramentis.

## RESPONSIO.

167. Mendacium Ie-  
suitarum.

Quoniam suprà in Refutatione quinti mendacij, ipsorum Scholasticorum verbis clare euicimus, hanc ipsorum doctrinam fuisse: èd breuitatis causa lectorum nunc remittimus. Vbi quoque huins erroris conuicti sunt, quid docuerint, & doceant adhuc Pontificij: Baptismum infantibus, licet non credant, prodesse: & impium sacrificulum pro alio Sacramentum accipere,

eig;

*nig gratiam impetrare posse. Quare ut hoc obiectum mendacium prolixius refutemus: & Iesuitas mendacij, in errore suorum negando, pluribus concinamus, opus non est.*

## I E S V I T A.

## XX X IIII. Mendacium.

*Pag. 129. in Apologia sic ait Philippus: Sed fortassis aduersarij sic postulant definiri Ecclesiam, quod sit Monarchia externa, de immensa potestate Papæ. supra totius orbis tetratum, in qua oporteat Romanum Pontificem habere potestatem ἀναποδειγμον, de qua nemini liceat disputare aut iudicare, condendi articulos fidei, abolendis scripturas, quas velit, instituendi cultus & sacrificia, item, condendi leges, quas velit, dispensandi & soluendi quibuscumq; legibus velit, diuinis, Canoniciis, & ciuilibus, à quo Imperator & Reges omnes accipiant potestatem & ius tenendi regna de mandato Christi, cui cùm Pater omnia subiecerit, intelligi oporteat hoc ius in Papam translatum esse. Quare necesse fit, Papam esse Dominum totius orbis terrarum, omnium regnorum Mundi, omnium rerum priuatarum & publicarum, habere plenitudinem potestatis in temporalibus & spiritualibus, habere vtrunque gladium, spiritualem & temporalem. Atque hæc definitio non Ecclesiæ Christi, sed regni Pontificij, habet authores non solum Canonistas, sed etiam Danielem cap. II. In his verbis Philippi, prope tot mendacia sunt quot syllabæ.*

## R E S P O N S I O.

*Descripsit his verbis Philippus impotentem tyrannidem Pontificis Romanii, quam Deo permittente non sine pernicie & interitu multorum milium in Ecclesia exercuit: & quidem ea fide descripsit, vt mirum sit Iesuitas aliquid eorum, nedum omnia negare ausus.*

*Ad mendacium igitur hoc refutandum: singula descriptionis istius membra evidenter probabimus.*

## I E S V I T A.

*Profer igitur unum probatum Scriptorem aut Canonistam, qui de Pontifice Romano scriperit, quod Monarcha sit secularis, ad quem omnium VERUM*

terum tam temporalium, quam spiritualium potestas pertineat: quodque  
potestatem habeat omnia pro libitu agendi & dispensandi, quomodo &  
quando velit.

## RESPONSI O.

164. Mendacium te-  
gular, refellitur.

Occurrit hic initio malitiosa et perulans depravatio verborum Philippi,  
quasi in *Apologia* dicat: Papam à suis pro Monarcha SECVLARI  
haberi. At vox SECVLARIS, sive Mundanus, in *Apologia* non ha-  
betur. Latinum exemplar utitur voce EXTERNA: quid sit, externa  
Monarchia. In Germanico verò sic legitur: quid Ecclesia sit suprema  
Monarchia, maxima & potentissima eminentia in toto mundo. In Mun-  
do, ait *Apologia*, non mundanum: cui tamen omnes seculares potestates  
subiecta sint.

Caterūm, vt Lector Christianus perspiciat, in hoc loco *Apologia*, Pon-  
tifici Romano & Ecclesie ipsius nihil falso attribui: per partes singulū re-  
ritatem rei demonstrabimus.

1.  
Pontifex Romanus  
pro capite Ecclesie  
Catholicae à suis ha-  
betur.

Et primum quidem, Pontificem Romanum iudicio & sententia Cano-  
nistarum caput totius orbis Christiani esse: probatione operosa non eget,  
quandoquidem omnes Canonista & Pontificij Scriptores in hoc titulo  
tuendo laborent. Sicut id Antoninus, Archiepiscopus Florentinus, part. 3.  
Tit. 22. cap. 6. q. 3. multis rationibus ostendere conatur. Et Roffensis Epi-  
scopus contra Lutherum, fol. 299. 309. 316. Idem ex Concilio Florentino  
probare instituit: cuius verba hac sunt: Definimus, sanctam Aposto-  
licam Sedem, & Romanū Pontificem in VNIVERSVM OR-  
BEM tenere PRIMATVM: & ipsum Romanum Pontificem  
Successorem esse Beati Patri, Principis Apostolorum, & ve-  
rum Vicarium Iesu Christi, TOTIVS QVE ECCLESIAE  
CAPVT, & omnium Christianorum Patrem & Doctorem  
existere.

Idem contendit & propugnat Thomas part. 3. q. 8. artic. 6. Sed quid  
opus est multis hoc membrum probare? cum res ita manifesta sit, vt si quis  
Roma titulum hunc Papae derogare presumeret, igne piaculum istud ex-  
piare cogeretur.

2.  
Papatus, pro supre-  
ma Monarchia in  
Mundo habitus.

Secundo, de Monarchia Papa scribit Felinus celebris Iureconsultus.  
Licet communis opinio Canonistarum, in C. Nouit. Ext de-  
Judic. quod Papa habeat utrumque gladium habitu: tamen  
quia

Quia nullus reduxit habitum in actum, non videtur sufficere, quod solum dicatur verbis, IPSVM esse MONARCHAM respectu temporalium, &c. Vnde inquit, Canonista Pontificem pro Monarcha agnouisse. Quod tamen Iurisperiti non quid probare, & concedere valuerunt. Idem Rosserius Episcopus contra assertiones Lutheri ita Artic. 25. fol. 158 scribit: Nusquam equidem apud eum (Augustinum) legi, quod is locus nihil ad MONARCHIAM PETRI faciat. Nec opinor, te posse docere, quoniam loco sic dixerit, Et iterum, art. 30. fol. 390. Recte MONARCHIAM profecto credidit Ioannes Hus: nec dubito quin è sacris literis adactus fuerit idipsum confiteri.

Baldus: Papæ tota MONARCHIA spiritualis tradita est. Idem In pro. Decretorum.

Baldus: Quod Papa sit omniū Princeps & REX REGVM. Augustinus de Ancon. Papa habet omnem etiam Regalem & IMPERIALEM, nedum Sacerdotalem, POTESTATEM IN TOTO potest q. i. art. 7. MVNDO.

Bartolus: Papa potest citare quemcunque, in quocunq; loco existentem, quoniam VBI QVE EST DOMINVS. Item, Data est illi omnis potestas, in celo & in terra. Et: Tanta est eius potestas & eminentia, ut nullus mortalium nedium comprehenderet aut satis exprimere, sed ne cogitare posset. Antonin. part. 3.

Tit. 22. cap. 5. § 4. probare conatur, Papam authoritate & potestate maiorem esse angelis. Quia, inquit, nulli angelorum cōcessit (Christus) claves ligandi & soluendi, sicut Petro & successoribus eius. Et ideo non minor honor debetur Papæ, quam angelis. Vnde Papa recipit à fidelibus adorationes, prostrationes, & oscula pedum, quod non permisit angelus à Ioanne Evangelista sibi fieri.

Tertio, tribuitur Papa à scriptoribus Pontificijs, quod habeat in omnibus tam summis, quam insimis, tam Politicis, quam Ecclesiasticis causis & negotijs potestatem à iurisdictiōne pronunciandi & decidendi.

Fortunius Garzia lib. 1. Deus Papæ subiecit omnes leges: & ilius Celsitudini nulla lex imponi potest.

Antoninus Tit. 22. cap. 2. OMNES alij IN VTRQVE FORO sunt sibi subditi, sicut suo iudici. Idem de potestate Iurisdictionis temporalis & spiritualis: Potestas Iurisdictionis PLENE residet

Glossa ordinaria.  
Zodericus Zamor.  
lib. 2 cap. 1. Barthol. Chassaneus  
part. 4. confid. 7.  
Bernhard. de Bustis.

NE.

3.  
Papam habere potestatem, in omnibus causis judicialibus pronunciandi.

**I N S O L O P A P A.** Item: Quod omnis potestas secularis sit subdelegata respectu Papæ.

**4.**  
Papæ omnia licere:  
& voluntatem pro-  
ratione esse.

*Quarto, Papam habere plenitudinem potestatis in temporalibus & spi-  
ritualibus pro arbitrio & voluntate. Baldus: Papa habet voluntatem  
pro ratione in his quæ vult. Franciscus de Ripa: Papæ potestas  
absoluta est, & eam habet, ut vult. Hostiensis & Ioannes de Anania:  
Papæ omnia licent.*

**5.**  
Romana Sedes à ne-  
mine iudicanda.

*Quinto, quod de hac potestate Papæ nemini licet disputare aut iudica-  
re. Dif. 40. cap. Si Papa: Si Papa suæ & fraternæ salutis negligens  
deprehenditur, inutilis & remissus in operibus suis: & insuper  
à bono taciturnus quod magis officit sibi & omnibus: ni-  
hilominus innumerabiles populos cateruatum secum ducit  
primo mancipio gehennæ cum ipso plagis multis in æternum  
vapulaturus. Huius culpas istic RED ARGVERE præsumit  
mortaliū NVLLVS. Quia CVNCTOS IPSE IVDICA-  
TV RVS, A NEMINE ÈST IVDICANDVS. Gelasius Papa  
causa 9. cap. cuncta: Cuncta per mundum nouit Ecclesia, quod  
Sacrosancta Romana Ecclesia fas habeat DE OMNIBVS IVDI-  
CANDI, NE QVE CVIQUAM DE EIVS LICEAT IVDI-  
CARE IUDICIO. Item Innocentius: Nemo iudicabit pri-  
mam Sedem, iusticiam temperare desiderantem. Neq; enim  
ab Augusto, neque ab omni Clero, neque à Regibus, neque à  
populo Iudex iudicatur. Pius 2. Afferens, à Papa posse appel-  
lari ad Concilium, est hæreticus. Imò quod amplius est: scribere non  
puduit Canonistas, à Papa ne quidem ad Deum appellare licere.*

**6.**  
Papam habere po-  
test etiam conde-  
dicari articulos fidei.

*Sexto, quod penes Papam sit, articulos fidei condere. Antoninus part. 3.  
Tit. 22. cap. 7. Papa nouas potest instituere Religiones, & regu-  
las approbare Religionum, & reprobare. Roffensis art. 27. contra  
assertiones Lutheri, pag. 365. Cæterum tametsi nequeat summus  
Pontifex yna cum Concilio, hoc est, Ecclesia Catholica quic-  
quam aut verum, aut falsum facere, ac proinde nouos articu-  
los fidei constitueret: tamen QVICQVID hi nobis credendum  
tradiderunt, CEV FIDEI ARTICVLVM, ID CVNCTOS  
verè Christianos HAVD ALITER, QVAM ARTICVLUM  
FIDEI QVENDAM OPORTET CREDERE. Et mox: Quæ-  
obrem CERTO CREDENDVM est, QVICQVID Concilium*

Hum sic à Pontifice congregatum decreuerit esse de substantia fidei, id tanquam articulum fidei recipiendum esse. Idem. Ego non ambigo, quin Pontifex vna cum Concilio possit ea, quæ pridem absq; periculo salutis explicitè non fuerunt credita, facere necessaria creditu. Quod si posse constiterit: quis iam negabit illū EX NON NECESSARIIS ad salutem, posse facere necessaria?

*Septimū, Papam habere potestatem cultus instituendi. Sigismundus*

7.

*Lofredus Neapolitanus: Deus rata habet ea, quæ facit Papa, &c.*

Papam habere potestatem nouos cultus instituendi.

*Decius et Ludouicus Gomesius: Papa potest facere omnia, quæ Deus*

*facit. Imo, quod Papa sit Deus, Felinus dicere ausus est. Et paulo antè,*

*Antonizum Papae adulari audiuimus, quod nouas Religiones instituere*

*possit. Atque hoc ipsum speciatim confirmant Concilia Papistica: in quibus*

*Papa cum Episcopis instituerunt & sancierunt nouos cultus, qui veteris*

*Orthodoxæ Ecclesiæ Apostolorum tempore, & proximè sequentibus seculis*

*prorsus ignoti fuerunt. Quales sunt circumgestatio & adoratio panis in*

*festo corporis Christi, annus Iubileus, peregrinationes, & similes humanae*

*traditiones, falsi cultus plures, (quorum alibi mentio facta est) qui nullo*

*Scriptura fundamento nituntur.*

*Octauo, Papa à suis tributum fuisse, quod habeat potestatem, Scriptu-*

8.

*ras liberrimo arbitrio abolendi, detorquendi & interpretandi: idq; contra*

*leges omnes & sua quoque propria Decreta: sequentia testimonia com-*

*probant.*

Papam habere potestatem, Scripturam pro arbitrio interpretandi.

*Archidiaconus: Papa formam Sacramentorum ab Apostolis traditam potest immutare. Thomas Aquinas & Caietanus: Papa ut verus Papa, errare non potest: quia sedenti in solio suæ Maie-*

*statis Spiritus sanctus ait.*

*Ioannes de Turri cremata: Quod Papæ iudicium in his quæ fi-*

*dei, & ad humanam salutem necessaria sunt, non possit erra-*

*re. Carolus Ruinus Consil. 109. Contra Epistolas D. Pauli potest*

*Papa statuere. Antonius Maria in addi: decis. Rosæ, nouæ de bigamis,*

*nun. 9. Quod Papæ potestas maior sit Apostolo: & QVOD*

*POSSIT DICTIS APOSTOLI DEROGARE.*

*Ceterum, qua Canonista de Papæ immensa potestate scripserunt: hæc*

Concil. Constant. Sess. 13.

*Papa & Concilium Constantiense ipso facto comprobarunt, definientes:*

Papa & Concilium

*Licer Christus Sacramentum Cœnæ sub vtraque specie insti-*

supra Christum, &

*tuerit,*

scripta Euangelista-

*rum ac Apostolorum.*

tuerit, & suis discipulis administrauerit: licet quoque in primitiua Ecclesia sub vtraque specie recipetur: HOC tamen **NON OBSTANTE**, à Laicis tantummodo sub specie panis suscipiendum esse. Ita cùm Paulus scribit: Oportet Episcopum vnius vxoris maritum esse, qui liberos habeat obedientes: **PACUM Concilijs præfracte contradicit**: Oportet Episcopum nullius vxoris virum esse, nec habere liberos. *An non hoc est, Scriptura pro arbitrio abolere, peruertere, & contra omne Ius diuinum interpretari?*

1. Tim. 3.

Matth. 15.

**Quapropter verè Pontificibus dici potest**, quod Christus Phariseis dixit: Vos irritum fecistis præceptum Dei propter traditionem vestram. Marcus Mantuanus de Papa scribit: Quòd illi absolutè credendum sit, ne istud os mentiri, afferamus, vnde veritas ori debet. Et Bonifacius de vitulinis, in clement. i. de etate et qual. num. 41. Non obediens Papæ, est morte mactandus.

9.

Papæ potestas supra omnia iura & ipsum Imperatorem.

Nonò, Adulatores Papæ confinxisse, quòd habeat potestatem contra Decretum suum proprium, contra omnia iura, & omnes Imperatores, quoties, quantum & quando ei libeat: sequentia testantur. Antoninus: Illa quæ sancti Patres determinauerunt de Iure positivo, sunt relicta sub Papæ dispensatione, vt ea possit mutare vel dispensare, secundum oportunitatem temporum, vel negotiorum. Thomas in Quodlibeto, q. 4. art. 8. Non est dubitandum, quòd Papa habeat plenitudinem potestatis in Ecclesia, ita, quòd quæcunque sunt instituta per Ecclesiam, vel Ecclesiæ prælatos, sunt dispensabilia à Papa.

Item, Antoninus, Tit. 22. cap. 7. Papa POTES TOLLERE LEGES, QVO AD VTRVM QVE FORVM, in his, in quibus vertitur animæ salus. Idem Gomesius & Zasius censuerunt. Philip. Decius: Papa fertur cōtra Ius, & supra Ius esse, & extra Ius omnia posse. August. de Ancona: Romanus Pontifex Regibus, tanquam suis vasallis, suæque potestati subiectis imperat, vt etiam possit eos instituere & destituere.

Adhac Pontifex ipse tribuit sibi liberam, infinitam, immensam, absolutam potestatem in omnibus temporalibus & spiritualibus dispensandi, absoluendi, indulgendi, commutandi, laxandi, restringendi, confirmandi, declarandi, derogandi, referuandi: sicut eam Imperatores Romani, Reges, Electores, Ecclesiastici & seculares Principes, atq. Magnates, ipso facto sepe & multo

& multipliciter experti sunt. De hac scribit Auentinus, celebris historicus, in lib. 4. annalium (qui anno, &c. 54. Ingolstadij excusi sunt) quod Archiepiscopi, Coloniensis & Treuirensis, suo & aliorum praesulum nomine, Papa Nicolao Primo dixerint: Tu Pontificis quidem personam praefers, at tyrannū agitas: sub habitu & cultu pastoris, lupum sentimus. Titulus parentem métitur: tute factis Iouem ostendas. Cum sis seruus seruorum: Dominus dominorū esse contendis. Iuxta disciplinam Christi Seruatoris nostri insimus eius omniū minister templi Dei: tu verò libidine dominandi in præceps abis: *QVIC QVID TIBI LIBET, LICET.* Fucus factus es Christianis. Et paulò ante. Beneficia (Ecclesia) tu velut ilatro intercispis, templo Dei præripis, in teq; transfers. His factus fucus, ouibus abuteris, viuos occidis, fortes superis detrahis, vulneribus gladium melle litum cōdis, mortuos, quibus per te reuiuscere non licet, ad inferos extrudis.

Idem lib. 7. annalium, de Archiepiscopo Salisburgenſi Eberardo (qui ante 200. annos vixit) refert, quod in Conuentu Episcoporū & Procerum Imperij, oratione habita, inter cetera Pontificis Romani, & ipsius gregarium Romanensium tyrannidem his verbis descripsérit: Summo opere admonuit (Christus) ut falsos Christos, falsos Prophetas vitaremus, qui tecti pelle ouina, nimirum Christiano nomine, ac Pontificio titulo nobis dominari, atque illudere cuperent.

Quos ex spinis atque operibus, nempe auaricia, luxu, cōtentione, odio, inuidia, bellis, discordiæ malis, libidine dominandi, ambitione, cognosci oportere docuit. Quid nam aperi-  
tius hisce verbis, quam *BABYLONIS PHARISAEOS* atque *SCRIBAS*, celestis Imperator indicauit? sub Pontificis Max. titulo, pastoris pelle, *LVPVM* saeuissimum, nisi cæci sumus, sentimus. Romani flamines arma in omnes habent Christianos, audendo, fallendo, & bella ex bellis serendo magni facti, oues trucidant, occidunt, pacem, Concordiam terris depellunt, intestina bella, domesticas seditiones ab inferis eliciunt, indies magis atque magis omniū vires debilitant, vt omnium capitibus insultent, omnes deuorent, vniuersos in seruitutem redigant. Non-Pontificis more gregi consulunt, sed potius immanitate tyranni licentia debacchantur, &c. *CHRISTVS,*

Auentini testimoniū  
nium de illegitimā  
potestate Papæ.

Testimonium Archiepiscopi Salisburgenſi Eberardi, contra Pontificum Romanum.

*Fructus & opera  
Pontificis Romanus.*

Egregia Antithesis  
Christi, & Roma-  
norum.

N.B.  
Extrema impietas  
Romanae sum.

inimicos odio habere vetat, eosdem amari præcipit, de hisce promereri, **FIDEM HOSTIBVS SERVARE**, beneficijs maleficia expiare, docet. **ROMANENSES** contrà, sancta violare, fœdere Dei nomine sacrato ad fallendos homines abuti, benè meritis ingratos esse, malefactis beneficia compensare, bellare, litigare, defraudare, prodere, decipere, sub magna pietatis superficie iubent: diuinæ Maiestati, cœlesti prouidentiæ, naturæ repugnare, supremæ Maiestati à Deo Opt. Max. constitutæ (hoc est, **IMPERATORIAE**) resistere nos volunt.

Hyldebrandus.

Prophetia Archiepi-  
scopi Eberhardi im-  
plieta.

Hyldebrandus ante annos centum & septuaginta, primus specie religionis **ANTICHRISTI** Imperij fundamenta iecit. Hoc bellum nefandum primus auspicatus est, quod per Successores huc usq; continuatur. Primò illi Imperatorem à Comitijs Pontificalibus extrusere, ea ad populū & Sacerdotes transtulere. Deinde & his ludibrio habitis, atque explosis, nunc & nos in ordinem redigere, atq; seruitutem conantur, **UT SOLI REGENT**. Capti iam imperij cōsuetudine, penitatis suis & aduersariorum viribus, occasione rapiendæ damnationis, & opprimendæ libertatis Christianæ, specioso Ecclesiastice constituendæ libertatis fuso vtentur. Credite experto, non cessabunt, donec Imperatore in ordinem redacto, Romani Imperij honore soluto, pastoribus veris, qui pascant oppressis, canibus qui latrare queant sublatis, per hunc morem omnia extinguant, aut occidant. Ideo omnia turbare, atque permiscere volunt, &c. Formam serui supremæ Maiestas (**CHRISTVS**) suscepit, vt discipulis suis seruiret, eorumque pedes lauaret. **FLAMINES** illi **BABYLONIAE** soli regnare cupiunt, ferre parem non possunt, non desistent donec omnia pedibus suis conculcauerint, atque in templo Dei sedeant, extollanturque supra omne id, quod colitur. Fames opum, sitis honorum inexplebilis est, quo plura auido concesseris, eò plura appetit: porridge digitum, & manum concupisces. Licentia omnes sumus deteriores. Qui seruus seruum est, Dominus dominorum, perinde ac si Deus foret, esse cupit. Sacros cœtus, atque Concilia fratrum, imò Domorum suorum aspernatur: timet, ne eorum, quæ aduersus auspicias,

N.B.

Papa, Concilia legi-  
tima cur extimescat  
& oderit.

spicia, leges, intercessiones, indies magis atque magis gerit, rationem reddere cogatur. Ingerit loquitur, quasi verò Deus <sup>2. Thess. 2.</sup> esset. Noua Consilia sub pectori volutat, ut proprium sibi constitutum imperium: **LEGES COMMVTAT**, suas sancit, contaminat, diripit, spoliat, fraudat, occidit, **PERDITVS HOMINIS** ille, (**QVEM ANTICHRISTVM** vocare solent) in cuius fronte contumelie nomen scriptum est, **DEVS SVM**, **ERAT**. <sup>Papa Antichristus. Apoc. 13.</sup>  
**RARE NON POSSVM**: in templo Dei sedet, longè lateque dominatur. Sed sicut est in arcanis sanctorum literarum, qui Non omnes agnitos Antichristum legit, intelligat: Docti intelligent, omnes impij impiè agent, neque intelligent. **Hactum Archiepiscopus**, referente Auentino.

Confimili modo celebris ille Iureconsultus & Practicus Petrus Ferrariensis, ante 120. annos, fastum et tyrannidem Pontificis impugnauit, scribens: Vides, quod ipse Papa, qui deberet tanquam verus Vicarius vestigia sequi Iesu Christi, possidete, & manu armata nititur detinere Iurisdictionem in terris, ciuitatibus, & villis, & locis, **QVAE SVNT NATURALITER**, & à Mundi creatione, **ET CHRISTI ORDINATIONE IMP. ROMANI**, iuxtail lud: Quod est Dei, reddatur Deo, & quod est Cæsaris, Cæsari. **Notate vos Iesuitas**, IMO ipse Papa in ipso Imperatore nititur superioritatem habere: **QVOD RIDICULVM EST DICERE**, atque **ABOMINABILE AVDIRE**. Idem, in forma Responsionis rei: Et sic nota, quot modis Clerici illaqueant Laicos, & Iurisdictionem ampliant. Sed heu miseri Imperatores, & Principes seculares, qui hæc & alia sustinetis, & vos seruos Ecclesiæ facitis: & mundum per eos infinitis modis usurpari videtis: **NEC DEMEDIO COGITATIS**, quia prudentia & sapientia non intenditis. **Hec Ferrariensis**: quibus ipse & predicti Archiepiscopi, Pontificem Romanum viuis coloribus depinxerunt. Atque his laudibus celebrarunt Papum, non Lutherum, non Philippum, non Confessio Augustana & Apologia: sed Canonista, & in primis Archiepiscopi, quorum quidam seculis aliquot ante Lutherum, idem quod nos in Pontifice Romano improbarunt & damnarunt: neque id clam in aliquo orbis angulo, sed in publico conuentu Episcoporum & procerum Imperij. Nec dubitarunt, Pontificem Romanum ex factis & operibus ipsius appellare & proclaimare Antichristum, filium perditionis & desolationis, qui se efferaat supra omnem, qui Laudes Pontificis Romani, quos ei Archiepiscopi cecinerunt. Matth. 24. **Dens 2. Thess. 2.**

Deus autem numen dicitur, ostentantem seipsum quid sit D E V S : qui Imperatores, Reges, & secularem magistratum pedibus proculceret, omniaq[ue] sibi subiçere tentet. Ideoq[ue] Imperatores & Principes seculares à predicto Ferrariensi negligentia & discordia incusantur, quod ista Pontifici permittant, nec ab eius tyrannide (quam multis modis in Imperatores, Reges, & Principes exercuerit) se afferere cogitent. Cunctis enim notæ sunt perfida & crudeles machinationes Paparum, Gregorij VII. Urbani II. & P[etr]e[br]achis II. contra Henricum Imperatorem eius nominis IIII. susceptas quem bello, proditione, subditorum alienatione persecuti, dignitati, opibus & vita illius insidiati sunt : adeoq[ue], contra ipsum, Rudolphum Suevia Ducem Imperatorem elegerunt, cui postea in prælio dextra (qua Domino suo, Imperatori, fidelitatem & obedientiam iurauerat) non immerit, ille ipso confidente, precisa est.

Potestas Pontificis  
inexcubilis.

Hanc Pontificis potestatem, quam contra omne ius sibi arrogat, Marsilius Patauinus EXECRABILEM appellat. Et Socimus, vñâ cum alijs excellentibus Iurisperiti, dicit: Illam s[ecundu]m penumero non plenitudinem potestatis, sed plenitudinem tempestatis esse. Eadem imensa & illegitima potestas Papa, per glossam Iuris Canonici in C. quatuor 1. q. 7. his verbis scite perstringitur:

Seruierant tibi Roma prius Domini dominorum:  
Seruorum serui, nunc tibi sunt Domini.

Hanc impotentem dominandi libidinem cum Papa Bonifacius VIII, in Epistola ad Galliarum Regem, Philippum Pulchrum, arrogantiū ostentaret, & scriberet: Scire te volumus, quod in spiritualibus & temporalibus nobis subes. Beneficiorum atque præbendarum ad te collatio nulla spectat, &c. Et si quas contulisti: collationem haberi irritam decernimus. Aliud credentes, fatuos reputamus. Ad hoc instrumentum, responsum tale accipit: Philippus Deigratia Francorum Rex, Bonifacio se gerenti pro summo Pontifice, salutem modicam sive nullam. Sciat tua magna F A T V I T A S, in temporalibus nos alicui non subesse. Aliquarum Ecclesiistarum, & præbendarum vacantium collationem ad nos Iure Regio pertinere, & percipere fructus earum contra omnes possessores, utiliter nos tueri. Secus autem credentes, fatuos reputamus, atque dementes. Datum, &c.

Caterini, hac paulo alius repesta, quid aliud sunt, quam quod Lutheru

Epistola Philippi  
Pulchri ad Pontifi-  
cem Roman.

therus in p̄eclaro illo opere, cui ritulus est: Aduersus Papatū Romanum à diabolo fundatum: de Papa eiusq; regno scriptis, idq; verbo Dei probatis historijs et exemplis egregie cōfirmavit et illustravit? Quæ omnia in scripto peculiari Electorum, Principum, & Ordinū Confessionis Augustanæ (in quo causas ostendunt, cur Concilium à Pio 4. indictum adire recusent) prolixè ob oculos Lectori posita sunt. Ex his verò, bona fide huc usque com- memoratis, Christianus Lector conjecturam facere potest de impudentissi- ma vanitate, & vanissima levitate Iesuitarum, qua hæc omnia non solum praefatè negare, sed etiam Confessionis August. Apologiam mendacij ac- cussare audent, quasi ista de Pontifice Romano per summam iniuriam con- singat. Ex dictis quoque cognoscere licet, hic plura mendacia à Iesuitis con- glomerata esse, quorum illos vere & euidenter in diluendis obiectis con- vicinus.

Et quidem hæc verissima, iamq; aliquot seculorum certissimâ experien- tia comprobata & impudentissimè negando, non hoc agunt Iesuitæ, vt pote- statem Pontificis contra omnia iura vi atque fraude arreptam imminuant: sed hac ipsa de causa, hoc postremo seculo à Diabolo excitati sunt, vt omni conatu & labore per mendaciam, sycophantias, & fraudes Cathedram pesti- lentiæ denuo erigant & suffulcent, quæ multis in locis penitus collapsa, in alijs autem iam nutare & ruinam minari cœperat. Hinc etiam sanguina- rias machinationes ubique moluntur, si forte Confessionis sua Principes in armæ contra nos concitare, & bellum funestum in Germania excitare pos- sent: sicut iam multis annis, in alijs prouincijs & regnis (in quibus subditi Magistratus suis non solum obedientiam debitam in rebus temporalibus, sed plura quam iure tenebantur præstituros se obtulerunt) gregalium ipso- rum instinctu & incitatione plurimum sanguinis innocentis eam solam ob- causam effusum est, vt Pontificis Romani eminentia, tyrannis, idolatria, impostura & fascinatio stabiliatur.

Verum Iesuitis curandum & caendum erat, ne suis cruentis Consilijs & machinationibus rem è deducant, vt neruus nimium intensus rumpa- tur. Et illud Psalmi diligenter cogitent: Ecce parturit iniusticiam, Psalm. 7. concepit dolorem, & pariet mendacium. Foueam fodit, & effodit eam, & incidit in foueam quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

Quod autem Iesuitæ præter catena impudentissimè & nequissimè ca- 169. Mandacium & lumnianum calumnia Iesuitar.

Iesuitæ impudentes ter- mendaces.

Cruente machina- tiones Iesuitarum.

Papisticus Magistra- tus dum in gratiam P̄otificis bella gerit, se ipsum & obedien- tes suos subditos perdit.

luminantur, Concionatores Lutheranos eiusmodi Monachiam & tyrannidem, quam Papa sibi rapuit, in Ecclesia affectare: hoc ea fide dicunt & scribunt, qua istud, quod supra Papam, Imperatorem, & Reges, nos iudices constituamus, nec cuiquam cedere, aut parere velimus. Sicut enim Pontificem Romanum non pro capite Ecclesia, sed pro Antichristo agnoscimus, & declaramus: quo nomine Archiepiscopi, & Episcopi Germanie ante annos ducentos illum insignierunt: ita Imperatorem, Reges, Electores, Principes, Comites, Barones, tanquam Magistratum à Deo ordinatum colimus, obedientiam debitam eis praestamus, & Cesari, qua Cesaris sunt, danda esse docemus, modo ipse non interdicat Deo dare, quod Dei est. Tamen secundum Apostoli Petri doctrinam, Deo magis obediendum est, quam Cesari, Regibus, Electoribus, Principibus, aut cuiuscunque nominis potestatis.

Ministri Lutherani  
obedientiam debi-  
tam Dominis suis  
præstant.

Math. 22.  
Acto 4.

Index controuer-  
sium quis.

170 Mendacium le-  
suitarum.

Ad quam condicio-  
nem Theologi Cö-  
fessionis Augusti-  
ne offerant.

Iesuitæ & Pontificij  
subterfugunt Col-  
loquium, in quo iu-  
dicium soli verbo  
Dei permittatur.

171. Mendacium le-  
suitarum.

Quomodo Magi-  
stratus Politicus fu-  
ris diuisionem Ecclæ-  
esiasticam usurpare  
possit & debeat

Nec nos ipsos iudices constituimus: sed iudicium unius verbo Dei permittimus, ut controuerstas inter nos & Pontificios Doctores dirimat. Hunc iudicem vos lesuitæ, una cum errorum & blasphemiarum vestiarum consor-  
tibus ferre nullo modo potestis, ut suprà ostendimus.

Deinde, non minus impudens mendacium lesitarum est, quod de nobis scribere audent: Nos Imperium Magistratus detrectare, à nemine regi, nemini cedere, sed omnia pro placito, quomodo, quando, & ubi libeat, agere velle. Semper enim & nunc quoque offerimus nos, quod si verbo Dei unius vel plurium errorum conuincamur: nos libenter etiam pueri se-  
ptenni verbum Dei proferenti, cum debita gratiarum actione, & humili-  
animorum subiectione cessuros & institutionem admissuros. Quod vos ex parte vestra tam non facere in animum induxitis, vt etiam in hunc usque diem tali Colloquio vos committere, nec velitis, nec audeatis, in quo inter partes dissentientes sola Scriptura S. iudex audiatur: cum tamen nemo non equissimum esse videat, vt nec nostra, nec vestra, nec ullius hominis com-  
menta, sed solum verbum Dei, velut unicam veritatis normam sequamur.

Quod vero tertio loco criminantur: Lutheranos præter mundanum, Ecclesiasticam quoque Iurisdictionem sibi sumere: hoc ad Electores, Principes, & ceteros Confessionis Augustanae Ordines pertinet: de quibus, vt in alijs, nefarii meniuntur. Nam prius Magistratus in negotijs Ecclesiasticis sibi plus potestatis non arrogat, quam quantum in Consistorijs Ecclesiasticis constituendis, Ecclesiarum & Scholarum visita-  
tionibus annuis, hisq; similibus, mandato diuino impostum ipsi est, quod q; exempla

exempla piorum Regum, Davidis, Solomonis, Iosiae, Hiskie, Iosaphat, &c. confirmant & probant. Illius enim interest scire, quomodo Ecclesia admissa & restringitur: eiusq; opera tanquam Christiani & p; Magistratus, Ecclesia Ministri ad puram doctrinam, & honestam disciplinam conservandam utiliter vti, adeoq; operas mutuas tradere possunt. Quia de causa Magistratus Politicus à Reginine Ecclesiastico nullo modo excludi debet: quod tam à vobis Iesuitis, & Papisticis Sacerdotibus fit: qui vestri Magistratus dominium contra ius diuinum excusifistis, adeo ut ipse iam falsos, perniciosos, idololatricos, magicos & manifeste impuros sacrificulos, quos ab officio remouere debebat, & iure poterat, ferre cogatur.

Quartò, apertum & impudens mendacium est, quod pro arbitrio liberos quoescunque velimus è Canone & sacris Biblijs exterminemus: ceteros verò glosis, versionibus, additionibus & detractionibus nostris, infinitis propemodum in locis deprauemus.

Lutherus enim nullum prorsus librum aboleuit, nullum è Canone sustulit: sed de libris sacris (quorum in sua versionis Praefationibus mentionem facit) idem censuit & scriptit, quod in primitiva Ecclesia post tempora Apostolorū Ecclesia Doctores de illis senserunt & iudicarunt: sicut Historia Ecclesiastica de Epist. Iacobi, Iude, Apocalypsi Ioannis, eiusq; secunda & tercia Epistola, & in veteri Testamento de libris Machabeorum, Sapientia Solomoni, Syracide, Baruch, Tobia, Judith, Hist. Susanna, tertio & quarto libro Esra, &c. manifeste testatur. Quos Lutherus quidem omnes in linguam Germanicam translulit, atque in codice Biblico reliquit, quod eos utiliter legi, non tamen articulos fidei Christianae ex illis probari posse, censeret. Quamobrem etiam à Diuo Hieronymo alijsq; Ecclesiasticis Scriptoribus Apocrypha nominantur.

Ut verò Lutherus in translatione Bibliorum nihil penitus corrupserit, aut deprauarit, sed loci cuiusq; genuinum & proprium sensum phrasē Germanicā reddiderit: omnes eruditī, & Hebraicā, Graecāq; linguae periti iudicare, ac testimonium perhibere poterunt. Et quidem adeo nemo nostrum ad illam translationem alligatus est, patrocinium doctrina nostrā in ea querendi: ut etiam nos ipsi, cùm opus est, Pagnini & Erasmi versionibus Sant. Pagnini, Erasmi, & Dietenbergij translationes Bibliorum.

Quod verò ad marginales annotationes in versione Lutheri attinet: maioris intelligentiae causa ad declarandum loca nonnihil obscura additæ

B b 2 sunt,

172. Mendacium  
Iesuitarum.

Lutherus nullum librum Biblicum aboleuit.

Euseb. lib. 3. cap. 25.

Vide Augustinum  
de doctrina Chri-  
stianalib. 2. cap. 2.

sunt, quo Spiritus sancti mens eò rectius perciperetur. De quibus similiter erudit, quorum censura subcyuntur, iudicabunt.

173. Mendacium Iesuitarum.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.
- 6.

Lutherani nullos  
nouos articulos fi-  
aci fabricarunt.

Quintò, non minori impudentia & vanitate scribunt: Lutheranos condere nouos articulos fidei. Quales sint: Solam fidem iustificare & saluare: Non esse sacrificium, nec Sacerdotium ali- quod noui Testamenti: Ecclesiam inuisibilem esse: Nullam esse communionem Ecclesiæ militanti cum triumphante in cœlo: Quemque teneri credere se iustum esse, licet in omni opere bono peccet: vñtata Sacra menta, ceremonias, atque pias ordinationes tollere, & in locū eorum Cœnas & comediations priuatas substituere. De his verò articulis omnibus, quia in præcedentibus sufficienter diximus, ac simul mendacia Iesuitarum solidè confutauimus: Christianum Lectorem, ne eorundem repetitione molestiam ei creemus, ad priora remittere volumus.

Quaratione Prophetia Danielis cap. 11. ad Pontificem Romanum refe- ratur, quodq; ap̄fisiæ in illum quadret, & Papam Antichristum esse, eu- dentier demonstret: non molestum sit pro lectori ea de re Præfationem Luthe- ri in Prophetam Danielem legere, & tum de toto negocio iudicare.

Lutherus nullum  
sacrificium à Deo  
mandatum abroga-  
vit.

Ad hæc, Lutherus nullum sacrificium, quod Deus præcepisset, aboleuit, sicut ibi Antichristo tribuitur: sed tantum abusum & depravationem Sa- cramenti Cœna sustulit: quod Papa in sacrificium propitiatorium pro pec- catis viuorum & mortuorum conuertit, eoq; sacrificium crucis Christi, quo semel peccata totius Mundi perfectè expiata, nosq; Deo reconciliati su- mus, blasphemauit & exinanuit. Pro confesso autem sumimus, quod le- suite & hoc loco scribunt: Pontificem Romanum (vt nos quidem putemus) Deos innumerabiles colere, omnes videlicet san- ctos & sanctas, qui cum Christo regnent. Hoc verò quid aliud est, quam Ethnica idololatria? vbi tantum nomina idolorum Ethnicorum cum nominibus Sanctorum permutata sunt? Et quæ illi, Dijs suis fictijs tribue- runt, & ab illis petuerunt, hac hodie Pontificij sanctis defunctis adscri- bunt, nec sine horribili idololatria ab ijs petere solent: de quo etiam suprà dictum esse meminimus.

Fuimus autem in refutatione huius 34. mendacijs, à Iesuitis obiecti, ali- quantò prolixiores, vt tam summi, quam infimi Pontificem Romanum eiusq; Regnum accuratiū cognoscere, ac fugere discant, ne in stagno ignis & sulphuris plagarum ipsius in eternum participes fiant: vt etiam mani- festēd.

*festò liqueret omnibus, nihil eorum verum esse, quæ hoc loco Iesuitæ de Pa-  
pa, & de nobis comminiscuntur, sed quòd pro suo ingenio & Spiritu nū nisi  
mendacia euomuerint.*

## I E S V I T A.

## XXXV. Mendacium.

*P*ag. 130. in *Apologia, artic. de Ecclesia, sic de Romanis Pontificibus lo-* Latin. 113.  
*quitur Philippus:* Nec est ad Pontifices transferendum, quod  
ad veram Ecclesiam pertinet, quòd videlicet sint columnæ  
veritatis, quòd non errant. Quotus quisque enim curat Eu-  
angelium, aut iudicat dignum esse lectione? Multi etiam pa-  
lam irrident religiones omnes.

## R E S P O N S I O.

*Quod hoc loco de Pontificibus, & nonnullis Episcopis dicitur, eius verita-  
tem aliquot seculorū experientia ita comprobauit, vt etiam toti orbi Chri-  
stiano innotuerit, nec quisquam de eo nisi pertinax Papista dubitare possit.* 174. Mendacium  
Iesuitarum.

*Etsi enim inter Papas & Episcopos, docti quoque reperiantur: apud ipsos  
tamen Biblia sacra, sicut tempore Iosia Deuteromium, amissa sunt, dum  
Breuiarium & cursus B. virginis Mariae loco sacra Scriptura & Euange-  
lij terunt. Quod enim assidua lectione (cui vt cardines Ecclesie in primis  
dediti esse debebant) Scriptorum Propheticorum atque Apostolicorum &  
ipsi discant aliosq; doceant quid propriè Euangelium sit: ita paucos repe-  
rias, vt etiam hoc studium sacrum in Principibus, quos vocant seculares,  
culpent & damnent, eosq; ad curam & administrationem rerum mundana-  
rum, tanquam Principes mundanos (quos sacra tructare nō conueniat)  
remittant: quasi nihil ipsos curare attineat, vt subditis de sincera Euange-  
lij predicatione prospectum sit. Quod sanè de Episcopis, Iesuitarum quoque  
iudicio, audire, horrendum est.*

## I E S V I T A.

*De Episcopo nec presumendum, nec cogitandum erat, quod nullam pu-  
ginam, nedum literam in Euangeliō legerit: multò minus quòd suam reli-  
gionem irrideat.* Germ. 110.

## R E S P O N S I O.

*Si Papa Ecclesie Episcopos daret, quales Paulus Apostolus requirit & de-  
scribit: nimirum aptos ad docendum, & potentes ad exhortandum per do-*

Quām curx sit Episcopis Italix rec-  
bum Dei.

ctrinam sanam, & contradicentes conuincendum: de illi tali quid cogi-  
tare, nefas esset. Sed ubi tales inuenias, qui docere & concionari nōint?  
Ad hanc, manifestum est cunctis, qui vel semel Italiam adierunt, quām cu-  
re & cordis su Papæ, Cardinalibus, & Episcopis Euangelium: cuius lectio-  
nem in lingua materna Laicis non permittrunt: nec integro anno, excepta  
quadragesima, conciones habent: manifesta turpitudine & nefandis scele-  
ribus se polluunt, vitamq; scandalip plenam ducunt. An verò hoc non est Eu-  
angelium, non Doctoris Lutheri, sed Domini nostri Iesu Christi, ab Euan-  
gelistis & Apostolis descriptum contemnere & irridere? aut quomodo verè  
& quoquam dici potest, Episcopis illis Euangelium Christi curae esse?

## I E S V I T A.

Germ. 130. Certum est, omnes Pontifices & Episcopos tanquam Sacerdotes, pre-  
terquam quodd multi illorum Scripta non cotemnenda ediderunt, (ex qui-  
bus est Innocentius: cuius sermones, Epistolæ, aliaq; opera sacris testimonijs  
plena, extant) vel minimum in Missa Euangelium & Epistolam legere.

Latin. 114.

## R E S P O N S I O.

Quo sensu in Apo-  
logia scriptum fit,  
Episcopos Italix  
Euangelium non  
curare, non legere.

De hac lectione non agit Apologia: sed intelligit per vocem Euangelijs  
scripta Euangelistarum & Apostolorum, in quibus Euangelium de Christo  
descriptum & comprehensum est: Quorum diligens lectio & accurata me-  
ditatio Episcopis & Sacerdotibus commendatissima esse debebat, vt ex illo  
rudem plebeculam recte erudire & instruere noscent. Hic queritur: quām  
multos Episcopos Pontificios inuenire liceat, qui hoc sine aliquo pagina in  
Euangelio legerint? Præterea manifestum & notum est, multos Sacerdo-  
tres ordinari, qui Euangelium in Missa vix recte legere possunt, nedum ut  
intelligant. Quomodo ergo miserum vulgus ex illo de fide docerent?

Cūq; igitur Apologia non iniuria & absque causa queratur, Pontifices  
& Episcopos Euangelium non curare: iterum liquet, Iesuitas hac in parte,  
non sine ingenti vanitate Apologiam mendacij accusare.

## I E S V I T A.

## XXXVI. Mendacium.

Germ. 131.

Latin. 114.

P Ag. 136. in Apologia, artic. 10. sic mentitur Philippus: Decimus  
articulus approbatus est: in quo confitemur nos sentire,  
quod in Cœna Domini verè & substantialiter adsint cor-  
pus &

Pus & sanguis Christi , & verè exhibeantur cum illis rebus  
quæ videntur , pane & vino , his qui Sacramentum accipiunt.  
At bone Philippe , in artic. 10. Confessionis , quem nostri receperunt , nul-  
la facta est mentio panis & vini , manentis cum corpore & sanguine  
Christi.

## RESPONSI O.

Quoniam de hoc articulo , suprà in refutatione 2. mendacij sufficien- 175. Mendacij re-  
ter & prolixè egimus : Lectoris patientia hic abuti , & denuo ista repetere futatio.  
nolumus.

Absque dolo autem & crimine falsi , res vtrī Augusti gesta est , à nostra  
parte commemoratur . Arriculus enim 10. principaliter agit de vera &  
Substantiali presentia corporis & sanguinis Christi in S. Cœna , contra er-  
torem Sacramentariorum sive Zwingianorum: ad quem vtrīq. tam Pon-  
tificij , quam Confessioni August. addicti respexerunt , seruat à communī  
formalōquendi.

Quapropter etiam nunc Iesuitarum Vanitas falso mendacij insimulat  
Philippum.

## IESVITÆ.

## XXXVII. Mendacium.

Pag. 140. in Apologia , artic. 11. Nunc de hac fide consequente Germ. 131.  
remissionem peccatorum , nulla est syllaba in tanta mole Germ. 115.  
constitutionum , Glossarum , summarum , Confessiona-  
lium: nusquam ibi Christus legitur.

## RESPONSI O.

Quod nec his verbis Apologia Papistis iniuriam faciat : probatione ope-  
rosa opus non est: quandoquidem ipst̄ Iesuitæ à crimine mendacij eam pur-  
gent, cūm scribunt.

## IESVITÆ.

Si de fide loqueris , quæ sola iustificet , & certos absolutè reddat , re- Germ. 132.  
missa esse peccata: non mireris si ea fides non inueniatur in Glossis & Sum- Latin. 115.  
mis. Nam cum illa fierent, ista nondum erat nata. At de fide vera in Chri- Propria Confessio  
stum , & de ipso Christo , nihil in tot libris legi ; mendacium est nimis Iesuitarum, quod  
eraffsum. de vera salutifica fide  
nihil in libris Papi-  
starum legatus.

## RESPON-

## RESPONSIo.

176. Mendacium Iesuitarum.  
Quæ sit vera Christianorum fides.

Fides Papistarum,  
non est vera Catholica, sed dæmonum  
fides.

Qualem Christum  
Papistæ sibi fingant.

O miseram fidem,  
atque spem Papistarum.

Hebr. 11.  
Qualem Christum  
Scriptura doceat.

Confessio hac Iesuitarum plana & aperta est, quod in Decretalibus, Glossis, & summi Scriptorum Pontificiorum nulla syllaba extet de hac fide in Christum, qua homo certò & firmiter statuit, (absque consideratione sua propria & multiplicis infirmitatis) sibi omnia peccata per & propter Christum remissa esse.

At vniuersa Scriptura sacra tam veteris, quam noui Testamenti aliam preter hanc fidem non docet: sicut suprà in Refutatione mendacijs quarti prolixè demonstrauimus. Vnde manifestum fit omnibus, Apologiam nihil derogare Pontificijs Scriptoribus, de quo iure conqueri possint. Nam quod de sua Catholicâ fide in Christum obtendunt, quam etiam Scortatores, adulteri, & (sicut Concilium Tridentinum loquitur) masculorum concubitorum, fures, ebriosi, maledici, rapaces, ceteriq; omnes, qui lethalia peccata committunt, habent, retinent, nec eam amittunt, et si in his horrendis sceleribus impénitentes perseverant: suprà ostensum est, eam non esse veram, Catholicam, Christianam, saluificam, sed dunt axat historicam fidem, quam dæmones quoque habent.

Quapropter nec Lutherus, nec Philippus in eo mendacijs coincipi possunt, quod scripserunt: In omnibus Papistarum libris, nullum verbum de Christo inueniri. Talis enim Christus nec in cœlo, nec in terra est, qualem Pontificij sibi singunt: qui nobis videlicet passione & morte sua pro meruerit, ut credamus, hoc est, verum esse statuamus quod pro totius Mundi peccatis mortuus sit: attamen ne quisquam firmiter credat, certoq; statuat, S I B I omnia peccata sua remissa esse, scq; Deum propitium habere, & quo perfidem in Christum iustus reputetur: sed modò per caritatem insulam, & opera sequentia iustum fieri, nec non peccatorum remissionem mereri, nihilominus verò ad extremum usque spiritum de gratia Dei dubitare, certa tamen spe salutis mori, debere. Et si contingat, ipsum non saluari: nihil contra spem ei accidere, quandoquidem spes non sit rerum certarum, ut fides, sed solum contingentium. Idcirco hominem quidem certò sperare, at non certò credere debere, se saluum fore. Cum tamen Apostolus testetur: Fidem esse earum rerum, quæ sperantur, hypostasin, argumentum eorum quæ non videntur. De huicmodi Christo Papistæ, & de tali fide in Christum, nec Prophetæ, nec Apostoli quicquam norunt: sed talēm Christum nobis proponunt, qui unus & solus obedientia sua pro peccatis totius Mundi, adeoq; pro culpa & pœna satisfecerit. Deinde,

*de, talem fidem in Christum docent, qua certò, firmiterq; statuit, hominem nec ante, nec post gratiam, vel minimum peccatum expiare, aut remissionem peccatorum & pènalarum mereri posse: Sed quæ solus obedientia Christi operi & merito fudit: qua ratione quoque sola saluat. Super hanc fidem fundata est spes: quæ nequaquam rerum incertarum est: sed ut Paulus scribit: Spes non confundit. Hæc nullo modo spes Papistica esse potest, quia ipsi moribundos in purgatorium, & tandem in infernum ablegant.*

*Ex fide quoque Christianorum à nobis descripta, proficit vera caritas, & opera bona, tanquam fructus iusticie fidei: quibus Deo gratitudinem, & proximo suam fidem declarant, & ostendunt.*

*Cum ergo Scriptores Pontificij, præter Christum fuditur, & fidem Scortatorum, adulterorum, Sodomitarum, (quam etiam impénitentes retinere possunt) aliam non nōrint: iudicio omnium piorum, & recte sentientium permitimus, an modo prædicto à Luthero & Philippo villa iniuria affectisint.*

## I E S V I T A.

## XX XVIII. Mendacium.

**P**ag. 140. in *Apologia*, artic. 12. de pœnitentia, sic loquitur *Philippus*: Negant fidem esse alteram partem pœnitentiaz. Quid hic Germ. 112.  
Carole Cæsar inuictissime faciemus? Hæc est propria vox Latia. 116.  
Euangelij, quod fide cōsequamur remissionem peccatorum.  
Hanc vocem Euangelij, (quæ non nostra, sed Christi propria  
est) damnantisti Scriptores confutationis.

Sed non ita est, *Philippe*: non enim confutatio vsquam negat, nos fide consequi remissionem peccatorum: sed negat nos SOLA fide consequi remissionem peccatorum. Hoc enim non Dei verbum, sed tua & Lutheri additione est.

## R E S P O N S I O.

Quid Iesuitæ & Scriptores Papistici per vocem fidei, in iustificatione hominis coram Deo, intelligant: sepius hic usque ostensus est, nempe, fidem Scortatorum, adulterorum & Sodomitarum: quam etiam Diaboli habent, ac contremiscunt. De hac fide non loquitur *Apologia*, sed de vera saluifica fide, quæ certa & firma fiducia in Dominum nostrum Iesum Christum est, quod omnes & singuli in ipsum credentes, propter solam illius obedientiam remissionem peccatorum habeant. Hanc fidem confutatio Papistica

*non solum negat, sed Concilium Tridentinum eandem quoque damnavit  
scit supra ostendimus. Quomodo ergo Iesuitas non pudet, contrarium hoc  
loco prosterit?*

*Quomodo sola fide  
in Christum, remis-  
sionem peccatorum  
consequamur.*

*Ivan. 3.*

*Deinde, prius quoque satis superq; declarauimus, quis sensus verborum  
istorum sit, quando dicimus: Nos sola fide remissionem peccato-  
rum consequi. Nimirum is: quod propter nullum aliud opus, quo cunq;  
nomine appelletur, remissionem peccatorū consequamur, nisi propter opus  
obedientie Christi, quod sola fide apprehenditur. Quemadmodum scri-  
ptum est: Sic Deus dilexit Mundum, vt Filium suum unigeni-  
tum daret, VT OMNIS, QVI CREDIT IN EVM, non pe-  
reat, sed habeat vitam aeternam. Hec fides est firma certaq; fiducia  
in solam obedientiam Christi, quam pro peccatis totius Mundi iusticia di-  
uinæ praesedit: hæc fides per usum Sacramentorum confirmatur: hæc in om-  
nibus temptationibus in solius Christi obedientiam respicit. Quamobrem vox*

*Particula SOLA,  
non Lutheri, sed  
Spiritus S. vox est.*

*Auctor 4.*

*SOLA, nec Philippi, nec Lutheri, sed Spiritus sancti vox est. Quando enim  
Petrus ait: Non est in alio quoquam salus, nec aliud nomen est  
sub celo datum inter homines, in quo oporteat nos saluos  
fieri: quid hoc, quæsumus, aliud est, quam quod nos dicimus: Hominem  
sola fide iustificari & saluari? Atque hoc modo Lutherus in versione Ger-  
manica Epistole ad Romanos perpetuam & constantem sententiam Apostoli  
Pauli respexit, quando voce SOLA in sequentibus usus est: Arbitra-  
muri igitur sola fide iustificari hominem absq; operibus legis.  
Vox enim SOLA siue extet, siue non: Idem semper sensus manet, quid  
sola fide iustificemur, quandoquidem Paulus expresse opera remoueat, &  
dicat: Absque operibus legis. Semoue enim opera legis: quid propter  
solam fidem remanebit? quod etiam pueri septennes intelligere possunt.*

*Sed Paulus quoq; alias plures voces, idem significantes posuit, vt: Gra-  
tis, illius gratia: quæ idem quod particula SOLA, denotant. Sic enim  
Rom. 3. legimus: Omnes peccauerunt, & destituuntur gloria  
Dei: iustificantur autem GRATIAS, illius GRATIA. Et cap. 4.  
Porro ei, QVI NON OPERATVR, SED CREDIT IN  
EVM, qui iustificat impiū, IMPVTATVR FIDES SVA AD  
IVSTICIAM. Quid, hoc aliud est, quam dicere: Solam fidem iu-  
stificare? Et mox: Idcirco ex fide, vt secundum gratiam, vt fir-  
ma sit promissio. Si enim iusticia nostra coram Deo valens, ex operibus  
quoque & merito operum nostrorum esset: nullo modo firma esse posset. Qua-  
propter*

*Cur iusticia & salus  
nostra, ex fide sit.*

Propter vos Iesuite, verba Pauli penitus prius (adhibita specillis) inspicite,  
quam Doctorem Lutherum mendacij ac criminis falsi argutis.

Porrò, vox ista SOLA, tam non à Luthero vel Philippo, verbis Pauli  
primitus illata est, vt etiam Ambrosius in explicatione Epistole Pauli ad  
Romanos, aliquoties ea yfus fit. Vt, cùm scribit: Iustificati sunt gratiis  
quia nihil operantes, neque vicem reddentes, SOLA FIDE.

Vox SOLA non  
primùm à Lutherò  
conficta, verbisque  
Pauli intrusa.  
IVSTIFICATI SVNT DONO DEI. Idem in cap. 4. ad Rom.  
Ambrosius in cap. 5.  
Rom.

Quomodo ergo Iudæi per opera legis iustificari se putant iu-  
stificatione Abrahæ, cùm videant Abraham non ex operibus  
legis, sed SOLA FIDE IVSTIFICATVM? Non ergo opus  
est lege, quando IMPIVS PER SOLAM FIDEM IVSTIFI-  
CATVR apud Deum. Ibidem: (Secundum propositum gratiæ  
Dei.) Sic decretum dicit à Deo, vt cessante lege, SOLAM FI-  
DEM gratia Dei posceret ad salutem. Et mox: Beatos dicit, de  
quibus hoc sanxit Deus, vt sine labore, & aliqua obserua-  
tione, SOLA FIDE iustificantur apud Deum. Et post pauca: Ma-  
nifestè beati sunt, quibus sine labore, vel opere aliquo remit-  
tuntur iniquitates, & peccata teguntur, nulla ab his requisita  
penitentia opera, NISI TANTVM VT CREDANT. Huc  
r̄sq̄ue Ambrosij verba propria: in quibus cùm voculam SOLA, quinques  
repetierit, eaq̄ mentem Pauli illustrarit: qua fronte ergo vel potius pudenda  
in sc̄iūta Iesuite dicunt, vocem SOLA à Luthero primum confitam,  
eaq̄ doctrinam Pauli de iustificatione hominis coram Deo, corruptam &  
adulteratam esse?

Caterūm non solum Ambrosius, sed alij plurimi tam veteres, quam re-  
centiores Ecclesiæ Doctores, voculam istam in articulo & doctrina de iustifi-  
catione hominis coram Deo, usurparunt: quorum nomina dunt axat sub-  
iungere nunc placuit:

1. Iustinus in expositione fidei.
2. Clemens Alexandrinus, libro 7. siromatum.
3. Irenaeus in prefat. lib. 3. Idem lib. 4. cap. 13.
4. Origenes super 3. caput ad Romanos.
5. Cyprianus in expositione Symboli. Idem, in Serm. de passione Domini.
6. Eusebius lib. 3. hist. Eccles. cap. 27.
7. Hilarius, in 9. cap. Matthai de Paralytico. Idem, Can. 8. & 21. su-  
per Matthæum. Idem, lib. 6. de Trinitate.

8. *Gregorius Nazianzenus, in Orat. de bono ordine.*
9. *Arnobius in Psalmos.*
10. *Basilius in concione de humilitate.*
11. *Hesichius in Leuit. lib. 1. cap. 2.*
12. *Chrysostomus in cap. 3. ad Galatas. Idem, Serm. 5. ad Ephesios. Et in Acta Apost. cap. 15.*
13. *Ambrosius ad Irenaeum. Idem, super 2. ad Timoth. 2. Idem, in lib. de vocatione Gentium. Idem, in 1. Corinth. 1. & ad Gal. 3. cap.*
14. *Hieronymus in cap. 4. ad Roman.*
15. *Augustinus in Ioan. cap. 8. Tract. 42. Idem, in Psalm. 88. Et in lib. de vera & falsa pœnitentia, cap. 8.*
16. *Primasius in cap. 4. ad Rom. in cap. 2. & 3. ad Galat. in cap. 2. ad Ephes. in cap. 3. ad Philippenses.*
17. *Marius Victorinus, in Comment. in Genesin, super illud: Credidit Abraham Deo, &c.*
18. *Leo Papa Rom. in Epistola decretali 97. cap. 2. Idem Epist. 70. Et Serm. 14. de passione Domini.*
19. *Theodoreetus, in cap. 3. ad Roman. Et super illud: Per fidem in suo sanguine. Idem, in cap. 3. ad Galat. & cap. 2. ad Ephes.*
20. *Faustus Episcopus, de gratia Dei, ethumana & mētis libero arbitrio, lib. 1.*
21. *Sedulius Scotus, in cap. 4. ad Roman.*
22. *Theodulus Cœlosyria presbyter in cap. 4. Epist. ad Rom.*
23. *Victorius Marsiliensis (qui vixit anno Domini 460.) versus:*  
 Credidit, & nudæ fidei consensio sola,  
 Plenam ad iusticiæ & meriti reputata coronam est.  
 Ex media etate Patres & Doctores Ecclesie,
24. *Oecumenius in Epistolam ad Romanos, super illud: Quid ergo dicemus, inuenisse Abraham patrem nostrum, &c.*
25. *Photius Patriarcha Constantinop. in cap. 3. ad Galat. Et, in cap. 2. ad Colos.*
26. *Theophylactus in cap. 3. ad Galat. Et, in 2. Thess. 2.*
27. *Beda in cap. 3. ad Rom. Et cap. 3. ad Galat. Item, lectione Epist. Io. an. 1. cap. 4.*
28. *Haymo Episcopus Halberstdadiensis, in explicat. Euangeli de circumcisione, de Gentibus. Idem, in cap. 3. ad Gal. Et, in cap. 11. ad Hebr.*  
 29. *Bern-*

29. Bernhardus Serm. 3. de Annunciatione.
30. Paschafius in libro de corpore & sanguine Domini, cap. 9. & cap. 12.
31. Thomas Aquinas, in Hymno: Pange lingua, &c.
32. Damascenus lib. 4. Orthodoxæ fidei.
33. Author Glossa ordinaria in cap. 3. ad Galatas. Et in Epist. Iacobi.
34. Lyra, in caput 3. ad Galat. Et, in Postilla.
35. Bonaventura in lib. 4. Sentent. dist. 15. q. 1.
36. Anshelmus in cap. 4. ad Roman.
37. Simon de Capia, de Religione Christi. lib. 10. cap. 7.
38. Venantius Honorius Clementianus Fortunatus, Presbyter Italicus, in Exegeſi Symboli Apostolici, super illud: Credo remiſſione peccatorū.

Noſtra atate Doctores & Scriptores.

39. Ioannes Trittenhemius, Abb. Spanbeymensis, lib. quæſt. 8. quæſt. 2.  
Et, in Epist. ad Iacobum Rymolanum Theologum.
40. Erasmus Roterdamus in Paraphraſi in cap. 4. ad Roman.
41. Iacobus Sadoleetus Cardinalis, lib. 1. Commentariorum in Epist. ad Roman. cap. 3.
42. Ludovicus Viues lib. 2. de virtute fidei Christianæ.
43. Gerhardus Lorichius Hadamarius in institutione sua Catholica.
44. Iſidorus Clarius Brixianus, in Annotationibus in Nou. Testament.
45. Ioan. Ferus, Concionator Moguntinus, in prima cōcioine in nouo anno.
46. Liber Reconciliationis, propositus in Comitijs Ratisponæ: cui libro & articulo subscripterunt Eccius, Gropperus, & Iulius Pflug.

#### I E S V I T A.

Et Euangelium paſſim negat, quod ſola fide ſaluemur, cūm & Euangelio, & Sacramentis, & dilectioni, & pœnitentia, & obedientie remiſionem peccatorum tribuat.

#### R E S P O N S I O.

Hic iterum ruditatem et inficitiam ſuam produnt Iefuite, quam dextre, ſilice, verbum veritatis ſecare, & S. Scripturam explicare nouerint. Euangelium enim, Baptismus, & Cœna Dominica nos pariter ad Christum, & vnicam ipſius obedientiam remittunt, nosq; certifimos reddunt, quod propter eam ſolam, remiſionem peccatorum fide conſequamur, quam nec Euangelium, nec Sacramenta, nec pœnitentia, nec obedientia & dilectione noſtra, ſed ſolus Christus nobis promeritus eſt.

## I E S V I T A.

**Cerm. 123.** Nec etiam sequitur, licet fide saluemur, quod propterea fides sit pars pœnitentia, sed potius quod tanquam causa præcedere debat, cum nemo pœnitentiam agat, qui non prius eredat.

## R E S P O N S I O.

**Qualis fides pœnitentiam præcedat.** Iesuitæ procul dubio norunt, aut certè nouisse debebant, de fide non uno semper modo sermonem fieri. Nam & hæc fides esse dicitur, quando homo credit, verbum & vocem Dei esse, cum per legem arguitur & terretur: quæ fides pœnitentiam & agnitionem peccatorum præcedit: at fides saluifica non est, quæ nimis ab omnibus illis requiriatur, qui vere ad Deum converuntur. Illam enim fidem etiam Cain & Iudas habuerunt, nec eà ad Deum conuersti sunt, sed quia saluifica fide caruerunt, à Deo se auerterunt.

**Vera saluifica fides.** Est autem fides saluifica, certa firmata fiducia in Christum, qua homo statuit, se à Deo propter Christum in gratiam receptum esse. Hanc fidem Petrus in sua conuersione habuit, quæ se ad Dominum conuerit, & remissionem peccatorum suorum creditit. Atque hæc fides non minima, sed præcipua pars conuersationis Iesus ad Deum fuit: sine qua conuersio illa non salutaria, sed Iudea duntaxat pœnitentia fuisset.

Quapropter Iesuitæ existimationi suæ rectius consuliissent, si à xxiib[us] etiam istam fibi reseruassent, nec suam stulticiam prodidissent ostendendo, se ignorare, aliam esse fidem quæ contritionem præcedere debet, & aliam quæ contritionem sequitur: quæ salutaris pœnitentia pars est.

Sed hæc de isto quoque mendacio, quo Apologiam præter meritum flagellare insisterunt, dixisse sufficiat.

## I E S V I T A.

## XXXIX. Mendacium, sed sexies geminatum.

**Latin. 116.** **P**ag. 143. in *Apologia*, artic. 12. numerantur hæc dogmata, tanquam sint Catholicorum Theologorum. 1. Quod per bona opera, extra gratiam facta, mereamur ex pacto diuino gratiam. 2. Quod per attritionem mereamur gratiam. 3. Quod ad deletionem peccati, sola detestatio criminis sufficiat. 4. Quod per contritionem, non fide in Christum, consequamur remissionem peccatorum. 5. Quod potest as clavum valeat ad remissionem peccatorum, nō coram Deo, sed coram Ecclesia. 6. Quod suscepitio Sacramenti pœnitentia, ex opere operato, sine bono motu intentu, hoc est, sine fide in Christum, conferat gratiam.

at has

At hac omnia, non nostra dogmata, sed Philippi mendacia sunt: quorum authorem & Scriptor, in quibus tradantur, monstrare vel nominare non potest.

## RESPONSI O.

In *Apologia Confessionis August.* pagina iam dicta, vnde cīm crassi er- Mendacium Iesui-  
tores Ecclesie Papistice commemorantur: ex quibus Iesuita quosdam dun- tarum, 178. 179.  
taxat excerpterant, quos nuda inficiatione à Scholis & Ecclesijs suis, tan- 180. 181. 182. 183.  
quam in illis nunquam traditi fuissent, remouere se posse putarunt. hic ostenditur.

Crassissimi autem, (quos timido silentio praterierunt, & quorum nullum negare possunt, nec etiam in tanta Euangelij luce illos confiteri audent,) sunt isti:

1. Quod institutā sit potestas clavium, ut mutet pœnas aternas in temporales, &c.
2. Quod enumeratio delictorū in Confessione, necessaria sit iure diuino.
3. Quod Canonicae satisfactio[n]es, necessaria sint ad pœnam purgatoriū redimendam: aut profint tanquam compensatio ad tollendam culpam.
4. Quod potestate clavium per indulgentias liberentur anime ex purgatorio.
5. Quod in reservatione casuum, non solum pœna Canonica, sed etiam culpa reservari debeat in eo qui verè conuertitur.

Hos articulos omnes in Papatu receptos & approbatos fuisse, & adhuc probari: præter Scholasticorum Theologorum & Canonistarum testimonia, ipsum quoque opus & experientia testantur.

Primum enim quod docuerint: *Opera bona extra gratiam facta, mereri gratiam: testatur Pelbartus de Temesuar, ex sententia Scholastico-*  
*rum, Domini. 2. quad. Serm. 14. lit. c. scribens: Ideoque necessarium est, aliquo modo à Deo dari gratiam, gratum facientem, peccatori, dum facit quod in se est attritus, nec ponit obicem gratia. Gabriel supra 4. fent. dist. 16. q. 2. Opera bona moraliter extra caritatem (seu gratiam) facta, merentur de congruo multa bona spiritualia: patet, quia merentur gratiam iustificationis & augmentum virtutum. Primum patet, quia peccator disponens se ad gratiam, faciendo quod in se est, meretur primam gratiam, qua iustificatur de congruo. De hoc vide amplius Gabrielem super Canonem Missæ, lect. 59. Idem quoque ipsi Iesuitæ*

*suprà*

1.

*Opera extra gratiam facta, mereri gratiam.*

suprà in Mendacio 29. exemplo Niniuitarum & Cornelij ostendere & probare conati sunt.

De merito autem congrui eorum, qui extra Dei gratiam sunt, quod doquerint Pontificij : Etsi Deus secundum iusticiam suam nihil illis debeat, ipsum tamen ita beneficium esse ut talibus propitium se præbeat: prius offendit est.

2. Deinde, secundum quoque articulum de attritione, Scholasticorum scripta confirmant: quod quemadmodum per concupiscentiam peccati in corde Deus offensus sit, ita per dolorem attritionis Deum ad gratiam fletri. Sic enim scribit Gabriel Biel in 4. sentent. dist. 14. quest. 2. concl. 5. Regulariter per contritionem præsumam peccatum dimittitur, & gratia prima iustificans confertur ante susceptionem Sacramenti pœnitentiae.

3. Tertium articulum exprimunt verba Gabrieli Biel, in 4. sent. dist. 14. q. 1. conc. 5. Ad deletionem peccati, sola criminis detestatio, si ne alijs actibus pœnitentiae, sufficit. Idem testatur & confirmat Bernhardinus de Bustis, part. 1. Serm. 31. de contritionis utilitate, lit. L. scribens: Alexander de Ales in 4. part. Sum. in Tractatu de cōtritione dicit, per CONTRITIONEM peccatorū statim acquiri remissionem & veniam ipsorum. Et addit: Idem tenet Thomas, & communiter omnes Theologi, maximè Raymundus in Tit. de pœnitentia, s. 19. vbi dicit, quod SOLA cordis contritione peccatū dimittitur cuilibet adulto, DVM CONTERITVR, & proponit ab illo abstinere. Nec dubitat offerere Bernhardinus: Si cui non sit tempus aut occasio confitendi, cum sola contritione saluari. Quod postea ridiculis historijs confirmare nititur: Primum, mulierū cuiusdam, quæ in templo nimia cōtritione expiravit, cumq[ue] per Monachum resuscitata fuisset, dixisse: Quod ad iudicium diuinum euocata, PROPTER COMPVNCTIONEM fuerit à pœna æterna liberata.

2. Et quod amplius est, Gentilem quendam nondum baptizatum, propter magnam suam contritionem, remissionem peccatorum consecutum, & saluatum esse.

4. Item, cùm Eremita quidam, sororem suam ex lupanari in cellulam suam reuocare instituisset: illam in itinere nimia contritione extinxit esse: cuius fratri reuelarit Deus, quod ad vitam peruenierit semperternam,

Historiæ ridiculæ, &  
à Monachis confi-  
ctæ.

ternam, VIRTUTE CONTRITIONIS, ab omni macula & poena purgata. Et statim subiungit exemplum meretricis iuuencale, qua cum Parre incestum commiserit: cuius causa cum à matre obiurgata fuisset, ipsaq; indignans vtrunque parentem occidisset, tanta contritione seipsum afflixisse, ut animam exhalaret. Cum autem Sacerdos & populus pro ipsa orare constituerent, vocem de cœlo auditam esse: quod preicatione opus non sit. Illam enim propter magnam contritionem in cœlum assumptam esse, & pro ipsis orare, nec aliorum precibus indigere.

Ex his & similibus exemplis cognoscere licet, quanam doctrinam populus Christianus in Papatu imbutus & seductus fuerit: quod nimirum remissionem peccatorum per solam contritionem, sine fide in Christum, sine Confessione & satisfactione consequi posint.

Quartus articulus, tertio planè similis est: videlicet, quod docuerint: propter contritionem nos consequi remissionem peccatorum: nulla facta mentione fidei aut meriti Christi.

Quintus articulus non eo sensu scriptus est, quod neget: Potestate clavium peccata coram Deo remitti: sed tantum reprehendit abusum clavium, quod Papa pro libidine quoscunque voluit ab Ecclesia communione exclusit, eosq; cum voluit recepit: hancq; potestatem (quam falso sibi arrogauit, edq; roti orbis propemodum terrori fuit) non solum erga insimia fecis homines, sed quoque erga Principes, Reges, Imperatores ipso facto exercuit, (& adhuc exercet:) sicut supra ex probatis Scriptoribus, in descriptione tyrannidis Pontificie, ostendimus.

Sexto, Palam est, quod Papa cum suis persuaserit vulgo, se potestate clavium, penas æternas commutare posse in temporales, modo certas satisfactiones imponat hominibus: ad quas hoc modo obligavit conscientias, ut nisi ea præstent, à gratia Dei exclusi sint.

Septimo, praxis Ecclesia Papistica restatur, etiam nunc in Papatu conscientias enumeratione delictorum in Confessione ita diuexari & angustari, vt si quis peccatum, cuius conscius sit, reticeat, quod ipsi non remittatur.

Octavo, in Papatu, vulgarissimum fuisse, & adhuc esse, quod imposta satisfactiones non tantum penam, sed etiam culpam tollant: nemo nisi impudentissimus Iesuita, aut cui abominationes Papatus ignota sunt, negare potest.

Nono, quod in Papatu docuerint, per opus imposta penitentia, ex opero operato, sine fide in Christum, gratiam acquiri: prius copiose ostensum

4.

4.

5.

Abusus potestatis  
clavium, apud Pon-  
tifices.

6.

7.

8.

9.

est. Quaratione operibus hominum tribuerunt, quod solius obedientie & meriti Christi est. Quod exempla quoque eorum testantur, quibus peregrinationes paenitentia loco impositæ fuerunt: quas si ipsi per morbum, vel alia impedimenta perficere nequievunt, alios qui istam molestiam & difficultatem ipsorum causa subirent, pecunia conduxerunt. Quod opus perfectum ubi fuit: spes demum gratia diuina facta est illi, pro quo peregrinatio suscepta fuit.

Hoc factum esse, & fieri adhuc: Iesuitæ, nisi omnem pudorem proiecerint, negare non audebunt.

30. Decimò, Ecclesiam Pontificiam persuasam fuisse, quod Papa potestate clauium animas expurgatorio liberare posse: prius quoque indicamus, vbi de potestate Papæ, quam in cœlo, terra, & inferno habeat, egimus. Id autem si verum esset: meritò pro homine impissimo & crudelissimo haberetur, quod animastam horrendos cruciatus tot annis pati sustineret, nec illas expurgatorio liberaret.

31. Undecimò, quod Pontifices Romani non solum pœnam Canonicam, sed etiam culpam sibi reseruarint in illis quoque, qui vere ad Deum conuersi fuerunt: hoc pī Imperatores, Heinrici & Friderici, suo non paruo incommodo & detimento experti sunt. Et quidem etiam nunc persuadere nobis cuperet Papa, vt eam potestatem sibi tribueremus: verū lux Euangeliæ tam clara est, vt crassi illi & pudendi errores, atque tyrannis Papæ, diutius latere & amplius tegi non possint. Nam filius perditionis & homo peccati, qui est Antichristus, iam pridem reuelatus, & Spiritu oris Domini in cordibus piorum recteque sentientium confessus est, adeoque compertum, quod claves ipsius non sunt claves Regni cœlorum, sed claves Abyssi, quibus omnem maliciam, imposturam & fraudem, falsa persuasione potestatis clavium, pro libidine, in Ecclesia, petulanter admodum exercuit, ipsis simplium & mendacijs deceptorum cistas & capsas reclusit & evançauit.

Apoc. 9. Ex quibus planum fit omnibus, quod his undecim articulis, Papa & Clero ipsius, per iniuriam vel odium nihil imputetur. Et dubium non est, quin si quisquam ante hac dogmatibus istis in Ecclesia Romana contradixisset: quod notam hereseos & pœnam exusionis effugere non potuisset. Licet etiam Iesuitas, in tanta Euangeliæ luce, horum articulorum pudeat: nibilominus tamen hoc unice labore indefesso efficere studeat, vt tyrannicam potestatem Papæ & detestandum abusum clavium, in totum Christianum orbem reducant. Atque hinc quoque omnibus constare potest de impi-

*impudentissima vanitate jesuitarum, quae sine fronte imperiti persuaderet  
conantur, quasi obiectorum nihil in Papistica Ecclesia traditum fuisset un-  
quam: Cum tamen ne nunc quidem hec dogmata proponere & propagare  
desistant: & Papa per hunc diabolicum abusum claviū, tyranudem suam  
in Germania de novo stabilire nitatur.*

## LES VITÆ.

## XL. Mendacium.

**P**ag. 163. in *Apologia, de satisfactione loquens Philippus*, sic ait: **Hæc** Germ. 138.  
Latin. 117.  
tota res est commentitia, recens conficta, sine authoritate

Scripturæ, & veterum Scriptorum Ecclesiasticorum. Ac ne Lombardus quidem de satisfactionibus hoc modo loquitur. Scholastici viderunt in Ecclesia esse satisfactiones, nec animaduerterunt, illa spectacula instituta esse tum exempli causa, tum ad probandos hos, qui petebant recipi ab Ecclesia. In summa, non viderunt esse disciplinam, & rem prorsus politicam. Ideo superstitione finixerunt eas, non ad disciplinam coram Ecclesia, sed ad placandum Deum valere. *Et pag. 164.* Adhuc Lombardi tempore ignota erat (*satisfactio.*) *Et pag. 175.* Quod Patres mentionem faciunt satisfactionis, quod Concilia fecerunt Canones: diximus suprà, disciplinam Ecclesiasticam fuisse, exempli causa constitutam: nec sentiebant, hanc disciplinam necessariam esse, vel ad culpx, vel ad pœnæ remissionem.

*Hoc esse mendacium vel unus Cyprianus abundè declarabit: qui certè* Cyprianus.  
*plus quam octingentis annis Petro Lombardo vetustior est. Is igitur in ser-*  
*mone, qui est de Lapsis, prope finem, Primum nomine satisfactionis ter-*  
*rus est. Deinde dicit, illam consistere in operibus pœnitentiae, in luctu, ci-*  
*nere, cilicio, ieunio, lachrymis, eleemosynis, precibus. Tertio, hæc non*  
*cantum expedire, sed necessaria etiam esse: Orare oportet, inquit Cy-*  
*prianus, & impensiùs rogare, &c. Quartò, his operibus Deum placar-*  
*ri: & proinde non ad solam disciplinam, & politicam satisfactionem per-*  
*tinere. Quinto, per eiusmodi opera, non solum nos veniam, sed etiam co-*  
*ronam promererri. Sexto, NON SVFFICERE FIDEM SOLAM,*  
*quando tam multa alia necessaria sunt. Septimo, non debere nos continua*  
*veniam, & propitiationem nobis vindicare, etiamsi iam cuperimus non*

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.
- 6.
- 7.

8. solum credere, sed etiam timere & dolere. Postrem, sic sub Apostolis fidem rignisse. Et propterea mendacium est Philippi, quod ista sint noua, & inauditæ ante tempora Petri Lombardi.

## RESPONSI O.

114. Mendacium le-  
fuitarum manife-  
statur.

1. Satisfactiones Ca-  
nonica, etiam in  
primitiva Ecclesia  
fuerunt.

2. Quibus contritio-  
nem & seriam pœ-  
nitentiam refici-  
sunt.

3. Pœna peccatorum  
illis non sublata.  
Pœna peccatorum  
eterna in tempora-  
lem non mutatur.  
Omnis pœna pecca-  
torum super Chri-  
stum.

Esaï 53.

Philippus nequaquam dicit, quod satisfactiones in Ecclesia primitiva nullo modo fuerint: nec etiam negat, quod illis veram internam pœnitentiam & contritionem de admissione coram Deo & hominibus testati sint. Sed improbat duntaxat falsam doctrinam & errorem, quo dementarunt homines, quasi per opera ista satisfactionis Canonice, pœna peccatorum aeterna mutetur in temporalem, ac Deus simul illis placetur: cum honos iste placationis soli Christo debeatur, & operi obedientie illius conueniat.

Quapropter Lectorem Christianum rogamus, ne molestum ipsi sit, sermonem Cypriani integrum perlegere: & reprehendet, Cyprianum nullo modo confirmare damnatum istum, ac fiduci Catholicæ repugnantem errorem de satisfactionibus, quem hic Iesuita propugnat: nec ipsum quoque aliter de indicijs istis vera pœnitentia & contritionis loqui, quam Philippus de illis scripsit, & errorem Papisticum firmis rationibus refutauit. Nam iusticia Dei infinita non fert, ut confictis & momentaneis istis satisfactionibus pœna peccatorum eterna in temporalem mutetur: nec illis satisficeri sibi patitur. Sed quemadmodum Dominus iniuriam omnium nostrum in Christum posuit: ita quoque, teste Esaiæ, Multa seu castigatio pacis nostræ super Eum, & liuore eius sanati sumus.

## I E S V I T A.

## XLI. Mendacium.

Latin. 121.

1. Pag. 180. in *Apologia*, artic. 13. inquit Philippus: Hic damnamus totum populum Scholasticorum Doctorum, qui docent, quod Sacra menta non ponenti obicem conferant gratiam ex OPERE OPERATO, sine bono motu vtentis. Hæc simpliciter Iudaica opinio est, sentire quod per ceremoniam iustificemur, sine bono motu cordis, hoc est, sine fide. Et tamen hæc impia & pernicioса opinio, magna autoritate docetur in toto regno Pontificio. Hoc autem non solum nemo Catholicorum inquam docuit: sed Philippus quoque sibi ipsi contradicit, dum alibi testatur, Scholasticos quosdam Doctores de Sacramento pœnitentia recte do-  
cuisse.

cuisse. Deinde Catholicis imputauit, quod ad remissionem peccatorum consequendam requirant contritionem & attritionem cordis, quodq[ue] illam operibus tribuant. Sed quid aliud est iam contrito, quam attrito, nisi motus cordis? An ne bona opera, & nouam obedientiam, motus cordis esse, negabitis? Præterea, in ipsa confutatione, artic. 12. ut etiam in omnibus libris Scholasticorum, nonne passim inculcatur, tres esse partes pœnitentie, contritionem, confessionem, & satisfactionem? Et certè contritus, sine fide, spe, & dilectione, id est, sine tribus cordis motibus esse non potest.

Quomodo ergo tibi ipse non parcis insane Philippe, quod viros innocentes apertis huiusmodi mendacij grauas?

## RESPONSIo.

Iesuitæ confictis suis, nobisq[ue], falso obiectis mendacij, perinde ludunt, atq[ue] mendici suis nummis, quos saepè numerando multiplicare se posse existimat: ita quoq[ue] Iesuitæ verba illa Philippi, sub plurium mendaciorum numeris, nempe quinti, trigesimi terrij, quadragesimi primi posuerunt, ut numerus mendaciorum Lutheranorum contra Catholicos tanto magis crescere videatur.

Licet autem demonstratum sit suprà in Refutatione mendacij quinti, Pontificij hac in parte nihil falso adscribi: tamen hic quoque Lector Christianus monendus est, quam astutè Papisticam missam Iesuitæ silentio pretereant, de qua Philippus verba ista, EX OPERE OPERATO, præcipue intellexit & scripsit: quando nimurum impius sacrificulus, & notissimus scortator sue cœcubinarius, præsentि aut dudum legata pecunia conductus, vt missam pro viuo, sue mortuo dicat, Sacramentū corporis Christi accipiat, & offerat, quod homines edocti & persuasi fuerint, si Missa celebrata & finita sit, tum opus hoc Misæ, qualiscumq[ue] sacrificiū sit, sue viuis, sue mortuis gratiam Dei consequi. Et hoc ne ipsi quidem Iesuitæ negare, nosq[ue] in eo mendaciū accusare audebunt, nisi omnium impudentissimi esse & haberi velint. Quomodo ergo non nisi ab insano dicitur, quod Philippus insaniens haec scripsiterit?

Quod vero ad opera satisfactionum & assignatae pœnitentiae attinet: anne vos Iesuitæ inficiari potestis, populum à suis Doctoribus persuasum suisse, Deum placatum esse quam primum opus istud perfectum sit?

Et quod amplius est: vulgus dementatum fuit, si quis tempore Iubilai (quo Papa indulgentiarum nundinas celebravit) aliu conducat, qui opus istud

3.

Meritum peregrinationis tempore Iubilai.

istud peregrinationis conficiat, quod gratiam Dei per illud consequatur, qualisq[ue] conductus ille peregrinator sit, modo opus iniunctum exequatur. Quis vero & hic tam impudens est, qui hoc negare ausit?

2.

Scholastici Docto-  
res, metu tyranni-  
dia Pontificis, veri-  
tatem defendere  
non semper ausi  
fuerunt.

3.

Vera contritio ne-  
cessaria.

At propter dolorem  
contritionis peccata  
non dimituntur

Atq[ue] hanc doctrinam blasphemam & impiam esse, et si quidam Schola-  
sticorum intellexerint, & recte interdum de hoc negocio locuti sint: metu-  
tamen tyrannidis Pontificie, cum reliqua multitudine ut plurimum clau-  
dicarunt: sicut Scripta ipsorum testantur. Nam contra crudeles illas be-  
stias, nemo, absq[ue], presentissimo periculo, vel mutire ausus fuit.

Adhuc, dubitatum nunquam fuit, an contritio vel attritio cordis ad  
remissionem peccatorum requiratur: sed de hoc queritur, an propter hoc  
opus peccata remittantur? Quod nos simpliciter negamus. Hic enim honor  
solius obedientiae Christi operibus & doloribus debetur. Quapropter Phi-  
lippus sibi ipsi nequaquam contradicit, sed verè & constanter doctrinam  
Papistarum de contritione & attritione, sicut quoq[ue] de confessione & sa-  
tisfactione, damnavit, quod hæc sine vera in Christum fide, ex opere ope-  
rato conferre gratiam, blasphemarent.

Poenitentia Papisti-  
ca sine Christo.

Quia etiam perfectam remissionem peccatorum his tribus poenitentia-  
partibus, contritioni, confessioni, & satisfactioni tribuerunt, in quibus nec  
Christi, nec operum illius mentio fit: certè eo ipso meritum Christi exclu-  
sunt, ut qui vis etiam rusticus intelligere potest.

Sed quod Iesuitæ scribunt: Contritionem sine fide, spe, & dile-  
ctione consistere non posse: sepe iam dictum est, ipsos eam fidem  
Catholicam intelligere, qua verè fidelibus cum scortatoribus, adulteris,  
Sodomitis, raptoribus, & quibusvis sceleratis communis est. Veram autem  
fidem, qua Christianus credere tenetur: SIBI PROPTER SOLAM  
obedientiam Christi peccata remitti: in Concilio Tridentino velut Lutheri  
ranam presumptionem damnarunt.

Quare etiam hæc Iesuitæ in aperto mendacio deprehenduntur, dum sine  
fronte negare audent, qua Philippus de Papisticis Doctoribus verè scripti-

## IESVITÆ.

## XLII. Mendacium.

Latin. 122.  
Confessio Iesuita-  
rum, contra suam  
propriam doctri-  
nam.

PAG. 134. in Apologia, artic. 15. inquit Philippus: At isti sentiunt  
Deum esse placatum, propitium, propter traditiones, non  
propter Christum. Ceterum, omnes Scholæ, omnes Ecclesiæ, om-  
nes Catholicæ libri contrarium docent.

RESPON-

## R E S P O N S I O .

Optandum erat, ut in Monasterijs & omnibus Ecclesijs Papistis, eo-  
rum praesertim locorum, in quibus doctrina Papistica vi propagatur, ha-  
lesuitarum assertio concionibus publicis proponeretur. Dubium enim nul-  
lum est, quin vel lesuita tanquam heretici Lutherani cum ignominia ex-  
pellerentur, vel p̄y istorum locorum Papam cum suis traditionibus diri de-  
nouerent, quod ipsos tot annos hac falsa doctrina traditionum humana-  
rum dislocariasset: quas hac sola persuasione tam stricte hic vsg obseruaf-  
sent, quod se remissionem peccatorum sibi & alijs impetrare, p̄nas quoq;  
tam huius seculi, quam purgatoriū auertere posse sperarent: sicut prius de  
varj ordinibus Monachorum & Monialium dictum est.

Nec inficias ire possunt lesuita, Pontificios docuisse & scripsisse, quicun-  
que se vni ex ordinibus istis plurimis addicat, & Regule obedientiam pre-  
stet, quod remissionem peccatorum per eam consequatur, & ab illis per or-  
dinu istius operatam mundetur, quam si modò baptizatus esset. Quarante-  
tione quoq; vitam Monasticam Baptismo compararunt. Atq; his erroribus  
omnes Papistica Schola & Ecclesiæ astipulare sunt, quemadmodum suprā  
ex libris illorum demonstrauimus: que hoc loco cum radio lectoris repetere  
volumus. Hoc vnum addentes, quod docuerint, Traditiones Pape & Eccle-  
sie haud aliter, quam articulos fidei seruandas esse. An non hoc est tradi-  
tiones humanas in tantum extollere, vt altius efferrri nequeant? nisi  
quis supra mandata Dei collocare eas velit. Quod Papam, Antichri-  
stum Romanum, fecisse, Archiepiscopus Saluburgensis in Conuentu proce-  
rum imperij conquestus est: exprobrans illi, quod sua statuta obseruari ve-  
lit, licet mandata Dei illis repugnant: atq; sic Decretis suis ordinationes &  
praecepta diuinâ exterminet, dum hec illis cedere cogantur. De quo suprā  
verba Archiepiscopi audiuimus: nec non in articulo de usu Sacramenti Cœ-  
ne, contra expressa verba Christi, item, de coniugio contra manifestam  
doctrinam Pauli, & de vita Monastica quam coniugio à Deo ordinato  
praferat, idem facitare ipsum, clarissime euicimus.

Quamobrem lesuita hic denovo ostendunt, quod ipsos doctrinæ sue pu-  
deat, nec eam coram intelligentibus profiteri ausint. Interim Magistra-  
rum Papisticum (qui miserè deceptus, sacrificulus de Religione fidit, nec le-  
gendo sacra Biblia veritatem inquirit) incitant, vt etiam severissimis pœ-  
nis doctrinam demoniorum (sicut Paulus appellat eam) tueatur & propa-  
get:

188. Mendacium  
lesuitar. ostendit.

Qua persuasione  
Religiosi suas ordi-  
nias seruariunt.

Iesuitas sua fidei  
pudet.

1. Tim. 4.

Grauissimum onus  
Papistici Magistra-  
tus, quod ipsi Iesui-  
te imponunt.

get: quo ipso Magistratus suam propriam, & multorum milium con-  
scien-  
tias grauat, easq; a cognitione veritatis diuina prohibet.

Optandum igitur erat, vt secundum commonitionem trium Archiepi-  
scoporum, Coloniensis, Treuirenensis & Salisburgensis, sicut quoque Petri  
Ferrariensis, Christiani Principes, vel tandem oculos aperire inciperent,  
(postquam se seruos sacrificiorum Romanenium fecerunt, qui nunc pro-  
libidine cum ipsis agunt) si forte videre aut etiam palpare possent, quam  
multipli fraude, dolo & impostura Flamines Babylonij orbem Christia-  
num circumuenient, & propterea sapientia & prudenter studiosius at-  
tenderent, nisi duram rationem suo Domino Christo in ultimo iudicio red-  
dere mallent.

## I E S V I T A.

## XLIII. Mendacium.

Geem. 141.

1.

2.

3.

**P**Ag. 186. in Apol. artic. 15. rursum mentitur Philippus, quasi Daniel  
cap. 11. de cultu Maofin loquens, Ecclesie Catholica ceremonias descri-  
bat. Quodq; sancti Patres, et si & ipsi traditiones & ritus habuerint:  
non tamen senserint, has res utiles aut necessarias esse, ad iustificationem &  
salutem hominis. Item, quod liberi simus ab omnibus traditionibus.  
Quæ singula, heretica & impia sunt, Apostolicis Scriptis & obedientia  
fidei contraria.

## R E S P O N S I O.

187. Mendacium Ie-  
fuitarum.

1.

Ceremonia Missæ,  
cultus Maozim-  
Dan. 11. descriptus

Iefuitis mirum videri non debet, quod cultum Maofin à Daniele descri-  
ptum, cum ceremonijs Pontificijs & traditionibus humanis, quibus Missa  
Papistica colitur, conferamus: siquidem negare non possint, ritus in Missa  
vsuperatos, vna cum auro, argento, gemmis, alijsq; rebus preciosis, qua or-  
natus causa adhibentur, nec à Christo, nec Apostolis ipsius ordinatos &  
mandatos, sed meras traditiones & commenta hominum esse. Quemad-  
modum id Platina Papisticus Scriptor in vita Sixti 1. confirmat, recensens  
quo ordine Missa a Pontificibus compilata sit.

2.

Ceremonia Ecclæ-  
stasticis Deus non  
placatur.

1. Cor. 14.

Deinde, manifestum est, traditiones & ritus Ecclesiasticos nullo modo  
utiles esse ad placandum Deum, & remissionem peccatorum salutemq;  
consequendam: sed in hunc solum finem principi ordinatos fuisse, vt se-  
cundum doctrinam Pauli, in Ecclesia Christi omnia ordine & decenter fie-  
rent. Quod vero ad salutem vel utiles, vel necessarij sint, & tanquam pari-  
culi

cultus diuinis obseruari debeant : Scripturis aperte repugnat. Nam de humanis traditionibus ( quoicumque nomine vocentur ) si pro diuinis cultibus renditentur, scriptum est: Frustra me colunt, docentes doctrinas, Matth. 15.  
praecepta hominum. Insuper testatur Paulus , ne legem quidem Mo- Elai. 29.  
sis, eiusq; opera, ad salutem & remissionem peccatorum consequendam,  
vtilem esse : quantum magis hunc honorem humanis traditionibus derogare  
potuit ? que non nisi ordinis , disciplina , & decori causa introducta sunt:  
sicut Patres testantur.

Qua ratione denique, verè credentes, à ceremonijs legis Mosaicæ immunes sunt, secundum illud Pauli : Ne quis vos indicet in cibo aut potu, &c. eà multò magis ab omnibus traditionibus humanis , quod ad cultum diuinum & conscientiam attinet, liberi pronunciantur: modò cùtæzia serueretur , & omnia in Ecclesia decenter siant. Quapropter admonitio Pauli diligenter nobis attendenda est , cùm Galatis scribit : In libertate Gal. 5.  
igitur , qua Christus nos liberauit, state: & NE rursus iugo seruitutis implicemini.

## IES VITÆ.

## XLIII. Mendacium, &amp; quidem tergeminum.

**P**ag. 186. in Apol. art. 15. iterum tria crassa mendacia copulanit Philippus. Primum est, quòd dicit: Encratitas fuisse genus hominum , simile Monachorum nostrorum : qui certas tradiciones sibi imposuerint , abstinentes à vino etiam in ipsa Cœna Domini , nullis carnibus vescentes ne piscium quidem, à coniugio verò vel maximè abhorrentes. Secundum mendacium, Quod has obseruationes finixerint esse cultum Dei, & iusticiam propter quam Deo accepti essent, qua placarent iram Dei. Tertium Mendacium , quòd Epiphanius hanc opinionem improbet.

Germ. 141.  
Latin. 123.

1.

De Encratitis.

2.

3.

## RESPONSIÖ.

Encratitas , Monachis nostris non tantum in quibusdam similes facit Apologia , sed etiam sanctitate coram mundo illos hisce præfert. Encratite enim à vino & omni carne abstinebant: qua in re nostros Monachos superabant. Et vt plurimum rem serio agebant: cùm Monachi Romanenses Deo & hominibus illudant , dum specie sanctitatis & abstinentia Epi-

188. Mendacium  
iesuit. detegitur.

1.

Ee

cureissimum

cureisimum suum tegunt & souent. Deinde, nec in eo Encratitii meliores sunt Monachi, quod illi à coniugio, tanquam à re immunda abstinentiam profiterentur. Quid enim aliud Ius Canonicum profiteretur, cum causam ostendit, cur Sacerdotibus à coniugio abstinentium sit? nimur ut sancti & mundi esse possint: quodq; in carne viuentes, Deo placere non possint?

**Coniugium, opinione Pontificiorum, impurum vita genus.**

**Gratianus dist. 31.**

An non hoc est coniugium ut impurū vita genus damnare, in quo Sacerdos, nec sanctus esse, nec Deo placere possit? Quia de causa in Papatu, cōiuges q-dam (à Monachis et sacrificiis decepti) diuortiū facientes in monasteria se abdiderunt, quod dubitarent de salute in coniugio adipiscenda. Tam præclarè, scilicet, de coniugio, sicut quoque de Magistratu Politico, in Papatu senserunt & docuerunt.

2. Praterea dubium non est, quin Encratitæ ysum vini, coniugij, & carnium, ex suo sodalitio pretextu maioris abstinentia & sobrietatis expulerint, & hoc quoque sine ab illis abstinerint, quod putarent hoc modo se Deo, ut mundos & sanctos, commodius seruire posse, & maiora insuper præmita accepturos.

3. Et hoc nomine reprehenduntur etiam, quod fucata continentie & castitatis specie opinionem sanctitatis apud vulgus imperitum captarent.

Quod ergo Apologia de Encratitio scribit, & Monachos nostros in quibusdam ipsis confert: veritati testimonium perhibet: contra quam hic Iesuita mendacijs pugnat.

### I E S V I T A.

### X L V . Mendacium.

**Latin. 127.** **P**ag. 188. in Apol. artic. 15. inquit Philippus: Exstant immensi libri, imò Bibliothecæ totæ, nullam syllabam de Christo, de fide in Christum, de bonis operibus suæ cuiusque vocatio- nis continentis: sed tantum colligentes traditiones. Si tu omnes Bibliothecas adiisti, & omnes libros legisti: cur non indicas nobis vel unum aut borem Ecclesiasticum, qui de Christo & fide non loquatur?

### R E S P O N S I O.

**129. Mendacium Iesuitarum.**

Satis superq; ostendimus & euicimus prius, Canonistas, Summistas, & Scholasticos, de Christo & fide in ipsum, non tantum nihil loqui, cum de tribus pœnitentiæ partibus, (quibus remissionem peccatorū actualium con sequamur) agunt: sed etiam Concilium Tridentinum veram fidem in

**sciss. 6.**

**Can. 13.**

Chri-

Christum dammasse, & de ea duntaxat verba facere, quam etiam forniciarij, adulteri, masculorum concubitorum, in sua spuriissima vita retineant. Quid igitur opus est, in re adeo manifesta authores indicare?

Gersonem autem ibidem paulo post citauit Philippus, ut ostenderet, Gerson, quam ille deplorabit pericula conscientiarum, que ista execrabilis doctrina de traditionibus peperit, dum obseruationem illarum tanquam rem necessariam, & quidem sub pena mortalis peccati, exegerunt. Et quamvis vir ille optimus, conscientijs libenter consuluisse: potestas tamen Papæ, ipsi, ut & alijs doctis viris, obstatculo fuit, quo minus quod vellens, perficere possent.

## I E S V I T A.

## XL VI. Mendacium.

**P**ag. 190. in Apol. art. 15. inquit Philippus: Apud aduersarios nulla prorsus est ~~zartivox~~ puerorum, de qua quidem praecipiunt Canones. Quam impudens hoc mendacium sit, testantur non solum innumerabiles Catechismi, qui à nostris editi sunt, verum etiam Lutherus in Praesatione Maioris Catechismi, scribens: quod à priscis usque seculis, recepta consuetudine in Christianismo permanerint oratio Dominica, Symbolum Apostolicum, & Decalogus. Hanc igitur contradictionem & midelino conciliandum permittimus.

Latin. 127.  
Germ. 145.

## R E S P O N S I O.

\* Si innumerabiles Catechismi apud Pontificios extiterunt tempore quo 190. Mendacium Apologia conscripta est: cur nobis Iesuitæ ne unum quidem nominant? At senegari, Apologiam autem veritatem dicere, norunt.

Caterum, ne ipsis nihil largiri velle videamus: non diffitemur, Doctorem Ecclesiarum quandam Catechismi, hoc est, Decalogum, præsertim verò sextum præceptum ira explicasse, ut postquam expositus illa typis Ingolstadij excusa fuisse, de mandato Senatus (quod fide digni testati sunt) exemplaria conquisita & suppressa sint. De quo, si libet, Iesuitæ inquirere possant.

Deinde, quis ignorat, in Gallijs sub Rege Christianissimo, & in Italia (ubi sedes Sanctitatis esse putatur) Catechetica institutione adeo nullam fuisse, ut parentes Papismo dediti suos liberos ne quidem orationem Dominicam in lingua materna docere ausi fuerint. Ad hæc, verborum Philippi veritatem quotidiana experientia confirmat, dum fideles Ecclesie ministri

Iesuitæ impudentissima.  
De institutione Catechetica in Papatu.  
D. Eckij expeditio  
in Decalogum.

vix magno labore efficere possunt, ut natu grandiores, qui in Papatu nati & educati sunt, verba orationis Dominicae, Symboli Apostolici, & Decalogi, (quæ à suis parentibus minus rectè didicerant) bene referre discant. Cuius rei solùm causa est, quod ante Lutheri Catechismum, nullum exercitium Catecheticum in templis fuerit. Quid, quod nec ipsi sacrificiū Religionis Christiane capita integrè tenerent, multò minus intellegent.

Præterea, D. Iacobus Andreæ, verba Lutheri & Philippi nullo negocio conciliare potest. Philippus enim loquitur de Doctoribus Papisticis, qui nec habuerunt, nec docuerunt Catechesin pueros in Ecclesia. Lutherus vero verba facit de parentibus, qui suis Catechismis, hoc est, orationem Dominicam, Symbolum Apostolicum, & Decalogum domi tradiderunt. Quod autem ad publicam institutionem in Ecclesia attinet: quemadmodum Biblia sacra, ita quoque Catechismi exercitium, in Papatu sepultum fuit. Postremò, vbi Doctores Pontificij viderunt, quantum in Ecclesijs nostris vulgus ex doctrina Catechetica proficiat, quantumq; per eam Papismo derogeretur: & ipsi, præsertim Canisius, Catechismos erroribus Pontificij conformatos conscribere & vulgo tradere cœperunt, quo rudem plebeculam in cacitate & idolomania Papisticare tinerent.

Ex quo iterum Apologia sua veritas constare cernitur: Iesuitæ autem, ut in ceteris omnibus, ita hic quoq; impudenter mendaces reprehenduntur.

## I E S V I T A.

## X L V I I . Mendacium.

Germ. 145.  
Latin. 128.

**P**ag. 194. in *Apologia*, art. 16. inquit Philippus: Vanissimum est, quod sit perfectio Christiana, non tenere proprium. Et infra: Sed Monachi illam externam hypocrisim offuderunt oculis hominum, ne videri posset, in quibus reb. sit vera perfectio. Quibus laudibus vexerunt communionem retum, quasi Euangelicam? At hæ laudes plurimum habent periculi, præsertim cum longè dissentiant a Scripturis. At contrarium docet Christus, Matth. 19. Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus. Et ibidem exemplum Apostolorum: de quibus Petrus inquit, quod omnia reliquerint, & secuti sint Christum. Item, Lucas, Act. 2. Omnes credentes erant coniuncti, & habebant omnia communia. Et cap. 4. Nec quisquam aliquid eorum, quæ possidebat, suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.

munia. Et Augustinus in Serm. 1. de cōmuni Clericorum vita: Qui societatem communis vitæ iam suscep̄tam , quæ laudatur in Actibus Apostolorum , deserit: à voto suo cadit, & à professione sancta cadit. Hæc si quis legat , mirum si Philippi vanitatem non videat.

## R E S P O N S I O .

*Ad hoc mendacium prius quoque copiosè responsum est : vbi euidenter* <sup>191.</sup> *Mendacium i.e.*  
*demonstrauimus , verba Christi à proprio suo sensu detorqueri & depravari.* Deinde , communio bonorum (de qua in Actis Apostolorum sermo est) *suitarum.*  
*ri non eo fine à Christianis suscep̄ta fuit , quod perfectionem Christianam* <sup>Communio bono-</sup>  
*in ea collocarent , aut gratiam Dei per illam consequi sperarent : (quo no-* <sup>rum , Christi vel A-</sup>  
*mine vita monastica olim celebrata fuit ) ita quoque diu consistere & du-* <sup>postolorum præce-</sup>  
*rare non potuit. Quia enim varie incommoditates & querelle de inqua-* <sup>ptum non habet.</sup>  
*litate diuisionis se offerebant : mox sua sponte in desuetudinem abiit.*

Porrò , qualis ratio vita Monastica tempore Auguſtini fuerit : itidem in premis videre licet: vbi simul testimonij veterum comprobauimus , quid satius sit professionem religiosam , hoc est , vitam monasticam & impurum celibatum relinquere , quam peccatis contra conscientiam seipsum contaminares. Quemadmodum enim vota , quæ verbo Dei non aduersantur , servanda sunt: ita illis nemo illaqueandus est , sicut Paulus & verbis & exemplo suo docuit : qui iuuenibus ad eiusmodi vota facienda , nec ansam , nec causam dedit , sed potius ad coniugium hortatus est eos , presentim virgines & viduas , ut sexum infirmiorem: quemadmodum supra ostensum est.

## I E S V I T A .

## XLVIII. Mendacium.

Pag. 193. in Apol. art. 18. de libero arbitrio , inquit Philippus : Sed quid interest inter Pelagianos , & aduersarios nostros? cū vtrique sentiant homines sine Spiritu sancto posse Deum diligere , & præcepta Dei facere , quo ad substantiam actuum , mereri gratiam ac iustificationem operibus , quæ ratio per se efficit sine Spiritu sancto. Vis audire , quantum intersit inter nos & Pelagianos ? Quantum inter Catholicos & hereticos. Neque Pelagianus error est , posse hominem aliquaprocepta , & aliquando facere quoad substantiam actuum , solis nature viribus , id est , sine speciali auxilio

Germ. 147.  
Latin. 129.

lio gratia Dei. Nam hoc idem & tu doces (nisi tecum fortasse pugnas) in eadem pagina. Hec enim sunt verba tua: Neque vero adimimus humanæ voluntati libertatem. Habet humana voluntas libertatem in operibus & rebus diligendis, quas ratio per se comprehendit. Potest alio modo efficere iusticiam ciuilem seu iusticiam operum, potest loqui de Deo, exhibere Deo certum cultum externo opere, obedire Magistratibus, parentibus, in opere externo eligendo, potest continerem manus à cæde, ab adulterio, à furto. Hec tua, etiam nostra sunt: & hoc vocamus implere quadam præcepta, quoad substantiam actuum. Quod autem opera fine spiritu S. facta, mercantur gratiam & iustificationem, NVLLVS Theologorum docet; tuum est mendacium, tua calumnia.

## RESPONSIO.

192. Mendacium Iesuit. ostenditur. Dicimen interdotum. Attinam Philippi, & Papistarum, de liberto arbitrio.

Doctrina Scholasticon de merito bonorum operum, qua ex viribus naturalibus siant.

Philippi, & Pontificiorum doctrinam de libero arbitrio, eandem non esse, vel hinc constat, quod Philippus sentit, hominem habere libertatem, at tamen infirmum, arbitrium in operibus duntaxat externis quæ coram hominibus siant: quæ de causa Magistratus quoque omnia externa maleficia & sceleraire puniat, cum homo aliter agere potuisset. Scholastici autem loquuntur de substantia actuum, hoc est, de operibus ipsis, quo modo coram Deo siant, & ab ipsis respiciantur: nimimum, si homo faciat quod in se est, & quantum ex viribus naturalibus potest, tum ipsum mereri gratiam primam, per quam ex congruo seu per modum dispositionis mereatur remissionem culpe: (quod Philippus nec sensit, nec probauit:) sicut testimonia sequentia confirmant.

F. Pelbartus de Themessuar, Ord. S. Francisci in Serm. quadr. Dom. 2. Ser. 4. Homo non potest semper flere, sed sufficit voluntarius dolor hominis, quem potest semper habere ad gratiam Dei acquirendam. Ratio est secundum Richardum, in 4. lib. dist. 17. quia Deus ex sua ineffabili misericordia omni facienti quod in se est attrito, nec obicem gratiae ponenti, promisit se datum gratiam. Idem Serm. 17. Nam misericors Deus non requirit ab homine plus, quam potest. Hoc autem non est substantia actus coram Deo, ita ut præceptum Dei quoad substantiam actus impleretur, quamdiu opus coram Deo modo debito perfectum non est, vt nimimum est in corde, ex tota anima, ex tota mente, & ex omnibus viribus proficiat.

*1*ur. Imd<sup>o</sup>, quod amplius est, neque illi qui in gratia Dei, multò minus qui extra eam sunt, possunt quoad substantiam actus opus facere, quod legi per omnia satisfaciat. Quemadmodum enim illi, qui gratia Dei desituuntur, inimici Dei sunt: & omnia ipsorum opera, quæ bona videri poterant; abominatione coram Deo sunt: ita quoque opera, quæ sunt à reconciliatio imperfecta sunt ratione substantie actus, hoc est, si in se considerentur, eo quo sunt modo: & placent Deo duntaxat propter opus obedientia Christi per fidem. Quare & hoc mendacium Iesuita supprimere, sibiq<sup>s</sup> reseruare poterant.**

## I E S V I T A.

Porr<sup>d</sup> diligere Deum super omnia sine Spiritu sancto, tribuit homini Latin. 103.  
fortasse unus aut alter Scholasticorum, sed grauiores repugnant, ut S. Thomas, S. Bonaventura, & alij.

## R E S P O N S I O.

*Apologia in genere dicit, quod hoc Pontificij sentiant: nec huic vel illis doctrinam istam tribuit. Quare nec illa in parte mendacij coarghi potest: presertim cum non minimi Scholasticorum, sed Scotus (qui Seraphicus & subtilis doctor appellatus, adeoq<sup>s</sup> Thome & Bonaventure longe pralatus fuit) & Scotista id docuerint & propugnarint, nec idcirco à Papa heresijs, vel accusati vel condemnati sint. Non ergo sine pudenda vanitate fabulantur Iesuite: Nullum Theologorum docuisse, quod homines operibus absq; Spiritu S. factis gratiam mereri possint: cum hic iniuriet etiam fateri cogantur, nonnullos docuisse, quod homo præcepta Dei sine Spiritu sancto seruare & implere posse.*

*Quocirca & hac duo mendacia Iesuitis remittimus, ut ea reliquorum cumulo apponant, & deinceps Scholasticorum scripta diligentius perlustrent.*

## I E S V I T A.

## XLIX. Mendacium.

*Pag. 198. in Apol. art. 20. ingt Philippus: Non est ferenda blasphemia, tribuere honorem Christi operibus nostris. Nihil pudet iam istos Theologos, si talem sententiam in Ecclesia audent ferre. Et postea: Hanc non disputationem, sed querelam indignitas rei nobis expressit, quod hoc loco disertè posuerunt, se improbare hunc nostrum articulum, quod remissio-*

Germ. 143.  
Latin. 191.

missionem peccatorum cōsequamur non propter opera nostra, sed fide & gratis propter Christum.

## RESPONSIO.

Hic iterum Lettori Christiano in memoriam reuocandum est: quod licet Iesuitas doctrina Papistica (quam huc usque tradiderunt, suisq; obtrusserunt) pudeat: ipsos nihilominus errores Papatus tueri & propugnare: quemadmodum in refutatione praecedente illorum verbis ostendimus.

## IESVITÆ.

At bone vir, non id habet confutatio Theologorum, quod tu reprehendis. Non enim usquam dicunt Theologi illi, opera sine Christo mereris remissionem peccatorum: nec etiam negant, nos fide in Christum iustificari.

## RESPONSIO.

193. Mendacium Iesu-  
titarum.

Paulo antè testimonij Papisticorum Scriptorum probauimus, quod docuerint: Homines peccatorum remissionem per dolorem contritionis consequi. Vbi nullo verbo Christi aut meriti ipsius mentio facta est.

2. Fides in Christum,  
secundum Iesuitas.

Adhac, sepe iam ex Concilio Tridentino repetitum & ostensum est. quod Iesuita per fidem in Christum non intelligent saluificam illam, quam Scriptura pāsum praedicat: sed fidelium scriptorum, adulterorum, Sodomitarum fidem, quam etiam demones habent. Veram autem fidem, qua iustificamur & saluamur, Concilium Tridentinum funditus deletam & exterminatam per fulmen anathematis cupit. Quod igitur de fide in Christum hoc loco blaterant Iesuitæ: nebula sunt, quas offundere imperitis student, ne veritatem aspicere queant.

## IESVITÆ.

Sed negant in confutatione, quod vos docetis, quodq; tu Philippe astute pratermittis: Nos sola fide iustificari. Item, opera nostra, licet ex fide, (nam hic nō de Ethnicis, sed de Christianis fidelib. & baptisatis sermo est) licet ex gratia Dei, licet ex Christi meritis prodeat, NIHIL tamen PRODESSE, aut MERERI. Itaq; cū cōfutatio dicit: Opera nostra merei remissionem peccatorum: intelligit opera fidelium & reconciliatorum, qui iam in gratia Dei sunt.

## RESPONSIO.

Nos suprà luculenter demonstrauimus, has propositiones equipollere, cū

cum dicitur: Homo consequitur remissionem peccatorum per fidem in Christum. Et: Homo consequitur remissionem peccatorum sola fide in Christum. Hunc sensum enim habent: quod Christus vniuersa peccata nostra in cruce expiarit: quodq[ue] hoc credens, & sua etiam peccata merito Christi inclusa esse statuens, (hoc enim est credere in Christum) per istam fidem omnium suorum peccatorum remissionem habeat, ita ut ad eam acquirendam nullo alio merito vel opere, quoconque nomine appelleatur, opus sit. Quemadmodum non solum Ambrosius, sed ali⁹ quoque Patres & Scriptores Ecclesiastici magno numero, verba Apostoli de fide iustificante, ad Romanos, Galatas & Ephesios scripta, voce SOLA explicarunt atque declararunt: sicut supra illorum nomina annotauimus, quorum autoritatem eleuare aut contemnere, Iesuitis durum erit.

Quare nihil astute pratermisit Philippus: sed quoad sensum tantumdem est, ac si vocem SOLA addidisset. Opera enim bona (attendite vos Iesuita) siue in fide, siue extra eam sicut, non merentur remissionem peccatorum, quandoquidem opus obedientie Christi unicum & SOLVM nobis eam promeruerit.

Quod autem doceamus: Opera licet ex fide, licet ex gratia profecta, inutilia esse: crassissimum & impudentissimum mendacium Iesuitarum est. Quemadmodum enim forfex non propterea inutilis est, quod nec lignum, nec ferrum, nec lapides incidit: non enim ad hoc fabrefacta est: sed usus eius est, papyrus, pannum, corium, incidere: eodem planè modo, bona opera non iacit circa nihil prosunt, si remissionem peccatorum non consequantur. Nam ad hoc cōducunt, ut Deus per ea glorificetur, Matt. 5. vt illis fides nostra ostendatur, Iacobi 2. vt proximo commodetur, Ioan. 13. & Deo pro acceptis beneficijs gratitudo aliqua declaretur, Psal. 103.

## I E S V I T A E.

Opera pœnitentiae cum fide & auxilio Dei facta, merentur ex congruo (secundum aquitatem) siue per modum dispositionis, remissionem culpe. Et hanc esse vocem Scripturarum & Patrum, supra docuimus mendacio 8. Opera vero hominis iustificati, facta ex gratia, per Christi meritum nobis infusa, merentur ex condigno (i. ex dignitate sua) remissionem pœnae, que interdum relinquuntur, culpā dimissa.

## R E S P O N S I O.

Ita obtenebratum & excæcatum est, à Satana, insciens cor Iesuitarum, ut quid dicant scribantue, non intelligant. Non enim ignorare debebant: error Iesuitarum.

F

Docto-

Quid sit: sola fide remissionem peccatorum consequi.

Quid sit, credere in Christum.

194. Mendacium Iesuitarum, & calumnia contra doctrinam nostram de bonis operibus.

Refutatio per similitudinem.

Ad quid proficit bona opera fideliua.

1. 2. 3. 4.

Germ. 149. Latin. 131.

De merito congrui & condigni.

Quid sit meritum  
ex CONDIGO.

Doctores Scholasticos, meritum ex condigno non ijs opibus tribuere, que cum auxilio Dei sunt: sed quando homo facit suis viribus naturalibus quod in se est.

Si verò per eiusmodi opera homo meretur remissionem culpa, Christus suo merito pro nostra culpa non satisfecit: quod vniuersa Scriptura & symbolo fidei nostra repugnat.

Praterea, si quis iam Deo reconciliatus, & omnium suorum peccatorum remissionem consecutus est: qua ratione primum ex condigno mereri debet remissionem pœna? Cuius Scriptura hæc vox est? Idcirco enim Christus passus, crucifixus, & mortuus est, ut sua passione nobis remissionem pœna mereretur. Multa pacis nostræ, inquit Esaias, super eum est. Etsi enim p̄j & fideles Deo reconciliati, cruci adhuc subiecti sunt: non tamen illis pœna, sed potius salutaris medicina est, qua vetus Adam reprimitur filij Dei in humili et debita obedientia retinentur, ne vñâ cum mundo condemnentur.

Quod ergo Scholastici de merito siue ex condigno, siue ex congruo etiam vere credentum dicunt: merita nuga, & hominum impia commenta sunt. Nam si omnia, quæ in hac imbecilli natura possibilia nobis sunt, fecerimus. & passi fuerimus: nondum tamen quod debuimus, fecimus & passi sumus. Quid ergo apud Deum mereremur?

#### TESTIMONIA.

#### L. Mendacium.

**P**ag. 200. in Apol. art. 21. inquit humanissimus Philippus: Nec videnti isti asini apud Hieronymum contra Vigilantium, nullam extare syllabam de innocatione. Loquitur de honoribus sanctorum, non de innocatione. At Hieronymus Vigilantij argumenta refellit, quibus ille sanctorum honoribus inuidens, innocationem eorum oppugnabat.

#### RESPONSIO.

194. Mendacium  
Lefuitarum.

Si quis integrum Epistolam Hieronymini contra Vigilantium perlegat, manifestè deprehendet, ipsis nequaquam litem & concertationem fuisse de innocatione sanctorum mortuorum, sed potius de peregrinationibus ad ipsorum sepulchra, cineres, reliquias, carumq; veneratione. Qui mos, Erasmo quoq; teste, postea sua sponte desit. Sic autem habent Hieronymi verba: Nos autem dico non Martyrum reliquias, sed ne Solem qui-

dem

dem & Lunam, nō Angelos, non Archangelos, nō Cherubim, Hieronymi apertum  
nō Seraphim, & omne nomen quod nominatur & in præsenti testimonium con-  
seculo & in futuro, colimus, & adoramus, ne seruiamus crea-  
turæ potius quam creatori. Honoramus autem reliquias marty-  
rum, vt eum, cuius sunt martyres, adoremus. Etrurus: Quis  
enim oī insanum caput, aliquando martyres adoravit?

Deinde. *Hec Hieronymi verba, qua citant Iesuita: Si Apostoli & Dux distinet quæ-  
stiones, ut vtrum sancti pro nobis  
orient. 2. utrum à  
nobis sustinuo-  
candi.*

Martyres adhuc in corpore constituti, possunt orare pro cæ-  
teris: quanto magis post coronas, victorias, & triumphos? hoc  
tantum volunt: quod sancti defuncti pro nobis orare possint: de quo di-  
sceptatio non est. Quod autem a nos inuocandi sint, de hoc Hieronymus  
nullum verbum ibi habet.

Quocircare recte scriptus Philippus: quod apud Hieronymum con-  
tra Vigilantium nulla syllaba extet de inuocatione. Quod dum  
Iesuitæ oppugnant, vanitatem & infidelitatem suam produnt.

## IESVITÆ.

In hoc Vigilantio peiores estis, quod ille sancti vitam tribuit, vos autem  
per contumeliam & blasphemiam appellatis eos mortuos. Idq; contra  
fidei nostræ confessionem de communione honorum.

## RESPONSO.

A crimen blasphemie excusat & purgat nos idipsum Apostolorum Sym-  
bolum, quod de Christo confitetur: ipsum venturum esse iudicare vi-  
uos ET MORTVOS: In quibus sine dubio sancti quoq; comprehen-  
si sunt. Et in Apoc. Ioan. 14. cap. dicitur: Beati MORTVI, qui in Do-  
mino moriuntur amodo. His certe, sanctorum nomen derogare non  
possimus. Vnde iterum cernere licet, quam rudes & imperiti sacrarum li-  
terarum sint Iesuitæ.

## IESVITÆ.

## LI. Mendacium.

PAG. 200. in Apol. art. 21. inquit Philippus: Neque reliqui veteres  
scriptores ante Gregorium fecerunt mentionem inuoca-  
tionis. Non te pudet tantum magistrum in Israel, aut nihil in ve-  
teribus legisse, aut tam impudenter mentiri? Proferre enim possunt 24 Pa-  
tres, Gregorio antiquiores, (nempe, Dionysius Areop. Irenæus, Eusebius,  
Athanasius, Basilius, Nazianzenus, Nyssenus, Cyrilus, Ephrem, Chryso-  
stomus,

Germ. 158.  
Latin. 134.

Stomus, Theodoretus, Hilarius, Ambrosius, Hieronymus, Rufinus, Prudens, Paulinus Nolan, Gaudentius Brixien. Severus Sulpitius, Maximus Taurinen, Augustinus, Leo, Victor Vticens. Fulgentius, ) qui in istay 24 St. niorum de Apocalypsi testimonium dicant pro invocatione Sanctorum.

## RESPONSI O.

**S**anctorum invoca-  
tio in Scriptura fun-  
data non est. **M**endacium te-  
suitarum.  
**P**atres, in vocatio-  
ne Sanctorum  
non docuerunt, nec  
ad eam cohortati  
sunt alios.

Prophetas defunctos ab Apostolis, aut hos aliosq; Sanctos à postoris suis  
invocatos fuisse, nulla littera in Scripturis sacris docetur. Deinde quidem, in  
Patrum quorundam monumentis, Sanctorum defunctorum mentio sit; sed  
quod ipsi alios ad invocandum Sanctos cohortati sint, quemadmodum a  
Papisticis Doctoribus factū est: de hoc nullum verbum proferri potest. Que-  
civis licet Iesuite ad palliandam & suffulcandam hanc detestandam ido-  
lolatriam, nomina 24. Patrum recensēant: verba tamen ipsorum proferre  
non audent, non ignorantes se mendacium suum illis confirmare nullo mo-  
do posse.

**Q**uomodo Patres in  
Homilijs & Oratio-  
nibus funebribus,  
defunctos allocuti  
sint.  
Allocutio in anima-  
torum, in Scriptura  
quoque vistata.

Quod autem de Chrysostomo & Basilio commemoratur, quod in suis  
Homilijs defunctos, & Patres Concilij Chalcedonensis una voce Flavianum  
compellarint: notū est viris doctis, hanc allocutionem non solū erga ho-  
mines, verum etiam erga inanimata, in sacra quoq; Scriptura, vſitata  
esse. Ut cum Esaias, cœlum & terram alloquitur, dicens: Audite cœli,  
& auribus percipe terra. Hinc vero minime sequitur, cœlū & terram,  
aliasq; creaturas invocandas esse, quodq; nostras preces exaudient &  
intelligant. Quare disertis & expressis testimonij Patrum, qui ante Grego-  
riū vixerint, probandum est Iesuitis, quod docuerint, Sanctos invocan-  
tūnquam ipsorum verbis efficere poterunt. Quis ergo non vider, hic quoq;  
veritatem Apologie inuidam manere? Iesuitas autem dum suam idololat-  
ricam invocationem pingere & tingere nituntur, in aperto mendacio de-  
prehendi?

## IESVITÆ.

## LII. Mendacium,

Germ. 154.  
Latin. 136.  
Triplex honoris San-  
ctorum defunctorum.

**P**ag. 201. in Apol. art. 21. triplex mendacium ponit Philippus, dum tri-  
plex honoris mentionem facit, scribens: Confessio nostra probat  
honores sanctorum. Nam hic triplex honoris probandus  
est. Primus est gratiarum actio. Debemus enim Deo gratias  
agere, quod ostenderit exempla misericordiz, quod dederit  
Docto-

Doctores, & alia dona Ecclesiae. Secundus cultus est, confirmatio fidei nostrae, &c. Tertius honor est, imitatio, primum fidei, deinde ceterarum virtutum, quas imitari pro sua quicunque vocatione debet. Hos veros honores non requirunt adversarij.

2.

3.

## RESPONSIo.

*Apologiam, hoc etiam loco, verum profiteri, nec quicquam falsi aduer-* 199. Mendacium  
*seris assingere, ex sequentibus patebit. Primum enim Doctores Pontificij* Iesuit. detectum.  
*non proponunt auditoribus suis sanctos defunctos ut exempla misericordiae:* 1.  
*sea opera illorum extollunt & predicant, quasi vitam eternam illis prome-*  
*tui sint: & hortantur suos, ut se meritorum istorum cultu & invocatione* Sancti defundi Pa-  
*Sanctorum participes reddant.* pisis non sunt exem-  
pla misericordiz.

Secundum, & tertio, non docent: ut fidem in solius Christi merito, exemplo Sanctorum confirmemus, & fidem ipsorum imitemur. Nihil enim de vera salutifica fide Sanctorum, quam sanguine suo testati sunt, vel no- 2.  
runt, vel tradunt Papistæ, nimirum quid omnem fiduciam in solius Christi fidei merito collocant, omnemq; iusticiam suam (vt S. Apostolus loquitur) 3.  
pro reiectamentis & damnis habuerint, nec nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi gloriantes non minus quam nos, ceu miseri peccatores, ex merita Dei gratia, sine omni suo merito, propter unicum Christi meritum saluati sint. 4.  
De hoc vero & sincero Sanctorum honore ac cultu, vos Iesuita adeo nibil docetis, vt una cum Concilio Tridentino hanc ipsorum fidem tanquam arrogantem presumptionem damnaueritis. Quare & hoc triplex menda- 5.  
cium, Iesuitas autores & fabros mendaciorum agnoscit.

Nec exempla fidei,  
Fides Sanctorum  
mortuorum qua-  
fuerit.  
Philip. 2.  
Gal. 6.

Sess. 6. quia in eum  
Can. 17. ministrat

Iesuiti hoc in

multo p. 222

Dies festi in memoriam Sanctorum instituti, Hymni, Responsoria, Antiphone, & alia Cantica apud nos visitata, contrarium testantur.

## IESVITÆ.

*Hec omnia, sed idolatria ita conspiciata, & contaminata sunt, vi- 6. Lectiones, &c. &c.  
Sanctorum festis Christus se numero cedere coactus fuerit, quo sat ido- tica sacra, in memo-  
lolatrii cultus eis exhiberi, & vulgus se meritorum humanorum, pro re- ria Sanctorum, ido-  
missione peccatorum consequenda, particeps facere posset. At hoc non est  
Sanctos honorare, sed Deum & meritum obedientie Christi blasphemare,* nolam  
*seque horrenda idolatriania polluere: aqua omnes p. per amorem salutis suæ  
diligenter caue debent.*

## IESVITA.

Quomodo Philippus & concordist. & sanctos honorent, facta ipsorum declarant. Nam festa & memorias sanctorum abolent: Imagines & statuas extra templum eliminant, & fornaci dedicant: nomina ipsorum è Calendario tollunt: & Lutherum, Vrucklefum, Husum, aliosq; damnatos homines in locum eorum reponunt: Miracula & veras historias, ludibria Satanae & lugendas appellant: venerationem cultumq; ipsorum nomine idolatria & damnant: ipsos à nostra, hoc est, fidelium communione & consortio excludunt: Denique illi non tantum cælum & beatitudinem, sed etiam vitam inaudent, eosq; per contemptum Sanctos mortuos vocitant. Vnde liquet, in illis Philippi verbis: Confessio nostra probat honores sanctorum &c. plura mendacia quam lineas esse.

## RESPONSIO.

200. Mendacium  
Iesuitarum.

Festa Sanctorum res  
libera.

2. 201. Mendacium  
Iesuitarum.  
Imagines Sanctorum  
in templis Pro-  
testantium.

Cuiusmodi imagi-  
nes remotæ.

Hiskie exemplum,  
4. Reg. 18.

3. 202. Mendacium  
Iesitarum.

4. 203. Mendacium  
Iesitarum.

5. 204. Mendacium  
Iesitarum.

Memoriam sanctorum apud nos abolitam esse, apertum mendacium est. Quemadmodum autem Deus non præcepit, nec sancti requisuerunt, vi singuli festo peculiari honorarentur: ita nec ista solenni celebratione opus esse iudicamus.

Consimili vanitate obijicitur nobis, quod ubiq; ex templo nostris imagines sanctorum proturbare sint: Cùm tamen in plurimis propè omnes adhuc confariantur, ac si nulla nunquam reformatio in illis locis suscepta fuisset: atque si Pontificios è venire contingat, Papisticam religionem adhuc in usu ibi esse, cogitare repositi.

Qui autem tales sanctorum imagines & statuas remouerunt, de quorum historia nihil certi extat, aut quæ idolatria seruierunt, hi exemplum Hiskie secuti sunt, qui serpentem æneum mandato Dei fabrefactum, propter abusum idololatricum (qui nostro quoq; seculo, circa sanctorum imagines, in Papatu frequens fuit) confregit.

Tertio, ocularis demonstratio Iesuitas impudentis mendacij concinit, quos apud suos diffamant, quod nomina Sanctorum è Calendario sustulerintur. Par impudentia mentiuntur: Lutheri, Vrucklefi, Husi & similium nomina, in locum illorum substituta esse. Monstrent autem nobis Iesuitæ eiusmodi Calendarium, in quo videre istud liceat. Nam de tali nobis nihil constat.

Quinto, picturis & imaginibus, qua veras fidej; dignas historias Sanctorum representant, magnopere delectamur. Quod vero ad miracula & histo-

historias in legendis Sanctorum attinet, res ita cum illis comparata est, ut plurimarum ipsos Papistas coram nostra confessionis hominibus pudeat. Qualis est in legenda B. Marie virginis, de elegantis forma moniali, cui non men Beatrix fuit: quod postquam à viro (cum quo in honeste consuenerit) repulsa fuisse, in Lupanari per quindecim annos libidinem exercuerit: ac toro isto tempore B. Mariam partes officij ipsius obiuisse, nec unquam Beatricem, in monasterio desideratam fuisse.

Item, quod mater Dei, pregnanti Abbatissa binos angelos miserit, qui infantem ab illa suscepint. Et postquam inspectione facta, iniulata deprehensa fuisse: sorores ipsius, qui eam impudicicia accusauerat, mendacij conuictas fuisse: Quod postea in honorem diuinae virginis confessa manifestarit. In summa, à B. virginem tam impudica & obscena petierunt, quae ab honesta matrona nemo bonus petere auderet: sicut Erasmus in lib. de modo grandis scripsit.

Has igitur pudendas fabulas exterminatas, & in locum earum Scripturas veteris & noui Testamenti reuocatas esse, ut à laicis legantur, apud Iesuitas tantum piaculum est, ut nulla satisfactione expiari possit.

Aduerat, probatione longiori opus non est, quod inuocatio Sanctorum, detestanda idolatrie nomen mereatur: cum per hunc cultum in bonis tribuatur sanctis, qui soli Deo debetur & conuenient. Scriptum enim est: Dominum Deum tuum adorabis, & illum SOLVM coles. Et Psal. 50. Inuoca ME in die tribulationis. Præterea, communio sanctorum in celo & in terra manet, si maximè sancti tam non inuocentur, quam Angelus à Iohanne inuocari voluit, Apoc. 19. & 21. cum tamen angeli nobiscum sint, nobisq; ministrent.

Deniq; & huius mendacij singularem impudentiam conuellimus prius, quia dicunt: Nos sanctos defunctis inuidere vitam. Quare de otto illis mendacij Iesuitarum, summatis ista dixisse sufficiat.

## I E S V I T A.

## LIII. Mendacium.

Pag. 220. in Apologia, pro coniugio Sacerdotum inquit Philippus: Vi- tuperabant Monachi (coniugium) tanquam vita genus, quod vix unquam Deo placeret: aut certè non placeret, nisi propter procreationem. Cœlibatum vero efferebant tan-

Fabula de Moniali  
Beatrice.

Legenda de prægnante  
Abbatissa, in fidelario  
Corona Benedictæ virginis Ma-  
ritæ, lib. 12. cap. 3.

205. Mendacium  
Iesuitarum.

6. Inuocatio Sanctorum  
manifesta idola-  
tria. Matth. 4.

7. 206. Mendacium  
Iesuitarum.  
Communio Sanctorum in celo & in  
terra. Hebr. 2.  
Matth. 11.

8. 207. Mendacium  
Iesuitarum.

Germ. 155.  
Latin. 136.

quam angelicum vitæ genus. At hoc alio modo à Catholicis factum non est, quam sicut à Paulo 1. Cor. 7. scribitur.

## RESPONSI.

**208** Mendacium le-  
suitarum.

Probatio quod Pa-  
pista coniugii pro  
impuro vita generc  
predicamarint.

Statianus dist. 31.

Lemnit. 19.

Quia hæc doctrina de coniugio, in auribus piorum dura est: non pudes Iesuitas eam negare, quasi nunquam in Papatu tradita fuisset. Sed, ut nihil dicamus de Monachis: ipsum Ius Canonicum consulamus, in quo pro causa celibatus Sacerdotum, dictum Pauli assertur: Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Et scriptum esse dicunt: Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester. An non hoc est coniugium rituperare, & summa contumelia afficere, quando dicitur, quod sit carnale vita genus, in quo nemo Deo placere, & sanctus esse possit? An non vel tandem vos Iesuitas pudere incipier mendaciorum impudentissi-  
morum? Nam dictum illud ex vestro Iure tollere non poteritis.

## IES VITÆ.

## L IIII. Mendacium.

Latin. 137.  
Vtrum coniugium  
Sacerdotum, & hæ-  
resis Iouiniani.

Pag. 223. in Apol. pro coniugio Sacerdotum, Philippus sic argumenta-  
tur: Iouiniani tempore, nondum norat mundus Legem  
de perpetuo cœlibatu. Impudens igitur mendacium est,  
coniugium sacerdotum Iouiniani hæresin esse, aut AB EC-  
CLESIA tunc id coniugium damnum esse. Vtrum Philippus  
mentiatur nec ne: iudex sit B. Hieronymus in libro contra Vigilantium.

## RESPONSI.

Cum de hoc ipso articulo suprà in refutatione mendacij 14. egerimus:  
breuitati hoc loco studendum erit.

**209.** Mendacium  
Iesuitarum.  
Coniugium Sacer-  
dotum, ab Ecclesia  
Catholica nun-  
quam prohibitum.

i. Timoth. 4.

Et initio quidem, Iesuitæ nunquam euincent, Ecclesiam Catholicam,  
vel Iouiniani, vel alio tempore, coniugium Sacerdotum prohibuisse: Sed  
iam in hac, iam in illa prouincia Episcopi quidam conuenientes, Canones,  
contra illud consecerunt, donec tandem Antichristus, Papa Romanus,  
hanc doctrinam dæmoniorum (ut Paulus eam appellat) vi Sacerdotibus  
suis obtrusit: quam tamen orientalis Ecclesia non acceptauit, sed coniugi-  
um sacerdotum iam inde à tempore Apostolorum conservauit. Hec autem  
ut ab Ecclesia Catholica excludi non potest, ita nec minima eius pars est.

Deinde, nemo in Religione Christiana recte institutus probabit illud  
Hieronymi contra Vigilantium, quod Iouinianus docendo coniugium Sa-  
cerdo-

cerdotum, libidini frenapermiserit: ac si coniugium, libidinosum vite genuis, & coniugalis consuetudo libidinosa conuersatio & cohabitatio esset. Verum iesuitas vna cum Hieronymo pudere non debet, à Paphnutio discrete, rectius castitatem definire, ne consuetudinem coniugalem falso ab ea excludant. Is autem castitatem hoc modo descriptit: castitatem esse cōcubitum viri cum propria coniuge. Quam sententiam vbi Pa- sozom. lib. i. hist. Eccles. cap. 22.  
 tres Concilij Nicenij probassent: propositum suum de prohibitione coniugij Sacerdotalis mutarunt. Et qui vestrum tam impius & impudens est, qui sententia Paphnutij contradicere audeat? Ceterum quod amplius est: as serere non dubitamus, non esse vita genus magis castum, quam coniugium. & contraria, non magis impurum & libidinosum, ipso Sacerdotum, Monachorum & Monialium cœlibatu. Coniuges enim sanctum, & à Deo ordinatum remedium contra vagam libidinem & impudiciam habent, quo in honorem Dei vti possunt: cùm contraria multa millia cœlibum viriisque sexus inuenire liceat, qui quidem externa & corporali scortatione polluti non sunt, (de castis enim & pudicis tantum hic loquimur) attamen continuo videntur, & (vt Epiphanij verbis ut amur) quotidie occultis iaculis saudiantur, donec tandem internus ille astus inflammam externi sceleris erupat. Atqui tum vulgo illud tritum occidunt: Castitatem promissam Quousque castitatis, in quantum humana fragilitas permittat. Qua ratione mundus nefanda libidine impletur, & turpis scandaliq; plena vita in ordinem falso dictorum spiritualium & religiosorum introducta est.

Quando autem satius foret, à votis illos omnes absoluere, qui vel in pueritia, vel ex imprudentia & incogitania, veletiam coacti virginitatem voverunt, nec eam seruare possunt. Quod S. Gregorium fecisse, supra Vdalici Episcopi verbi ostendimus.

Adhuc, diuina, Canonica, & humana iura docent, quod eiusmodi votis nemo obligetur: & consultius esse reuocare illa, quam duplex peccatum committere, adeoq; corpus & animam in eternum perdere. Sic enim Numer. 30. cap. legimus: Si mulier in domo Patris sui in pueritia sua, aut in domo viri sui voverit & obstrinxerit obligatione aliqua animam suam cum iuramento: & pater siue maritus audire rit votum, & irritum fecerit illud: stabile non erit. Et Gratianus Cau. 22. q. 4. Melius est vota stulta promissionis non implere, quam crimen committere. Ibidem Isidorus: In malis promissis rescinde fidem: in turpi voto muta decretum. Q V O D I N.

**C AVTE VOVISTI, NE FACIAS.** Impia est promissio, quæ scelere adimpleteur. *Et Beda*: Si aliquid fortè nos incautius iurare contigerit, quod obseruatum in peiorem vergat exitum: liberè illud salubriori consilio mutandum nouerimus, ac magis instante necessitate peierandum nobis, quam pro vitando periuio in aliud crimen grauius esse diuertendum. *Ibidem ex Concilio Elizibetino*: Diffinitio (*i. affirmatio*) incauta, laudabiliter soluenda est: nec est præuaricatio, sed temeritatis emendatio. *Item Isidorus*: Si quis præuentus fuerit, ut diffiniat agere aliquid eorum, quæ non placent Deo: penitentiam agat, & quod contra mandatum Domini statutum est, in irritu reuoetur. *Ibid. Hieronymus*: Iuramenta illicita laudabiliter soluuntur, damnabiliter obseruantur. Quod tunc intelligendum est, quod iuramentum illicitum deseritur, ut ad bonum redeatur.

*In Nouel. Conf. 5. Ne à Mul.*: cognitum oportuit, quod eiusmodi præuaricationes Deo magis placent, quam accuratae iuramentorum obseruationes.

Cum igitur Deus talia vota ab hominibus non requirat: multò minus edixerit, sibi virginem magis quam coniugatam placere: adhac, castitatem seruare in nostra potestate non sit: ac sepe pueri & pueræ non solum inscienter voleant, sed etiam nonnunquam in pueritia à parentibus, radio numerosa prolis alenda, ad votum continencia cogantur, licet donum spiritu, quam corpore sancte & sine libidinum flammis viuendi non habeant: evidens est, tam mares, quam fœminas in sua conscientia coram Deo ab eiusmodi votis solutos esse, nec ullo diuino vel Cæsareo iure ad eas servandum obligari: sicut supra ex Cypriano quoque docuimus. Quapropter Christiani Principes pie & laudabiliter faciunt, dum non permittunt, suiores huiusmodi votis obstringi, eorumq; conscientijs laqueum injici.

*Lib. 2. Rer. eccl. c. 22.* gium Sacerdotum probaret, sed quod (ut Augustinus refert) virginitatem pudicitie coniugali aquaret: manifestum est, coniugium Sacerdotum Iouiniani heresin non esse.

## I E S V I T A.

## L. V. Mendacium.

*Lat. 139.*

*Pag. 226. in Apol. de Missa, inquit Philippus*: Hic causæ status est, de quo

de quo ita nobis monendi sunt Lectores, ut Aeschines admonebat Iudices, ne finerent aduersarium extra causam egredi. Nos in Confessione nostra ostendimus, nos sentire quod cœna Domini non cōferat gratiam ex opere operato: nec applicata pro alijs viuis aut mortuis mereatur eis ex opere operato remissionem culpæ aut poenæ. At mira ista peruersitas est, alios arguere eius peccati, quod ipse commisit. Non enim iste est causa statutus, an Missa mereatur gratiam, & iustificet ex opere operato &c. Sed quæstio principia in eo consistit, an Missa sit verum & propriè dictum sacrificium?

## R E S P O N S I O.

Philippum statutum cause retinere, nec mutare: manifestum est. Nam in hac quæstione omnia continentur, quecumq; de Missa contra Pontificios disputata sunt, vtrum videlicet Missa sit sacrificium propitiatorium, quod ex opere operato hominibus gratiam Dei & remissionem peccatorum consequatur? Et hunc statutum ne ipsi quidem aperi-<sup>210. Mendacium Iesuitarum.</sup>  
 ti & candidi Pontificij negabunt. Contra vero Iesuite principiam quæstionem fraudulenter omittunt, & falsum statutum communiscuntur: An videlicet Missa sit verum & propriè dictum sacrificium? Quod (inquit Iesuita) omnes Lutherani negant, & Catholici omnes affirmant.

At Lutherani nunquam negarunt, Missam sacrificium dici posse: modo redde & orthodoxè accipiatur. Ideo enim Missa Eucharistia appellata fuit, (vt Philippus in sequentibus meminit) quod in vsu Sacramenti Cœna, sacrificium Eucharisticum Deo offeratur, quo ipsi gratia agantur pro beneficijs, qua morte filii sui nobis præstiterit. Quod autem sacrificium propitiatorium pro viuis & defunctis sit, (ad quod peragendum sacrificuli conseruantur) & quidem tale, quod ex opere operato valeat, et si Missarii sine fide & bono motu cordis sit: (hac enim falsissima persuasione vulgus in Papatu dementatum fuisse, vix ipsi Iesuitæ, qui nihil non audent, inficiare poterunt) hoc non solum negamus, sed addimus quoque, istud ipsum sacrificium Missaticum pro viuis & defunctis, Deo summan abominationem esse. De quo Luthernus insignem librum cum titulo: De abominatione Missæ: scripsit. Ad hoc Iesuitis respondendum erat, si animus suis fecit confessionem Augusti eiusq; Apologiam mendacij arguere. Sed hic pescibus magis muti sunt: multa interim garrientes de patrum testimonijs, quibus Missam sacrificium dicant: de quo tamen lis non est. Patres enim longe alio sensu ista scripserunt, quam quo vocabulum sacrificij à Pontificijs ho-

Principialis quæstio  
in controværia de  
Missa.

Lutherani non negant, Missam esse sa-  
crificium.  
Cur Missa sit dicta  
Eucharistia.

Missam non esse sa-  
crificium propitia-  
torium.

die accipitur: & ne quidem de tali sacrificio propitiatorio somniarunt,  
quale nunc à Papistis Doctoribus populo Christiano paſsim obtruditur.

I E S V I T A.

## LVI. Mendacium.

Latin. 140.

**P**ag. 233. In *Apol. de Missa* inquit: Sed aduersarij vbique sacrificij nomen ad solam ceremoniam detorquent: prædicationem Euangelij, fidem, inuocationem, & similia omittunt: cum ceremonia propter hæc instituta sit. Hic iterum à proposito digreditur *Philippus*, & prædicationem, *Missam* & *vesperam* (quod dicitur) confundit: nesciens quo pacto ex voce sacrificij se expeditat.

R E S P O N S I O.

217. Mendacium  
Iesuitarum.  
Iesuita sibi ipsi con-  
tradicunt.  
Quid per sacrifici-  
um intelligant.

Quo sensu Patres  
Missa sacrificium  
dixerint.

Quid sit celebrare.

*Philipum* in proposito permanere, nec extra causam egredi, ipsi Iesuita restantur cùm scribunt: Fatalem quidem sacrificium propriè dictum, nec prædicationem Euangelij, nec inuocationem significare, sed oblationem corporis Christi cum mystica ceremonia à sacerdote factam: Quid autem hoc aliud est, quam quod *Philipus* modò dixit? Anne hoc est prædicationem, *Missam* & *vesperam* confundere? Ex quo cognoscere licet, quam bellè Iesuitæ ad rem respondeant. Non enim propter illam Papisticam & fictitiam oblationem corporis & sanguinis Christi in ceremonia mystica, sed propter prædicationem, gratiarum actionem, & preces, *Missa* siue *Cœna Dominica* à patribus, *Eucharistia*, hoc est, sacrificium gratiarum actionis nominata fuit. Unde adhuc in papistica Ecclesia verbum, celebrare in usu est: quod significat laudare, prædicare. Et *Missatici* sacerdotes etiam hodie de *Missa* actione verba facientes, per phrasim, celebrare missam, exprimere eam solent: quod non simpliciter est ceremonia *Misse* peragere, sed etiam laudare, prædicare: quod in primitiva Ecclesia factum est dum Sacerdotes cum laicis communicarunt, simulq[ue] mortem Christi annunciarunt, celebrarunt, Deoq[ue] pro illa gratias agerunt.

I E S V I T A.

Sed quod non sit apud nos Euangelij prædicatio, nec inuocatio, nimis impudens mendacium est: cum in ipsa celebratione sacrificij *Missa* legatur Euangelium, & saepetiam exponatur, multæ quoq[ue] preces fundantur pro sacerdotibus, pro regibus, pro populo.

R E S P O N -

## RESPONSIo.

*Quod in Lingua latina Euangelium, coram Italis, Gallis, Germanis, Polonis &c. qui lingue istius imperiti sunt, recitatur: perinde est, at si omnino non legatur. Scribit enim Paulus ad Corinthios: Si veniam ad vos, linguis (ignoris & peregrinis) loquens: Quid vobis prodero? Sic & vos nisi significantem sermonem dederitis, quomodo intelligetur quod dicitur? Eritis enim in aerem loquentes. Qui ergo in Gallia & Italia parentibus interdictum est, ne suos maternâ linguas orare doceant?*

*Præterea, quomodo explicatur Euangelium, cùm in Italia alijsq; locis Papistis non nisi in quadragesima conciones haberi soleant? que ipse quoque maiori ex parte fabulis complentur. Euangelium autem, quo docetur: Credendum esse, quod propter vnius Christi meritum, sine aliquo nostro opere aut merito, peccata nobis remittantur: in concilio Tridentino damnatum est. Parimodo, preces, collectæ, hymni, in lingua latina vulgoq; ignota efferuntur: Idq; contra morem Ecclesie primitiue, que omnia in lingua vulgo nota peregit, vt qui quis intelligeret, que à Sacerdote dicerentur, legerentur, canerentur: & quidem populus yna oravit, cecinit, ac Sacerdoti nonnunquam respondit. Et hoc fuit sacrificium illud Deo gratum, de quo Malachias cap. i. sicut Hieronymus locum illum de oblatione munda, intellexit & exposuit. Dum ergo Iesuitæ Philippum mendacij accusare contendunt, ipsi mendaciorum numerum augere cernuntur.*

## IESVITÆ.

## L VII. Mendacium.

*Pag. 235. & 236. In Apologia de Missa, pergit mentiri Philippus: Ad-Germ. 148.  
uersarij in concionibus non docent Euangelium, non consolantur conscientias, non ostendunt gratis remitti peccata propter Christum: sed vexarunt conscientias enumeratione delictorum & satisfactionibus. De fide, qua gratis consequimur remissionem peccatorum, nulla prorsus siebat ab Aduersarijs mentio. De exercitijs fidei luctantis cum desperatione de gratuita remissione peccatorum propter Christum, omnes libri, omnes conciones aduersariorum mutabantur.*

Gg 3 erant.

212. Mendacium  
Iesuitæ deteguntur.  
Inutilis lectio Eu-  
angeli in lingua  
ignota.  
1. Cor. 14.

Sess. 6.

Can. 13.

Missa latina in Ger-  
mania inutilis.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.

erant. *Magnus & mirabilis vir fuit Philippus, qui omnes libros legit, omnes conciones audiuit, etiam si varijs in locis eodent tempore, aut varijs temporibus eodem loco haberentur. Et quod mirabilius est, etiam illas conciones audiuit, qua prius factæ sunt, quam ipsa nascerentur, alioqui unde non uit, de gratuita remissione peccatorum propter Christum omnes conciones mutata fuisse.*

## RESPONSI.

213. Mendacium  
Iesuitarum.

1.  
Euangelium in Pa-  
patu non docetur.

Seff. 6.  
Can. 12.

2.  
Sacrificuli consci-  
entias solida consola-  
tione erigere non  
possunt.

3.  
Conscientia, con-  
fessione auriculari  
excruciat.

Epheſ. 6.  
Papiftæ stramineis  
armis contra diabo-  
lum potentissimum  
hostem pugnare do-  
cent.

*Euangelium nonnunquam, in quibusdam locis Papifticis, lingua vulgo nota, propositum fuisse, non negamus. At verum & proprium illius sensus populo explicatum ac traditum, quod vniusquisq; firmiter credere, certos statuere, nec dubitare debeat, (nullo respectu multiplici magnaq; insuffitatis sua habito) sibi propter solum obedientia, passionis, ac mortu Christi meritum, omnia peccata, culpm & paenam, absque omni suo merito, dimissa esse: hoc adeo non docuerunt aduersarij, vt in Concilio Tridentino omnes hos concionatores, non tanquam concionatores Euangeli, sed ut manifestos haereticos damnarent.*

*Postea, nec villa vera & solida consolatio conscientiarum in ipsorum concionibus proponitur, cum doceant homines ad extremum usque spiritum de gratia Dei dubitare, eosq; tandem in ignem purgatorium mitrant, hac dubia fallaciq; promissione, quod celebrationē Missarum, Vigilijs, oblationibus, statuq; officijs ac intercessionib. cruciatus ipsorū mitigandi & denique omnino tollendi sint.*

*Ostensum quoque supra est, qualis quantaq; Carnificina conscientiarum in Papaturatione confessionis auricularis fuerit, dum docuerunt docentq; adhuc: eius peccati remissionem & veniam nullam esse, quod quis sciens reticeat. Qua de causa multi perturbati & anxii, quam primum peccati alicuius a se admissi recordati sunt. Sacerdoti illud commemora runt, vt ab eo absolverent & satisfactionem Canoniam acciperent, qua istud peccatum expiarent.*

*Similiter de lucta conscientia, & fide cum dubitatione pugnante & vincente, nihil opera pretij vel docuerunt vel docere potuerunt: cum gloriam Spiritus, qui est verbum Euangeli perturbatis conscientijs ademerint, easq; scuto fidei spoliarint, quo ignita tela Satane extinguntur: nihil illis subministrantes preter straminea tela traditionum & meritorum humanorum, quibus contra Satanam, de gratia Dei perpetuo dubitantes,*

*pugna-*

pugnarent. An non haec est execrabilis doctrina, que adhuc hodie in Papatu virgetur?

Quomodo ergo Iesuita, que Philippus scripsit, negare audent?

## I E S V I T A .

Longo ante Lutherum tempore, Germani iam fide Christiana imbuti fuerunt, prinsquam nuda illa Lutheranorum fides innotesceret. Sed agere ferendum non est, concordistas semper de fide clamare, cum aliud docere & predicare nesciant, & in ea sola omnem salutem suam collocent.

## R E S P O N S I O .

Gratias debemus Iesuitis pro luculento testimonio, quo contra seipso facientur, nos nostros auditores docere, quod sola fide in Christum salutem sicut scriptum est: Qui credit in eum, non condemnatur. Et Act. 4. Non est aliud nomen sub cœlo datum inter homines, in quo oporteat nos saluos fieri. Ad hanc fidem conferendam, alendam, augendam, confirmandam, Ministerium Euangeli, Sacramentum, & absolutionis, à Christo institutum est.

Quod autem prater eam nihil doceamus, nec docere nouerimus: Iesuitice vanitatis & impudentiae vox est. Peccata enim serio arguimus, ab illis debortamur. & ad veram pœnitentiam, erga Dei mandata obedientiam, nec non ad honestam, sobriam, piam, sanctamq; vitam, ad preces, & beneficentiam erga pauperes, hortamur, sicut conciones & scripta nostra testantur: insuper docentes, quod sine illis fides non solum nuda, sed etiam penitus nullius sit: quemadmodum prius aliquoties contra Concilij Trident. fidem ostendimus.

Testimonium Papistarum de nostra doctrina.

214. Mendacium Iesuitarum. Lutherani non docent fidem nudam.

## I E S V I T A .

## L VIII. Mendacium,

Ag. 239. In Apol. de Missa inquit: Transferunt Missam & ad mortuos: liberant animas applicatione Sacramenti à pœnis purgatorij: cum sine fide nec viuis Missa proficit. Neque ex Scripturis, vel unam syllabam afferre possunt ad defensionem istarum fabularum, quas in Ecclesia magna authoritate docent: neque Ecclesiae veteris, neque Patrum testimonia habent. Duo sunt hic mendacia. Unum, quod applicatione Sacramenti, liberari dicamus animas à pœnis purgatorij. Nemo enim Catholicorum hoc docet:

docet: sed quod de sacrificio dicimus, imperitè aut callidè transfert Philippus ad Sacramentum. Alterum mendacium est, quod non habeamus testimonia veteris Ecclesie, quod Missa proficit etiam defunctis. Tot enim habemus testimonia, ut planè aduersarios obruere possumus. Concilium Cartaginense 4. Can. 79. iubet commendari defunctos orationibus & oblationibus. Concilium Vrformatiense Can. 10. Iubet etiam pro suspensis orari & sacrificari. Similia paucim in concilijs leguntur. Tertullianus lib. de Monogamia inquit: pro anima eius oret & offerat annuis diebus dormitionis eius. Cyprianus lib. 1. Epist. 9. Non est quod pro dormitione eius apud nos fiat oblatio aut deprecatione. Ambrosius lib. 2. Epist. 8. Itaque non tam deplorandam quam prosequendam orationibus reor, nec mæstificandam lachrymis tuis, sed magis oblationibus animam eius Domino commendandam. Cyrus Catech. 5. Mysterogogica: Maximum credentes esse animarum iutiamen, pro quibus offertur obsecratio sancti illius & tremendi sacrificij. Chrysostomus Homil. 69. ad pop. Antio. Non temerè hæc ab Apostolis lancita fuerunt, ut in tre mendis Mysterijs defunctorum agatur memoria. Omittit certos.

## RESPONSIo.

Nundinatio Missæ  
Papisticæ.

De nundinatione & questu Missarum, quas pro mortuis dixerunt: toti mundo constat. Atq[ue] isto auxilio, multa millia sacrificiorum, (qui ne concessionari, nec tentatos verbo Dei solari, adeoq[ue] vix missam legere potuerunt) sibi victimam pararunt. Hanc quoq[ue] nundinationem Sacris literis probari non posse, nec demonstrari, quod Deus pro mortuis missas celebrare præcepit, certum est.

215. Mendacium  
Iesuitarum.

In Mendac. 5.

At nunquam Pontificios docuisse, quod applicatione Sacramenti anime à pœni purgatoriū liberentur: impudentissimum nugamentum Iesuarum est. Supradicta enim verbis Gabrielis Biel ostendimus, quod de sententia Pontificie Ecclesia docuerit: in Missa sacrificio, os Sacerdotis, omnium corum pro quibus Missa dicitur, os esse: ac per hoc tam mortuos, quam viuos virtutis illius participes fieri.

216. Mendacium Ie-  
suitarum.

Ignis purgatorius  
primitivæ Ecclesie  
ignotus.

Præterea, quod ad veterum testimonia attinet, similiter certum est, ad Augustini usque tempora ignem purgatoriū ignotum fuisse. Sicut ipse quoque Augustinus de eo dubitauit, nec quicquam certi statuere ausus fuit, scribens: FORSITAN EST VERVM. Multo minus docuerunt, cre-  
dide-

diderunt, aut senserunt, quod per Missa sacrificium animæ ex filio purgatorio liberarentur.

Quod autem in Concionibus funebris, Orationibus, & vsu Cœna Domini defunctorum meminerunt: non ea opinione factum est, quod ipsos expurgatorio liberare intenderent: (hoc enim nec crediderant, nec docuerunt:) sed ut suam dilectionem & communionem erga piè defunctos, de quorum salute nequaquam dubitabant, declararent: quemadmodum ex Dionysio, Orationibus funebris Ambrosy, Nazianzeni, Basili, & Epi-taphiis Hieronymi videre licet.

Ad eum planè modum nos quoque, ybi parentum nostrorum, fratrum, sororum, aut etiam aliorum piè in Christo defunctorum mentionem facimus: eternam quietem, latamq; resurrectionem ipsis precari solemus: non quod eorum salutem hoc modo procuremus aut promoueamus, sed ut nostrum erga ipsos amorem testemur.

Quare & hoc duplex mendacium, priori Iesuiticorum mendaciorum cumulo adiicimus.

## I E S V I T A E.

## LIX. Mendacium.

**P**ag. 247. in Apol. de Missa, inquit Philippus: Falsò citant aduer-  
sarij cōtra nos damnationem Aerij: quem dicunt propterea damnatum esse, quod negauerit, in Missa oblationem fieri pro viuis & mortuis. Hoc mendacio Philippus se turpiter dedit in Colloquio Eboraciensi, cùm Epiphanius hæresi 75. & Augustinus de hæresibus cap. 53. Aerio hanc doctrinam adscribant.

Latin. 144.

## R E S P O N S I O.

De nullo, siue viuo, siue mortuo, quicquam configendum, nec ei præter rem tribuendum aliquid est. Cum igitur Aerius non nisi de Orationib. loquatur, Epiphanio teste: amplius quid et adscribendū non esse, recte Philippus censuit.

Quod autem Augustinus refert: Aerium quoq; oblationem pro mortuis damnasse: nondum à quoquam probatum est, ipsum in hoc peccasse, & in heresos crimen incurrisse: quandoquidem oblatio pro mortuis, nec mandatum, nec promissionem à Deo in S. literis habeat.

## I E S V I T A E.

Friuolum est quod Philippus addit: Aerium tantum sensisse, quod

Hh Ora-

Quo sensu apud ve-  
teres, in vsu Cœnz  
Dominicæ, com-  
memoratio mor-  
tuorum facta fit.

Orationes pro mortuis sint inutiles. De oblationibus enim preclarè sentire non potest, qui Orationes pro mortuis rejecit, cùm sine his illa non fiant.

## RESPONSIO.

Exiguum discriberem inter hac esse, agnoscimus. At Philippo in Apologia hoc solum significare propositum fuit: Cuius nam Epiphanius Aerium incusauerit. Deinde, longe alia ratio & oblationum & Orationum pro mortuis tempore Epiphanij & Augustini fuit, quam nunc apud aduersarios est: ut prius meminimus.

## IESVITÆ.

## LX. Mendacium.

**I**bidem, sic ait Philippus: Epiphanius testatur, Aerium sensisse, quod Orationes pro mortuis sint inutiles: id reprehendit. Neque nos Aerio patrocinamur. Si verum loquitur Philippus: mentitur altera pars Concordia, cui ferè concordant omnes Lutherani. Nam pag. 281. Purgatorium animarum, mera diaboli larua esse, definitur. At si nullum est purgatorium animarum, inutiles sunt Orationes pro mortuis, ut volebat Aerius, &c.

## RESPONSIO.

**218. Mendacium Iesuitarum.** Philippus non loquitur de Orationibus pro mortuis, quales à Papistis fieri solent, ut illos è tormentis & cruciatibus liberent: sed de Oratione, qua pia affectio & ardens dilectio erga defuncti salutem declaratur.

Hac precatio, nec deflectorum, nec Ecclesia respectu inutilis fuit: quandoquidem eā fides & caritas viuentium confirmata fuerit, nec non mortuorum honoris pia ista confessio de gratia Dei, quae ipsis obligit, seruerit. Concordista autem rurā cum Luthero verba faciunt de purgatorio, & liberatione ex illo: quod recte & propriè (ut habet articulus Smalcaldicus) laruam diaboli dixerunt, cùm nil nisi mera & satanica impostura sit.

Nemo ad statu ieiunia alligatus est: sed pro ratione cuiusq; Ecclesia, & vt tempus requiret, Christianis ieiunia indicere & seruare, & quidem precum causa, liberum est. Quocirca Philippus nec cum Luthero, nec cum Concordista pugnat: Iesuita autem non solum se impudenter mendaces, verum etiam petulantes Calumniatores esse, ostendunt.

Denique, nec Epiphanius, nec Augustinus, Lutherus aut Flacius

damnat,

*Damnat, licet in utroque iam dicto articulo Aerium pro Heretico non agnoscant, cum in his sententia Aerum cum S. Scriptura non pugnet.*

## I E S V I T A.

## L XI. Mendacium.

**P**ag. 253. in Apol. de votis Monasticis inquit Philippus : Obedientia, *Latina. 146.*  
paupertas, & cœlibatus, exercitia sunt *ἀδιάφορα*. Ideoque  
sancti eis sine impietate uti possunt, sicut usi sunt Bernhar-  
dus, Franciscus, & alij sancti viri. Ethi usi sunt propter utilita-  
tem corporalem, ut expeditiores essent ad docendum. Hoc esse  
apertum mendacium, inde liquet, quod S. Antonius, S. Hilario, S. Paul-  
lus i. Eremita, & tot millia sanctorum Anachoretarum (qui non fungen-  
tbanur officio docendi) vitam tamen pauperrimam & seuerissimam in per-  
petuo calibatu, & sub obedientie iugo duxerunt. Porro, S. Bernhardus  
non solum viliissimis pannis, & cibarijs aridissimis vrebatur: sed etiam in  
Serm. 30. in Cantica diligenter monuit, non esse Monachi, sed medici,  
corporis utilitatem, & bonam valetudinem curare.

## R E S P O N S I O.

Hos iam commemoratos Patres, canes mutos fuisse, nec eos, cum quibus 219. Meudacium  
versabantur, docuisse: verisimile non est. Deinde, maliciose omiserunt le- Iesuitarum.  
suite, quod Philippus hic verbis: ut expeditiores essent ad docen- Antonius. Bernhar-  
dus, &c non fue-  
runt canes muti.  
dum: addidit: & alia pia officia. Quibus verbis significare voluit, cor- Corporalia exerci-  
porales istas exercitationes, præter doctrinam, alias quoque causas habere, tia, quo fine in Mo-  
tempore, ut ad precanendum, legendum, meditandum & diuina contemplan- nasterijs instituta-  
dum, magis idonei essent. fuerint.

Quod vero Bernhardus ait: Non esse Monachi bonam valetudi- Omnes Christiani  
nem curare: doctrina Pauli ex diametro repugnat: qui corporis curam tenentur valetudi-  
haberi vult, non tamen ad concupiscentias. Si quis igitur corpus suum oc- nem suam curare.  
tidat: hic Deo non seruit, sed agit contra Apostoli sententiam, qua est: Ne Coloss. 2.  
Corpus laedamus, sed potius in honore habeamus. Rom. 13.  
Coloss. 2.

## I E S V I T A.

Paulus certè non hoc sine corpus suum castigauit, ut ad legendum & docendum expeditior esset, cum inquit: Subiijo corpus meum, & in seruitutem redigo, &c. 1. Cor. 9.

## R E S P O N S I O.

Philippos nec scripsit, nec sensit, quod propter ista duo duntaxat, sed

**Castigatio corporis,**  
propter spiritualia  
exercitia fit.

**Abusus corpora-**  
lium exercitorum.  
in Monasterijs.

*alia quoque plura spiritualia exercitia, subiectio illa corporis fiat. Neque etiam dixit, quod ygratiam Dei, remissionem peccatorum, vitamque aeternam mereamur, aut ita à peccatis per ea mundemur, ac si quis modo baptizatus esset. Qui error execrabilis & blasphemus suprà refutatus est.*

*Verum ergo est, tria ista, vitam monasticam (quam ipsi castitatem ro-*  
*cant) paupertatem, & obedientiam erga traditiones humanas in mona-*  
*sterijs, adiaphora esse, in quibus per se nec peccatum, nec iusticia queren-*  
*da sit,*

## I E S V I T A.

Germ. 167.

Matth. 19.

*Libidinosis & inobedientibus minatur Scriptura damnationem : & de diuitiis inquit, quod difficulter ingrediantur in regnum colorum. Pauperibus contra, & obedientibus promittit Saluator temporalia & aeterna premia.*

## R E S P O N S I O.

1.  
**Castitas etiam in coniugio.**

*Castitas non solum in cælibatu, verum etiam in coniugio locum habet;*  
*nisi omnes coniugatos, vt impuros & libidini deditos, damnare velimus.*

2.  
**Obedientia erga mandata hominum.**

*Deinde, quia hominum mandata, præcepta Dei non sunt: idcirco inobe-*  
*dientia erga hominum traditiones non damnat: obedientia vero nec iusti-*  
*ficat, nec saluat.*

3.  
**Diuitiae & paupertas per se nec beatant, nec damnant.**

*Similiter diuitiae, si ad usus pios conferantur, vt neminem damnant;*  
*ita pauperes neminem saluat: verum multi pauperes in sua inopia aequè*  
*damnantur, ac impi diuities in rerum abundantia.*

Qualis castitas &  
paupertas in mona-  
sterijs sit.

*Ceterum quis ignorat, castitatem & paupertatem Monachorum &*  
*Monialium esse vitam libidinosam, & omnibus rebus affluentem? ita us*  
*ipsorum ieunia, pauperum delicia & lauticia esse possint, vbi scilicet Mo-*  
*nachus quotidie non nisi unam mensuram vini exhauire, per quadri-*  
*duum carnibus vesci, triduum vero reliquum carpionibus, fundulis, bar-*  
*bouibus, salpis, passeribus, lapis, halecibus, &c. contentus esse cogitur.*  
*Nunquid haec est vita pauperrima & severissima, vt mirum sit cutem ossi-*  
*bus berere? Hoc modo cum Deo & hominibus illudant: quando vel tandem*  
*Magistratus Papisticus aures & oculos aperiet, ne diutius palpabilibus istis*  
*mugis & mendacijs se decipi patiatur?*

## I E S V I T A.

## L XII. Mendacium.

Germ. 167.  
Latin. 147.

PAG. 255. In Apol. inquit Philippus: Nemo nescit monasticam  
recens

recens excogitata esse, tamen allegant authoritatem Scripturæ. Acutum certè Philippum: qui in Scriptura castitatem, paupertatem, & obedientiam voveri & prædicari agnoscit, at vitam monasticam in ea non reperit?

## RESPONSIo.

Monstrant igitur nobis Iesuitæ vel unum in libris utriusq; Testamenti, quætria ista voverit, eamq; ob causam in Scripturis diuinis celebretur? At suum Monachatum ex Sacris literis ut probent, impossibile ipsis est. Quod enim de Confilijs nugantur, (qua ex diuersis Scripturæ locis corradunt) supra evidenter demonstrauimus, per illa Spiritus S. mentem & sententiam manifeste depravari. In primis vero quod de obedientia erga superiores in seruandis doctrinis & preceptis hominum dicitur: in verbo Dei expressè damnatum est, dum Scriptura pronunciat, quid ijs Deus non colatur.

Deinde, palam est, vitam monasticam, quemadmodum à Iesuitis describitur, rem nouam esse: cum constet à quo, & quando, singuli ordines exorti sint. Vt, Benedictinorum à S. Benedicto, (quem Patrem Monachorum vocant) anno Christi 520. initium fumpfit: Premonstratensis, anno 1000 natus est: Carthusianorum, anno 1086: Bernardinorum siue Cisterciensium, anno 1098: Augustinianorum, anno 1160: Franciscanorum à S. Francisco, anno 1208: Prædicatorum à S. Dominico, 1215: Carmelitarum, 1287: & sic de reliquis Ordinibus. Ex quo liqueat, vitam monasticam nec à Christo, nec Apostolis ipsius institutam esse, sed aliquot seculis post ab hominibus ex bona intentione introductam, & propterea recte nonnam dici.

## IESVITÆ.

Doceri potest, quod Patres monasticam vitam, ad Apostolos referant, Germ. vt Euseb. lib. 2 hist. cap. 16. Epiphanius hæresi 29. quæ est Nazareorum. Hieron. lib. 1. de Scriptoribus. Eccles. in Philone. Ioan. Cassianus lib. 2. de institutis Cœnobiorū, C. 5. & Collat. 18. cap. 5. August. Ser. 2. de communione vita Clericorum. Possidonius in vita S. Augustini. Sozom. lib. 1. Hist. cap. 12. Et Niceph. lib. 2. cap. 15.

## RESPONSIo.

Quæ ratio vita monastica tempore Augustini &c. fuerit: suprà diximus. Porrò historia testantur, quod persecutionibus crudelissimis in Ecclesia primitiva durantibus, homines in loca deserta se abdiderint. Vbi cum

*quidam vita probata velut Eremitæ permanessent : alij ad ipsos se contulerunt , ac dies vita sua in Eremo clauserunt . Huic instituto postea actus humana deuotio , nec non supersticio , donec tandem Monachatus inde nasceretur : quem tamen Apostoli nec suaserant , nec instituerant , nec Deo placentem dixerant . Quare non immerito recens excogitatus esse dicitur , cum nec Christum nec Apostolos authores habeat . Et horum quidem nemo probasset illum , sed potius damnasset , quod nomine cultus diuini hominibus commendetur .*

## IESVITÆ.

## LXIII. Mendacium.

Germ.  
Concord. germ. 132.

**I**N Apologia , de potestate Ecclesiastica inquit Philippus : In nostra Confessione nihil disputatur contra Ecclesiarum & Sacerdotum Priuilegia ac immunitates . Vnde igitur , Philippe , Confessio , præsertim articulus 23. 27. & 28. scatet nominibus astorum , stultorum , nebulonum , scortatorum , adulterorum , idololatriarum , & similibus conuictijs contra Episcopos , Monachos & sacrificios ?

## RESPONSI O.

Hoc loco Paraphrastes Germanicus , Petrus Hansonijs , prætermisit Bel-larmini 63 mendacium de desertione facultatum . Sed qui aprius mendacio 6. de ea diximus : Lectorem ed nunc remittentes , ad mendacium Hansonijs respondemus : quod veritatem loco convenienter dicere , non sit conuictari , nec calumniani . Quam stupidos vero astros , quamq; turpes scortatores & adulteros inter sacrificios & Monachos reperire liceat , lippis & consoribus notum est . Sed quomodo hac scelerapriuilegijs & immunitatibus Sacerdotum annumerantur ? quasi verò liberum ipsis sit , hac turpia facinora perpetrandi ? quibus tamen ordinem Sacerdotalem maximè deformant & dedecorant . At hac Episcopi in Sacerdotibus punire non audent , cum quidam illorum in eodem luto bareant .

## IESVITÆ.

Germ. 169.

Nunquid à Christo , Ecclesia , & Romanis imperatoribus mandatum est , vt Sacerdotes honorentur ? An non igitur Ecclesia , & priuilegijs ipsius detrahitur , cum authoritas illius eleuatur , & velut Antichristiana proclamat ?

## RESPONSI O.

Ex Epistolis Pauli , & doctrina Saluatoris nō sunt Christiani , Ministros verbi ,

Probata doctrina &  
vita Concionato .

verbi, qui in doctrina syndici, ritusq; inculpati sunt, duplice honore dignos esse. Si autem in Senatu rusticorum scortatores & adulteri non feruntur: quomodo Christianus magistratus & Ecclesia feret sacrificulos scortatores? eisq; vel minimum honorem exhibebit? præsertim cum falsam doctrinam impiosq; cultus proponant: (quos Christus tanquam fures & latrones canere subet:) aut etiam tanta ruditas sint, ut populum docere ne-siant.

Præterea satius evidenter demonstratum est: Pontificem Romanum Antichristum esse. Qualis nunc honos Antichristo debetur: eodem quoq; ministri & creature ipsius, sacrificuli, afficiendi sunt.

Quare & hoc mendacij Jesuitarum accensendum est, quod de nobis spargunt, quasi Ecclesia & Sacerdotum priuilegijs obloqueremur. Verum sciunt, Capitulum istud, dist. 40. Si Papa. Nullum amplius pondus apud nos habere: ac propter hoc solum, (si præterea nihil falsi & impij contineret,) iure à Luthero ius Canonicum exustum esse.

## I E S V I T A.

## L XIII. Mendacium.

**P**ag. 239. In Apol. de votis monasticis inquit Philippus: Sancti in locum Christi subrogantur, & impiè coluntur. Hoc esse mendacium, ostendunt Litaniae, aliaq; preces Catholicorum. Christo enim Deo ac Domino dicimus, κύριε ἐλέησον, Christe eleison. Sanctis vero, S. Maria, Ora pro nobis: S. Petre, ora pro nobis. Nec sanctos vt Deos, sed vt nostros conseruos & fratres inuocamus.

Germ. 170.

Latin. 150.

## R E S P O N S I O.

Sancti in Papatu, duplice ratione in locum Christi subrogantur: Primum, ratione meriti: quod ipsis hoc sensu & opinione tribuitur, quasi Deus propter illud hominibus propitiatus esse velit. Sic enim in collectis oratur: Ut Deus per intercessionem & metitum Sanctorum nos exaudiere velit: Cum tamen hic honor soli Christo debeatur.

Deinde, distincta officia Sanctis attributa sunt, vt quisq; pro dono & gratia sibi collata, compellatus, hominibus opituletur. Et quicquid olim gentes à Diis suis multis petierunt: illud hodie Pontificij à Sanctis defunctis petunt: vt mirum sit Jesuitas, istud negare ausus.

Quis enim nescit, S. Nicolaum in Papatu inuocatum fuisse, & adhuc inuocari,

1.

222. **Mendaclum**  
Iesuit. aperitur.  
Sancti in locu Chri-  
sti, duplice ratione à  
Papistis subrogan-  
tur.

2.

Iauocatio Sancto-  
rum, confamilis  
Ethnies idolola-  
triz.

Sanctis in coelo, di-  
stincta officia at-  
buta.

res, duplaci honore  
digni sunt.  
1. Tim. 5.  
1. Theff. 5.  
Lnc. 10.  
Falsi Doctores non  
sunt honorandi.

inuocari, vt nauigantes seruer? Florianum, vt domum ab igne custodiat? Urbanum, vt vitesturctetur? Gallum, vt anseribus, Vvendelinum vt oīibus, Eulogium vt equis, Pelagium vt bobus, Anthonium vt suibus; prefisi? Deinde, Studioſi bonarum artium Patronum habuerunt Gregorium & S. Catharinam: pictores Lucam: medici Cosman & Damianum, Iuriu-consulti Iuonem: Equites S. Georgium: Fabriferrarij S. Loium: Sutores Crispinum: Sartores Gutmannum: Venatores Eustachium: impudica mulieres S. Afram & Magdalenam. Adhac, contra pestem inuocarunt Seba-ſtianum & Rochum, contra febrim S. Petronillam, contra venena Ioan-nem Euangelistam & Benedictum, contra dolores dentium S. Apoloniam, pro salute oculorum Otiliam, contra sacram ignem Anthonium, contra Epilepsiam Valentiniū. Captiuū implorarunt Leonhardum: parturien-tes Margaretam: & ne quis sine Sacramento decedat, Barbaram. An non hoc est Sanctis honorem diuinum tribuere? nec ipſos pro interceſſione ora-re, sed talia ab ipſis petere, quæ à solo Deo rogari, sperari, & expectari de-bent? ſicut hortulus animæ, & multe ipſorum precatio[n]es ad diu[os] i[nſi]-tutuſ teſtantur.

*Sancti non vt interceſſio[n]es, ſed vt op[er]at[u]latores inuocari in Papatu.*

Pſalterium Mariæ virginis idololatri-cum.

Salue Regina.

Maria ſupra Chri-stum effertur.

Preterea, negare non poſſunt, extare Pſalterium Mariae & Venetijs & Parigiſ excuſum: in quo vbique expunctor nomine Dei, in locum eius ſubſtituerunt & inuocarunt Mariam. Extat inſuper ſue Canticu ſue Oratio ſue Regina, Ad Mariam quaſi Deus ſit directa: in qua vita & Spes noſtra per ſummam blaſphemiam dicitur.

Et quod amplius eſt, ſupra Chriſtum extollitur in Horario, vbi cani-nitur: Sed vt docet Lex diuina, *TU IPSIUS ES DOMINA*. Nam ius habet & ratio, matrem præfelle filio. Ergo ora ſuppli-citer, & *PRAE CIPE SVBLIMITER*: vt nos in mundi veſpera, perducat ad gaudia ſempiterna. An non hoc eſt sanctos Chriſto præferre?

#### I E S V I T A.

Germ. Non fingimus illos Omnipotentes, nec Cardiognostas: ſed quod Omnipotens noſtras petitiones ipſis reuelet & oſtendat.

#### R E S P O N S I O.

Cur Sancti defuncti non ſint inuocandi.

Hac ipſa cauſa eſt, cur sancti non ſint inuocandi, & cur honos iſteſoli Deo tribuendus ſit. Quemadmodum ſcriptum eſt: Inuoca me in die tribulationis, &c. Omnium enim hominum vbiq[ue] terrarum neceſſitates & affli-

¶ afflictiones nosse, atque ex illis liberare posse, solius Dei proprium est: quod Christo quoque homini propterea conuenit, quia cum Deo una persona, & per assumptionem in Deum, Omnipotentis virtutis ac diuinæ scientia particeps factus est. De sanctis verò legitur: Abraham nesciuit nos, & Israel non agnouit nos; tu Domine Pater noster, redemptor noster. Esai. 63.

## IESVITÆ.

Antiqua ista Calumnia est. Quod enim Lutherani nunc dicunt, dixerunt olim contra Catholicos Ethnici, Iudei, Hæretici, ut patet ex Hist. Eusebii, lib. 4 cap. 15. & lib. 8. cap. 5. Ex Cyrillo lib. 6. & 10. in Julianum. Ex Hieron. Contra Vigilantium. Et ex August. lib. 20. contra Faustum. cap. 21. Quare huic calumnia Concordistas pudere debebat.

## RESPONSI.

Ad hoc obiectum Hieronymus respondit: Insanos illos esse, qui sanctos Hieronymus contra defunctos inuocent. Et incertum esse testatur, an preces nostras exaudiant Vigilantium. si inuocentur. Quod enim dicunt: Deum reuelare & ostendere sanctis nostras miserias: Quia Scriptura istud probabunt? & quis de eis nos certos reddet? Quamobrem inuocatio Sanctorum ex fide fieri nequit, cum nullum de ea mandatum, nulla promissio, nullum exemplum in Scriptura extet. Omitto, quod meritum & intercessio Christi, ut nostri Redemptoris & aduocati, cui Pater nihil denegat, nobis abunde sufficiat. Quocirca necesse non est, ut opem alicuius sancti imploremus.

## IESVITÆ.

## LXV. Mendacium.

Ap. 263. In Apol. de potestate Eccles. inquit Philippus: Suas traditio- Germ. 170.  
nates longè accuratiū seruari postulant, quam Euange- Latin. 152.  
lium. Hoc de Episcopis Ecclesia generatim dictum, apertissimum men-  
daciū est: cum curia ordinationes Episcoporum ad propagationem  
Euangelij dirigantur.

## RESPONSI.

Episcopis hac assertione nullā iniuriam fieri: suprà in refutatione mēda-  
tiorum lesuiticorū demonstratum est. Si enim doctrinam Enangeli pro vi-  
rili tuerentur, & sincerè predicari curarent, quod nimis remissionem  
peccatorum propter solius Christi meritum consequamur: maxima pars

223. Impudens  
Mendaciū Iesuit.

traditionum falsorumq; cultuum, vt qui Euangelio aduersantur, conciderent: Quales sunt peregrinationes, cultus Sanctorum, ignis purgatorius, Vigilie, Misse, septimæ, trigesima, anniuersaria commemorationes mortuorum, rosaria, & similes. Euangelium verò, quod nos docemus, non Lutheri, sed Iesu Christi Euangelium esse, supra euicimus. Quare etiam hic falso mendacij accusari Apologiam, constat.

## IESVITÆ.

## LXVI. Mendacium,

Germ.

**I**N Prefatione articulorum Smalcaldicorum inquit Lutherus: Romanam aulam seu curiam, adeo reformatum Christianum liberumq; Concilium, vt malit interitum totius Christianitatis & damnationem omnium animarum, quam sui & suorum aliquam reformationem. Hoc impudens mendacium refellunt plurime Legationes Pauli III. & Imperatoris Caroli V. ad Electores & Principes Germanie.

## RESPONSIO.

224. Mendacium  
Iesuitarum.Concilium Tridentinum nec liberum,  
nec Christianum.

Patres Concilij Tridentini re ipsa ostenderunt, quale Concilium, quiare lemq reformationem Romana Curia postuleret. In illo enim non nisi iurati Pontificis federunt, omniaq; pro libidine Papæ egerunt. Quia de causa negliberum, neq; Christianum Concilium, quale Electores & Principes Confessionis August. petierant, fuit, sed potius maledicta congregatio saltatorum spiritualium, eò directa ut Papa horrenda idolatria, execranda impostura, & intoleranda tyrannis, de novo confirmaretur.

## IESVITÆ.

Lutheranos tale reformatare Concilium, non solum emanatio ipsorum, sed propria quoq; Confessio Lutheri in Epistola ad Iustum Ionam, item, Scriptum Philippi & Brenty ad Landgrauium Hassia, indicio esse possunt. Ibi enim aperte dicunt, se apud Cesaream Maiestatem pro Concilio instare, nō quod primum fidem ab eo discere, aut (quod Lutherus addit) eam in dictio Concilij subjicare velint: sed tantum ut contra iniusta grauamina se tueantur. An non hoc est cum Dco, & Magistratu tam Ecclesiastico, quam Politico ludere?

## RESPONSIO.

225. Mendacium Ie-  
suitarum.

Quamvis Electores, Principes, ceteriq; Confessionis August. Ordines eviden-

evidentibus rationibus & causis scripto publico comprehensis docuerint, se Lutheranos Christianos & liberum Concilium non re-formidasse. Scriptum Electorum & Principum August. Confess. aduersus Concil. Trident. Dux Christophorus Vviterbergicus, Theologos suos ad Concilium Tridentinum misit.

nec diuino, nec Cesareo Iure in Concilio Tridentino comparere debuisse, tamen quod illud nec Oecumenicum, nec liberum, nec Christianum fuerit: tamen Laudatissimus Princeps Christophorus, Dux Vviterbergicus, sancte memorie, nullo respectu periculorum habito, quodq; hereticis fidem seruandam non esse iamdudum proclamârunt ipsaq; facta comprobabant, Theologos cum suis Celsitudinis Confessione Tridentum alegauit, in quibus Ioannes Brentius Primarius Theologus vna cum D. D. Beurlino, & Doct. Jacobo Herbrando, (qui per gratiam Dei adhuc in viuis est,) fuit. Hi Concilio Confessionem suam offerentes, sepe multumq; vt audirentur petierunt: sed nunquam admisi, nec auditu fuerunt. Apertum igitur mendacium est, quod hic Iesuita de omnimoda nostrorum emanatione fabulantur.

Deinde, Iesuitarum mendacium nequaquam confirmat, quod Philippus Brentius, & Lutherus scripserunt, se non idcirco Concilium urgere, vt si-dem ab eo discant, sed potius vt doceant: sicut unus Paphnutius Concilij Nicent Patres, contrainterdictum Coniugij Sacerdotalis, veritatem edocuit. Idq; procul dubio re ipsa præstitissent, si in Germania, nec in finibus Italie, vniuersale Christianum, & liberum Concilium institutum fuisset, in quo partes Iudicis sola Scriptura S. sustinuisset, eiq; omnes traditiones humana subiecta fuissent. Atque hac prouocatione ad liberum Concilium, nostri quoque contra iniustam vim, & quidem legitime, se turatisunt, cum Papa Magistratum Politicum in desinenter instigaret, vt omnes religionis ac fidei nostra Confessores, igne, ferro, aqua, laqueo, persequeretur & inauditos exterminaret. Et hoc modo ad Christianum Concilium appellare, non est cum Deo & hominibus ludere, sed viam ordinariam ad re-ritatis Confessionem ingredi: quod in nostris nullo iure culpari potest. Dolos autem & viros sanguinum iudicabit Dominus.

## I E S V I T A.

## LXVII. Mendacium.

**D**OCT. LUTHERUS in prima parte Smalcaldicorum articulorum inquit: *Gesta.* Manifestum est, sanctam Ecclesiam sine Papa fuisse ad minimum ultra quingentos annos: & adhuc hodie Græcorum & multarum aliarum linguarum Ecclesiæ, nec fuisse hactenus nec adhuc esse sub Papa. Taceo, quod hominum hoc signum sit, non mandatum, non necessarium, non

vtile. Sancta enim Christiana sive Catholica Ecclesia consistere absq; isto Capite optimè potest. Hoc mendacium Lutheri refutant omnes historie & vniuersa antiquitas. A Petro enim ad annum usque presentem 1586. continua quadam successio Episcoporum Romanorum fuit.

## RESPONSI O.

An Petrus Romanum  
venerit.

*Gal. 2.*

226. Mendacium  
Iesuitarum.

Gregorius Mag.  
contra primatum  
Papæ.

Vox Papæ olim co-  
munis Episcopis, &  
nunc Sacerdotibus  
gracis.

Quando defectio à  
fide facta sit.  
Antichristus in Ec-  
clesia Dei paulatim  
vires sumpsit.

Orientalis Eccle-  
sia, Episcopum Ro-  
manum nunquam  
pro capite agnoue-  
runt.

An Petrus vñquam Romanum venerit, non sine causa viri Docti dubitant, cum Paulus ibi captiuus in Epistolis suis plurimis quas Romæ ad alios scripsit, nullo verbo illius mentionem faciat. Præterea inter Petrum & Paulum Hierosolymis conuenerat, vt Petrus in circumcisionem, Paulus vero & Barnabas in gentes Apostolatu fungerentur.

Deinde non queritur, vtrum Ecclesia Romana continua successione Episcopi præsuerint: sed quæstio est, vtrum Papa fuerint, quos totus Christianus orbis & cæteri Episcopi pro Oecumenicis & supremis agnouerint? Ad hoc respondet Gregorius Magnus (qui & ipse Episcopus Romæ fuit) ad Mauritium Imp. scribens: Ego fidenter dico, quia quisquis se vniuersalem Sacerdotem vocat, vel vocari desiderat: in elatione sua Antichristum præcurrat, quia superbiendo, se cæteris præponit. Adhuc, non solus Episcopus Romanus olim Papa, hoc est, Pater Patriæ dictus fuit: sed Cornelius itidem Episcopus Romæ, Cyprianum quoq; Episcopum Cartaginem, Papam appellauit. Et vulgo Sacerdotes Gre- ci, etiam nunc hodie, Papa nominantur.

Quando autem defectio à fide facta sit, ostendit Paulus 2. Thess. 2. scribens: quod iam suo tempore mysterium iniquitatis peragi cœperit: vbi Antichristi regnum multiplicatione traditionum humanarum paulatim crevit, donec totus Christianus orbis decretis hominum obrutus, & Papa velut Antichristus plene in Mundum natus est. Verum adeo vniuersalis & supremus Episcopus non fuit, vt Ecclesia orientalis non solum ipsum nunquam pro capite agnouerit, sed Patriarcha Constantinopolitanus fraternali concordiam aluit, nec quisquam in alium potestatem Papalem sibi sumit, aut alteri dominari cupit. Eodem planè modo tum quoq; Episcopi Romani inspectioni & curæ, definitæ Ecclesiæ assignata fuerunt, extra quas illius Iuris-

Iurisdictio se non extenderet. Similiter Episcopi Africani, Romano Episcopo plus aquo sibi arroganti disertè nunciarunt, se ipsum pro capite & supremo Episcopo Ecclesiarum suarum non agnoscere. Nam & se Spiritum sanctum habere: nec causas trans mare ita facile & commodè expediri posse.

Quemadmodum igitur Apostoli potestate & officio pares fuerunt: ita adhuc hodie ex diuina ordinatione Episcopi eandem potestatem habent, penitentibus nimirum peccata remittendi, & impenitentib. ea retinendi.

Quod autem in aliqua ditione, vni praeter ceteris inspectio Ecclesiarum committitur: hoc non constituit Papam. Non enim non vtile tantum, verum etiam incommodi plenum est, si vni Ecclesiarum omnium in toto Christiano orbe cura demandetur. Et si maximè talis primatus consensu totius Catholicæ Ecclesiæ introductus fuisset: non tamen is Dei, sed hominum duntaxat ordinatio esset, adeoq; nec temporis, nec loco, nec certis personis alligatus, sed in libera potestate Ecclesia semper situs, quæ caput istud pro arbitrio mutare & semouere posset.

Quapropter assertionis huic veritas invicta manet, quod Ecclesia per multa secula, immo nunquam, Papam (qualem singunt Pontificij) habuerit, cum Ecclesia orientales Episcopum Romanum ad hunc usque diem pro capite non agnoscant. Inprimis verò tum absque tali Oecumenico Episcopo fuit, cum puritate doctrinae, & multitudine confessorum ac martyrum, vel maximè illustris esset: cumq; persecutionibus durissimis & heresibus plurimi exerceceretur, non tamen defectu eiusmodi capitii interiit, sed tum postissime floruit.

## I E S V I T A.

Cyprianus scripsit: Neque enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quam inde quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur: cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo adversum Sacerdotum Collegium quicquam moueret.

## R E S P O N S I O.

Ex tota Epistola Cypriani clarissimè patet, hac verba nullo modo in specie de Episcopo Romano accipienda esse, sed loqui ipsum in genere de Sacerdote sive Episcopo cuiusque loci, vbi semper unus reliquo Sacerdotum Collegio præst. De huius contemptu (qui in Ecclesijs Africanis vel maximè

Ecclesia Africana Episcopum Romanum pro capite non agnouerunt.

Omnes Episcopi pares, potestate & officio.

Ordo inter Episcopos, non efficit Papam, quem finiunt Pontificij.

invaluerat) conqueritur Cyprianus, quod schismatici & facinorosi (de quibus ipsi sermo est) sententia suorum Episcoporum non stantes, ad Episcopum Romanum trans mare prouocarent. Idcirco in eadem Epistola post aliqua subiungit: Nam cum statutum sit omnibus nobis, & æquum sit pariter ac iustum, ut vniuersiusque causa illic audiatur, vbi est crimen admissum, & singulis pastoribus portio gregis sit adscripta, quam regat unusquisque & gubernet, rationem sui actus Domino redditurus: oportet utique eos quibus presumus non circumcurssare, (quod quidam tum fecerant Cornelium Romanum Episcopum, cui hec Cyprianus scribit, appellantes.) Nec Episcoporum Concordiam cohærentem sua subdola & fallaci temeritate collidere, sed agere illic causam suam, vbi & accusatores habere, & testes sui criminis possint. NISI PAVCIS DESPERATIS ET PERDITIS MINOR VIDETVR ESSE AVTHORITAS EPISCOPORVM IN AFRICA constitutorum, qui iam de illis iudicauerunt, & eorum conscientiam multis delictorum laqueis vincitam iudicij sui nuper gravitate damnarunt. Quis vero nisi planè stupidus non videt, his verbis Cypriani, primatum Pontificis Romani penitus euerti, cum aequalem potestatem gubernandi Ecclesiæ & diuidicandi illarum causas omnibus Episcopis quorumcunque locorum tribuat?

## IESVITAE.

Eiusdem sententie Snidelinus quoque est, qui liberè in confessione quadam dixit: Ecclesia Concordiam & unitatem difficulter conservari posse, nisi unus aliquis ex Lutheranis (seipsum putans) in Papam eligatur.

## RESPONSIo.

227. Mendacium  
Iesuitarum.

Quam insirmo & ruino fundamento Primatus Papa nitatur, vel hinc constat, quod necesse est cum confirmari & stabiliri fabulosis rumusculis de sermone, qui in confessione à D. Iacobo Andree habitus sit. At hunc purum putum figmentum & putidum mendacium esse, sciant Lectores, quod Calvinista vanissimi suis socijs Iesuitis (cum quib. in blasphemia et heretica doctrina de persona Christi cōspirant) iampridem subministrarunt.

Nec est ut Iesuitas offendat dissensio Ecclesiarum nostrarum. Scribit enim Paulus: Oportet Sectas in vobis esse, ut qui probati sunt, manifesti siant inter vos. Et Christus Saluator noster ait: Necesse est ut veniant offendicula. Contra verò totus Papatus nihil aliud est, quam

Semper in Ecclesia  
Dei ecclesie & distra-  
ctiones fuerunt.

I. Cor. 11.  
Matth. 18.

Quām colluies & sentina Idolatriæ Ethnica, Heresii & Sectarum multiplicium, vbi unus hac, alias alia via remissionem peccatorum se consequi posse sperat. Quare cum Papistæ Diabolo ad ipsius arbitrium seruant: opus non est, vt ipsos iam ante verbo Euangeliū inobedientes, & laqueis plurimorum errorum falsorumq; cultum constrictos dissovet.

Nec etiam, quod colligunt Iesuitæ, sequitur, apud nos Ecclesiam veram non esse, cūm dissidijs, factionibus, & Sectis scindamnr. Hac enim ratione primitiva Ecclesia non solum post tempora Apostolorum, sed ipsa quoque Apostolorum Ecclesia damnaretur. Huic enim magis cum falsis Apostolis & fratribus, quām cum Iudeis aut Gentibus, (non sine horum magno offenditculo,) disceptatio & contentio fuit: vt nisi quis potius verbum, quām personas docentium respexerit, scire non potuerit, cui parti assentiendum aut subscribendum. Adhac, Christiano Magistrati hodie tam facile esset viros eruditos conuocare, quām olim Christiani Imperatores Concilia Doctorum coegerunt, si spes aliqua esset, concordiam per Synodus constitui posse, nec illud Nazianzeni experientia docuisse quod scribit: Nullius Synodi finem bonum vidi, neq; dissolutionem siue abrogationem malorum, sed potius accessionem & incrementum: Donec tandem verbi diuini virtus falsa dogmata & errores detexit, eosq; per prædicationem ex animis hominum euulsi, vt nunc plurimarum heresum nuda dunt axat nomina, victrice veritate, supersint. Vbi Carnifice, Papa Romano, opus non fuit: qui hereses vel potius veritatem gladio & igne extirpare molitur.

Papatus sentina ha-  
rebus & errorum.

Ecclesia Christi  
nunquam sine sectis  
fuit.

Nazianzenus de si-  
ne siue exitu Con-  
ciliorum malo.

Post Concilia distra-  
ctio plenariq; maior,  
verbi Dei extir-  
pantur.

## I E S V I T A.

## L X V I I I . Mendacium.

**I**N eodem articulo de Papatu inquit Lutherus: Hoc profectò nec Turcæ, nec Tartari faciunt, quantumuis sint Christianorum atroces hostes: sed permittunt ut credat in Christum quicunque voluerit, & accipiunt tributum & obedientiam externam siue corporalem à Christianis. Papa verò prohibet hanc fidem, ajens sibi obediendum esse, si quis saluari velit. Hoc mendacium de Turcis scriptis Lutherus hostili odio Pape.

Qua ratione Turca  
Pontifici Romano  
præster.

## R E S P O N S I O.

Quis dubitet de summa impudentia & levitate Iesuitarum, quod rem manifestissimam negare audent? Quem enim latet, Constantinopoli, vbi aula

Ecclesiæ Christia-  
norum per totum  
regnum Turcicum.  
Sedes Patriarchæ  
Græcorum Con-  
stantinopoli.  
Ecclesiæ Græcorum  
non nihil priores  
Papisticæ.

aula Imperatoris Turcici est, Christianos non solum plurima tempora, & in  
ijs ministerium verbi & Sacramentorum publicum habere: verum etiam  
Patriarcham supremum Episcopum torius Graecie cum suis ministriis ibi re-  
sidere, iudicia & potestatem Ecclesiasticam exercere, ac visitationes Eccle-  
siarum istinc instituere? que eo nomine Papisticis præstant, quod in ijs Sa-  
cerdotes coniugati Sacramentum corporis & sanguinis Christi sub specie  
vtraque, secundum institutionem Saluatoris, Laicos dispensent: propter  
que duo Papa Romanus Sacerdotes non solum loco mouet & officio priuat,  
verum etiam ut hereticos exurit. Quomodo ergo H A C R A T I O N E  
Turca Pontifici Romano non præstaret?

## I E S V I T A E.

Ceterum hoc nemini mirum videri debet: Cum Lutherus etiam alibi  
pari temeritate scribat: Turcam prudentiam, & administratione  
ordinata longè antecellere Principes Germanos: qui illius  
respectu profluitis & bestijs habendi sint.

## R E S P O N S I O.

Quaratione Princi-  
pes Christiani im-  
prudentia arguan-  
tur.

Lutherus idem scripsit, quod Petrus Ferrarensis ante 120. annos: Cum  
non tantum Germanos, sed simul omnes Principes Christianos officij com-  
monefecit, significando, deesse ipsis prudentiam, dum non attendant, quid  
Pontifex Romanus, Babylonica meretrix, eiusq; Clerus molitur: quidque  
ipsius fraudes & imposturas tamdiu tolerent: nec potentiam, qua Princi-  
pes seculares opprimere tentet, infringant. Heu miseri, (inquit) Im-  
peratores & Principes seculares, qui hæc & alia sustinetis, &  
vos seruos Ecclesiæ facitis: & mundum per eos infinitis mo-  
& prudentiæ non intenditis. Hoc dum Lutherus consimilibus verbis  
expresbit: inexpialis criminis accusatur. Confert autem ibi Lutherus  
Turcam cum Imperatore Carolo & Germanis Principibus, quantum ad  
bellum Turcicum attinet. Et dicit, Turcam prudentiorem melioremq; esse,  
quam tum Germanos Principes: quia Imperator glorietur se esse supremum  
tutorem ac Propugnatorum fidei Christianæ, qui tamen ne momento qui-  
dem à morte tutus sit, & vna cum Germanis Principibus fidem Christia-  
nam persequatur. Quocirca etiam monuit subditos, ne hoc nomine &  
titulo contra Turcam militarent, aut quicquam contribuerent. Turcam  
enim earatione sapientia & prudentia præualere Imperatori & Principi-  
bus

Quaratione Turca  
Papisticis Principi-  
bus sapientior &  
melior fit.

bus Papisticis, quod conscientijs in causa religionis libertatem relinquat,  
nec fidem persequatur, sed suam potentiam in bona dunt taxat corporalia.  
& externa exerat, quantum quidem Deus ipsi permittat. Ceterum Lutherus in glossa Edicti Cesarei summè protestatus est, se neque Casaream  
Majestatem, neq; vllum sive Ecclesiasticorum sive secularium Principum,  
sed tantum nebulones aulicos (vt Lutherus ipso appellat) putare, qui Imperatorem & Principes subinde extimulent. Hos autem nec sapienter nec  
prudenter agere, quod istis Papa slabellis morem gerant.

Protestatio D. Lutheri erga Imperatorem & Principes.

## I E S V I T A.

Adhuc verò absurdius est, quod Papa fidem prohibeat: cum magno labore & sumptu ad fidem Christianam conseruandam & dilatandam elaboret.

## R E S P O N S I O.

Papam vna cum Concilio Tridentino eiusmodi fidem tueri ac propagare admitti, quam Scortatores & adulteri habent, atque retinent licet in suis sceleribus perseverent, ac propter eam pro Christianis quoque, hoc est, ut Concilium loquitur, pro fidelibus forniciariis & adulteris haberi debant: Contrà vero, quod veram in Christum fidem sive certam firmamq; fiduciam in Dei misericordiam & solius Christi meritum anathemate ferriat, ac depravationem Sacramentorum, nec non suam turpem vitam in Collegijs Canonicorum & monasterijs conseruare & stabilire laboret: sèpe iam dictum ac demonstratum est.

Quocirca non immeritò Lutheri verbis dicimus: Quod sicut Diabolum ipsum non possumus adorare, & pro Domino & Deo colere: ita nec eius Apostolum Papam seu Antichristum, in regno eius vt Caput & Dominum ferre possumus. Nec tamen idcirco à vera, Catholica, Apostolica Ecclesia nos separari, sed eius viua membra permanere, ac mera Dei gratia propter solius Christi meritum saluari, credimus: cum vicissim, ad Tartarum derrudendi sint omnes, vt partem cum Diabolo accipiant, qui contra tot pias premonitiones, nec abominationes Papatus relinquere, nec de illo exire volunt, Apoc. 18.

## I E S V I T A.

## L X I X. Mendacium.

EN ysdem articulis Smalcaldicis, art. de peccato, conglomerat Lutherus

Kk

rus

rus plurima mendacia, & inquit: Meri sunt errores & caligines cōtra hunc articulum, Scholasticorum Doctorum dogmata, quibus docetur, post Adæ lapsum, hominis naturales vires mansisse integras & incorruptas. Item, hominē posse naturalibus viribus omnia mandata Dei seruare & facere. Et: posse naturalibus viribus Deum super omnia diligere, & proximum sicut seipsum. Item, si accedere velit homo ad Eucharistiam, non opus esse bono proposito rectè faciendi. Et: Non posse ex Scriptura probari, ad bonum opus necessariò requiri Spiritum sanctum & eius gratiam. Quoniam autem nec autores horum dogmatum nominat: nec libros monstrat, ex quibus cognoscit posset, an iste assertiones per modum disputationis, aut per modum doctrina posita sint: insuper etiam ab Ecclesia Romana in Concilio Tridentino rejiciantur: eas uil nisi segmenta & Lutheri impudentia mendacia esse dicimus.

## R E S P O N S I O.

Eandem quam supra, hic quoque fraudem Jesuitæ committunt: dum ex articulis, quos Lutherus ex libris Scholasticorum consignauit, præcipuos ferre omittunt. Vbi nimis docuerunt: Hominem habere liberum arbitrium faciendi bonum, & omittendi malum. Item, si faciat homo quantum in se est, Deum largiri ei certò suam gratiam. Hos articulos non minus falsos esse dicimus, quam illos quinque à Jesuitis communemoratos. Et quidem ceteri omnes ex illo falso principio oriuntur: Quod homo habeat liberum arbitrium faciendi bonum, & omittendi malum. Scholasticos autem hæc omnia docuisse & propugnasse, nec quicquam eorum à Papa vel Concilio Tridentino damnatum esse: partim supra ostendimus, & nunc quoq; amplius probabimus.

229. Mendacium  
Jesuit. monstratur.

1. Vires hominis naturales, post lapsum manisse integras. Biel in lib. 2. sent. dist. 20. dub. 2.

2. Hominem posse Deum super omnia diligere, & mandata illius seruare.

Nam hominis vires naturales mansisse integras & incorruptas, & hominem naturaliter habererationem rectam, & bonam voluntatem, sicut Philosophi docent: præter ceteros Doctores Scholasticos Gabriel Biel hi verbis exprimere voluit: Nec peccatum naturalia mutauit, licet gratuita abstulit.

Similiter Scotista cum Magistro suo Scoto, secundum ac tertium articulum expreſe docuerunt, eosq; exemplis declarare voluerunt. Si enim inquiunt, quis creaturam super omnia diligere potest: cur non potius Deum super omnia diligere, & præcepta illius seruare queat? De quo Scotus lib. 3. dist. 27.

*q. 1.* Natura rationalis poterit ex naturalibus magis diligere bonum diuinum, quam aliud quodcunq;. Et paulò post. Ratio naturalis dicit: solum suminum bonum infinitum, esse suminè diligendum. Et per consequens, voluntas hoc potest ex püris naturalibus. Nihil n. potest intellectus recte dicere, in quod nō posuit volūtas naturalis naturaliter tendere.

Quartum articulum truncatum citarunt: intelligentes nimirum, quod si integrè positum negarent, sibi ipsi contradictionem doctrinam damnaturi essent. Addidit enim Lutherus: Sed sufficere, si non adsit malum propositum peccandi: tam bonam scilicet esse natu-  
ram, & tantam esse vim Sacramenti. *Quis autem inficias ibit, Schola-  
sticos docuisse, quod Sacra menta operentur gratiam in omnibus ijs, qui  
non ponunt obicem, hoc est, ut seipso declarant: qui propositum peccandi  
non habent? Quia ergo impudentia articulus iste à Iesuitis negatur?*

Porrò, ipsi Iesuita in mendacio 29. Exemplum Niniuitarum, eorumq; opera allegarunt: de quibus profitentur, quod etiam expertes fidei, bona opera fecerint, quibus gratiam Dei promeriti sint.

Ex his reprehendere licet, Iesuitas à Spiritu vertiginis agi, quod licet doctrina sua ipsos pudeat, non tamen eam deserere, veritatiq; testimoniūm perhibere velint. Ideoq; Papisticus magistratus nullatenus expectare debet, donec ipsi sacrificuli hanc falsam doctrinam abijcant: sed suo officio strenue fungatur, nec à cura religionis ad res mundanas & Politicas se abduci patiatur. Qui habet aures ad audiendum, audiat.

Quare & hoc verum esse constat, Lutherum plurimos falsos articulos Scholasticorum coacerundo, nihil ipsi affinxisse, sed propriis ipsorum scriptis euicisse, quod ista docuerint, quorum nunc Iesuitas (in hoc quoque multipliici mendacio impudenter mendaces) pudet.

Christianus Magi-  
stratus non debet  
expectare, donec  
Clerus Pontificius  
scriptum reformat.

## I E S V I T A.

## LXX. Mendacium.

Lutherus in tractatu de potestate & Primatu Papa scribit: Papa pri-  
mum gloriatur, se esse iure diuino Monarcham super om-  
nes alios Episcopos & Pastores, in toto orbe Christiano.  
Hoc dicimus esse fallsum, Deo aduersum, tyrannicum, &  
Christianæ Ecclesiæ perniciosissimum. In hoc Lutherum veritati  
rim facere, multi docti demonstrarunt.

Concord. lat. 312.

## RESPONSI O.

230. Mendacium  
Iesuitarum.

Luc. 22.

Christus Papatum  
& primatum in Ec-  
clesia esse noluit.

Matth. 16.

Christus claves re-  
gni cœlorum omni-  
bus Apostolis dedit.

Cyprianus.

Cur Christus Petro  
singulariter oues  
pascedas commi-  
serit.

August.

Matth. 16. 18.

Ioan. 21.

*A crimine mendacijs purgat Lutherum Euangelista Lucas, rbi scribit: In vltima Cœna ortam esse contentionem inter discipulos, quis eorum videretur esse maior. Hoc est, quis nam post Christi ex hoc mundo digressum, Papa esse deberet. Hanc litem cum Christus paucissimis verbis dirimere potuisset, dicendo. Petrus sit vester Papa siue Caput: cui soli claves regni cœlorum dedi: hunc, sicut me hactenus, deinceps obseruabit & reuerebimini: Nihil tamen horum fecisse aut dixisse cum legitur: sed disertè ostendit, se nolle in Ecclesia Papatum aut primatum aliquem esse, cum dicit: Qui maior est in vobis, sit sicuti junior: & qui Princeps est, sicut qui ministrat: Nec quisquam se alteri propter dona excellentiora preferat.*

*Quod verò ad dictum Christi attinet: Dabo tibi claves Regni cœlorum: Testatur Augustinus aliq[ue] Ecclesie Doctores, non soli Petrus etas traditas, sed his ipsis verbis aequalē potestatem omnibus Apostolis datam esse. Aequū enim ceteros, ac Petrum, interrogatos fuisse, de Christo quid sentirent? Et Petrum nomine omnium respondisse. Idq[ue] confirmat Christus, & verbis clarioribus significat, Ioan. 20. dicens: Accipite Spiritum sanctum: quorumcunque remiseritis peccata remittuntur eis: quorumcunq[ue] retinueritis, retenta sunt. Hinc Cyprianus in tract. de simplicitate Prelatorum scribit: Hoc erant vtq[ue] & ceteri Apostoli quod fuit Petrus, PARI consortio prædicti & HONORIS & POTESTATIS. Similiter Ioan. 21. cum Christus iter Petro inquit: Pasce oues meas: Papalis dignitas ipsi minimè collata est: sed cum te abnegasset Christum, & propterea de suo Apostolatu non imerito dubitare poterat: consolando confirmat ipsum Christus in officio docendi, pascedi q[ue] oues, ac simul commonefacit ipsum lapsus, ne alios similiter peccantes abyciat, sed potius illorum infirmitates patienter ferre, eosq[ue] assumere, instaurare, & confirmare discat. Sicut Christus illi ante mortem precepérat, dicens: Et tu aliquando conuersus, confirmia fratres tuos. De hoc scribit Augustinus in lib. de agone Christ. cap. 30. Non sine causa inter omnes Apostolos huius Ecclesiæ Catholicae personam sustinet Petrus. Huic enim Ecclesiæ claves regni cœlorum datae sunt, cum Petro datae sunt. Et cum ei dicitur, AD OMNES DICITVR: Amas me, pasce oues meas. Debet ergo Ecclesia Catholica correctis, & pietate firmatis*

filij

filijs libenter ignoscere, cùm ipsi Petro personam eius gestanti, & cùm in mari titubasset, & cùm Dominum carnaliter à passione reuocasset, & cùm ipsum Dominum ter negasset, & cùm in simulationem postea superstitionis lapsus esset, videamus veniam esse concessam.

Quod autem Sacerdotes & Episcopi hinc inde in Europa, Asia, Africa, Gracia, Ecclesiam Romanam ceteris prætulerunt: partim ideo factum, quod multis præclaris martyribus, qui suo sanguine Euangeli de Christo testimonium veritatis perhibuerant, in toto orbe illustris esset: partim vero, quod propter imperialem sedem (postquam Imperatores ad fidem Christianam conuersi sunt) Episcopi Romani aliarum Ecclesiarum necessitatibus efficacius consulere & succurrere poterant. Hac de causa pleriq[ue] Romanum appellabant, donec eius loci Episcopus omnia ad se rapere, & cunctis persuadere voluit, omnes causas ad se tanquam ad supremum iudicem pertinere. Huic arroganti & iniqua presumptioni mature contradixerunt Episcopi Africani. Et in Concilio Carthaginensi V<sup>1</sup>. ad Papam cœlestinum, vrbis Romæ Episcopum, (quem fratrem in inscriptione & literis appellant) inter cetera scribunt: Presbyterorum & sequentium clericorum improba refugia (sicut te dignum est) repellat sanctitas tua, quia & nulla Patrum definitione hoc Ecclesiæ derogatum est Aphricanæ: & decreta Nicæna siue inferioris gradus clericos, siue ipsos Episcopos suis metropolitanis apertissime commiserunt. Prudentissime enim iustissimeque viderunt quæcumque negotia in suis locis vbi orta sunt, finienda, nec unicusque prouincia gratiam S. Spiritus defuturam, &c. Aut quomodo ipsum transmarinum, (hoc est, Romanum) iudicium ratum erit, ad quod testiu necessaria personæ, vel propter sexus, vel propter senectutis infirmitatem, vel multis alijs intercurrentibus impedimentis adduci non poterunt? Nam vt aliqui tanquam à tua sanctitatis latere mittantur: nulla inuenimus Patrum Synodo constitutum. Quia illud, quod pridem per Coepiscopum nostrum Faustum, tanquam ex parte Nicæni Concilij exinde transmisisti: in Concilijs verioribus (qua accipiuntur Nicæni) à S. Cyrillo Coepiscopo nostro Alexandrinæ Ecclesiæ, & à venerabili Attico Constantiopolitano Antistite, ex authentico missis, &c. non potuimus reperire.

Cur Ecclesia Romana alijs prælata.

1.

2.

Concilium Carthaginense VI contra primatum Papæ, cap. 105.

Crimine falsi, p[ro]f-  
matum que sive  
Episcopus Romæ.

Executores etiam clericos vestros quibusque potentibus nō  
lite mittere, nolite concedere: ne sumosum typum seculi in  
Ecclesiam Christi (quæ lucem simplicitatis, & humilitatis  
diem, Deum videre cupientibus præfert) videamur inducere.  
*In eodem Concilio, cap. 92, tale decretum contra primatum Episcopi Ro-  
mani in diadicandis causis, fecerunt: Placuit ut Presbyteri, Diaconi,  
vel cæteri inferiores Clerici, in causis quas habuerint, si  
de iudicij Episcoporum suorum questi fuerunt, vicini Epis-  
copi eos audiant, & inter eos quicquid est finiant, adhibiti  
ab eis ex consensu Episcoporum suorum. Quod si & ab eis  
prouocandum putauerint: non prouocent nisi ad Africana  
Concordia, vel ad primates prouinciarū suarum. Ad TRANS-  
MARINA aut, (i. Romana) qui putauerit appellandum: à nullo  
intra Africam in communionem suscipiatur.*

Quomodo Anti-  
christi dominatus  
Romæ creuerit.

Germ. 181.

Dum autem cætera Ecclesia consilio & auxilio Ecclesia Romane vitun-  
tur: Antichristus hac occasione paulatim vires acquirit, dominatum arri-  
pit, ac tandem Christiano orbi persuadere conatur, se habere potestatem in  
omnes.

Quare nullo modo elati, obstinati, capitosi, aut impj dicendi sunt, (si-  
c ut hic à Iesuitis proclamantur) qui hanc eminentiam Episcopo Romano  
adscribere detrectant, atque idem de ipso sentiunt, quod tres Archiepisco-  
pos, Colonensem, Treurensem, & Salzburgensem, de ipso, diu ante Lu-  
therum, testatos esse, suprà ex Auentino ostendimus.

### I E S V I T A.

### LXXI. Mendacium.

Germ. 181.  
Papam habere  
vtrunque gladium.

**I**N eodem tractatu scribit Lutherus: Papam secundò gloriari, se iu-  
re diuino habere vtrunque gladium, id est, penes se esse ele-  
ctionem, translationem, & depositionem regum, & re-  
gnorum mundi constitutionem, &c. idque vnum quenque ita  
credere debere, nisi quis amittere æternam velit salutem.

### R E S P O N S I O.

331. Mendacium  
Iesuit. ostenditur.

Quod Papa iam dictam potestatem sibi arroget: suprà Canonistarum  
verbis planum fecimus. Sed idem Pontifices Romanos quoque factis con-  
probasse: historia de Christianis Imperatoribus luculenter testantur.

Legi-

Legimus enim de Gregorio. 7. Urbano. 11. Paschali. 11. quomodo Imperatorem Heinricum 4. (qui sexages bis acie feliciter dimicauit) bello, defectione, proditione, & subditorum alienatione atrociter infestarint, eiusq[ue] vite & honori extremo conatu insidiantes, Rudolphum Sueorum & Burgundionum Ducem, contra ipsum elegerint: qui postea cum aliquor prelatis cum Heinrico Imp. conflixisset, præcisa dextera, qua fidem suo Dominu[m] dederat, occubuit.

Eadem immanitate persecuti sunt Fridericos, in primis huius nominis, 11. Cuius potentia, vires, prudentia, magnitudo animi, rerum bellicarum, peritia, formidolosa & suspecta fuere Romano Sacerdotum Senatui. Quod (vt Auentin. lib. 7. scribit) Gregor. IX. Pontifex Max. non it inficias, sed ingenuè fatetur: Visum est flaminibus Romanensibus Imperium Germanum magis florere, quam in ipsis vtile foret. Placuit id contundere, atque discordia non solum debilitare, sed incineres quoque atque fauillas redigere, & Fridericum hunc à fastigio rerum humanarum deturbare.

Consimilia scribit Antoninus Par. 3. Tit. 22, § 5. & 7. Zacharias Pape depositum Ludouicum à regno Franciæ: & Innocentius Imperatorem Fridericum ab imperio: & alias Innocentius Arcadium Imp. excommunicauit. De hoc amplius videat Christianus Lector præfationem Lutheri in lib. de Pontificis Hadriani 4. & Alexand. 3. fide, erga Fridericum Barbarosam, Tom. 8. Ien. Germ. Item, in lib. contra Papatum Rome à Diabolo fundatum, fol. 213. 214. 232. 233. de Imperatoribus Germanis, Friderico, Conradino, Philippo, Heinrico 4. & Ludouico Bauaro: quos partim pedibus calcârunt, parit securi percusserunt: ut historiæ testantur. Quis ergo non miretur, vel potius detestetur projectam Jesuitarum impudentiam, qua omnibus nota, totq[ue] exemplis illustribus comprobata, negare audent?

## I E S V I T A.

## LXXII. Mendacium.

**I**Bidem scribit Lutherus: Præter hoc etiam vendicat sibi potestatem condendi multiplices leges de cultibus diuinis, mutandi Sacra menta & doctrinam.

Concord. lat. 921.

## R E S P O N S I O.

Et hac de Pontifice Rom. verè scribi, suprà mendacio 34. prolixè demonstra-

232. Mendacium  
Jesuitarum.

*monstrauimus. Vbi etiam hoc à tribus Archiepiscopis illi obijci audiūim⁹,  
quòd se efferaſ super omnem qui Deus aut numen dicitur.*

Concil. Constant.  
Can. 13.

*An non enim Sacramentum altaris Constantie mutauit? præcepitq; vt  
Laicis non niſi ſub ſpecie panis exhiberetur, non obſtante quod Christus di-  
ſcipulis ſuis hoc venerabile Sacramentum ſub vrraque ſpecie administraue-  
rit. Quare non Lutherum eiusq; Collegas, ſed Iefuitas hoc loco, vt ſemper  
& vbiq;e, mentiri conſtat.*

## I E S V I T A.

## L X X I I . Mendacium.

Concord. lat. 313.

- 1.
- 2.

*Ibidem Smalcaldici Subſcribentes dicunt: Cephæ potestas non eſt  
maior, quām reliquorum Apoſtolorum. Ideo Paulus re-  
prehendit eos, qui dicebant: Cephas eſt p̄cipiuſ Apo-  
ſtolorum, & ſic ſentit: ideo Paulus quoque & reliqui ſic ſen-  
tire tenentur. Hoc negat Paulus, & Petruſ adimit p̄rroga-  
tiuam & potestatem p̄ reliquis Apoſtolis in Eccleſia. Hi ne  
Petruſ quidem, odio Papa, parcitur: ſed alibi etiam quauis occaſione au-  
thoritatem illius extenuant: quem tamen Paulus magnificet.*

## R E S P O N S I O.

Summa potestas in  
terris.  
Apoſtolorum po-  
teſtas æqualis.

*Summa potestas in Eccleſia Dei eſt, peccata remittere, & retinere: Cœ-  
lum aperire, & claudere. Hanc potestatem Christus omnibus Apoſtolis  
pariter dedit, Ioan. 20. dicens: Accipite Spiritum sanctum: quo-  
rumcunque remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. Haec po-  
tentia morte Apoſtolorum ſublata non eſt, ſed Eccleſia relicta & data,  
Matth. 18. Atque hanc candeni potestatem omnes Epifcopi, Paſtores, &  
Concionatores ab Eccleſia legitime elecli & vocati aequaliter habent, ita  
ut nulli Epifcoporum aut verbi miniftrorum p̄ ceteris caſis aliquis reſer-  
uatus ſit, in quo ipſe ſolus potestatem abſoluendi habeat: ſed omnia pecca-  
ta ſerio reſipientibus tam inſimilis Eccleſia Diaconus, quām ipſe Papa re-  
mittere potest: quod nemo cordatus negare, aut verbo Dei impugnare  
potest.*

Ordo & gradus Mi-  
niftrorum Eccleſie,  
coſtitutio humana.

*Quod autem in Eccleſia gubernatione, aliis alij ratione donorum &  
induſtriae preponitur: humana hec ordinatio eſt, vt Hieronymus teſtatur,  
in hoc ſolum inſtituta, vt puritas doctrina conſerueretur, omnia ordine &  
decenter in Eccleſia ſiant; & in rebus dubijs ſint qui ceteros conſilio iuuent.  
Ceterum*

Ceterum de nobis istud putide menteuntur Iesuita, quod odio Pa- 233. Mendacium  
px, autoritatem Petri extenuemus. Paulum enim non ioco sed se- Iesuitarum.  
rid, non in re leui sed magna qua nostram salutem concernit, nec clam sed  
publicè Petrum reprehendisse, quod scandalum Ecclesia dedit, claris ver- Paulus serio & pub-  
bis testatur Paulus, scribens: Cum venisset Petrus Antiochiam, in licè reprehendit Pe-  
faciem illi restiti, eò quod reprehensibilis esset, &c. Cumque trum.  
vidissem, quod non recto pede incederent ad veritatem Eu- Gal. 2.  
angelij: dixi Petro coram omnibus: Si tu cùm sis Iudeus, gē-  
tiliter viuis, ac non Iudaice, cur Gentes cogis in daizare? Hanc  
seueritatem Paulus nunquam adhibuisset, nisi id ex re Ecclesia, & Petrus  
reprehensibilis suisset. Agebatur enim de summo articulo fidei Christianae,  
nempe de iustificatione hominis coram Deo, nec non veritate Euangeli,  
quam Pseudo apostoli cum observatione legis Mosaicæ miscebant. Efficiebat  
præterea Petrus suo Exemplo, ut multi Iudai, & in his quoque Barnabas,  
in hypocrisia abducerentur. Qua de causa etiam Augustinus Hieronymo, August. Epist. 1. p.  
licet hoc iunior, in declaratione huius pugna, quod Paulus rem serio egerit, & 19.  
sedere nullo modo voluit.

Quod vero Chrysostomus, Cyrus, Hieronymus, Ambrosius & alij Pa- Prærogatia Petri,  
tres de prærogativa Petri præ reliquis Apostolis scribunt: hoc nec Petro, nec Episcopum Roma-  
huius (quos falso putant) successoribus potestatem eam tribuit, quam papam.  
num non constituit  
Episcopi Romani sibi arrogant.

Nec etiam dictum Christi de Oratione, ne fides Petri deficiat, ultra personam Petri se extendit: qui hac oratione summopere indigerat, quod Christum contra toutes repetitum promissum ter abnegasset, eaque de causa sollicitus & anxius erat, ne forte à Christo omnino reprobaretur. Eadem vero ratione Christus quoque pro omnibus fidelibus oravit, ut in fide conseruarentur, Ioan. 17.

## IESVITÆ.

## LXXIIII. Mendacium.

Germ. 185.  
Concoed. lat. 213.  
IN eodem tract. scribit Lutherus: 1. Cor. 3. Paulus omnes ministros Ecclesie exequat, docens, Ecclesiam, ministris superiorem & potiorem esse, &c. Sic enim dicit: Omnia vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, id est, nec Petrus, nec alij ministri verbi debent sibi vendicare ullam potestatem & dominationem in Ecclesiam. Lutherus hic duo mendacia con-

1. finxit, quæ auctoritate Pauli facare se posse sperauit: quod nimis omnes Ecclesiæ ministri potestate pares sint: quodq; Ecclesia ipsis superior sit.
- 2.

## RESPONSI.

234. Mendacium  
Iesuitarum.

2. Cor. 4.

Nuda & simplici inficiacione ad rem non respondetur. Vtrumque enim verum est: & quod Paulus ratione officij & ministerij Ecclesiastici, omnes ministros, qui idem verbum eademq; sacramenta tractant, excusat: & quod non Domini sed ministri Ecclesiarum sint, sicut scriptum est: Sic nos aestimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Solus igitur Christus, Dominus: Ecclesia autem, sponsa illius est, Christo subdita, Ephes. 5. Quis vero Paulus est? quis Apollo? ministri sunt, inquit Apostolus, per quos credidistis.

## IESVITÆ.

Hinc vero illud consequens non est, quod Lutherus colligit: omnes ministros Ecclesiæ pares, nec unum alij ordine quodam praesumti sunt esse.

## RESPONSI.

235. Mendacium  
Iesuitarum.

Ordo inter Minis-  
tros Ecclesiæ.

Lutherus nusquam dicit: Inter ministros verbi, ordinem esse non debere: Quandoquidem inaequalitas donorum ordinem & discrimen aliquod inter ipsos omnino requirat. Nihilominus, quod ad ministerium Ecclesiasticum in se, & potestatem remittendi peccata attinet: omnes aequales sunt.

## IESVITÆ.

Paulus alibi scribit: Num omnes Apostoli? num omnes Prophetæ? num omnes Doctores? 1. Cor. 12.

## RESPONSI.

Non. Nam in eodem officio dona distincta reperiuntur, quib. alius aliud antecellit: & tamen ministerium verbi & Sacramentorum, nec non potestas remittendi peccata, in omnibus etiam minimis Ecclesia ministru eadem est, ita vt Petri vel Pauli absolutio non præstantior aut efficacior sit, quam simplicis cuiusdam Diaconi.

## IESVITÆ.

Germ. 187.  
Hebr. 12. Frustra igitur Paulus auditoribus precepit: Obedite præpositis vestris, & subiacete. Et Actor. 20. Attende vobis & cuncto gregi, &c.

RESPON-

## RESPONSI O.

Non Præpositi, sed Christus suo verbo per Præpositos edicit populo, quid secundum voluntatem Dei facere aut omittere debeat. Idecirco etiam ministri Ecclesia non nisi verbum annunciant, & inobsequentibus iram Dei comminantur. Vt Domini verò precipere non possunt, sed tantum monere hortari, &c.

## IESVITÆ.

Cur quoque Deus à pastoribus rationem ouium, & harum sanguinem ab illorum manibus requireret, si potestatem præcipendi non haberent, & oues Pastoribus potiores essent?

## RESPONSI O.

Hac probè consistere possunt. Deus enim nihil amplius à ministro verbi requirit, quam ut impio dicat: In peccatis tuis morieris. Hoc si annunciasse, ut impio, isq; moritur in iniuitate sua: coram Deo minister excusatus, & expers culpa est. Non enim vel potestatem vel potentiam habet, eum ad resipiscientiam & obedientiam cogendi, more videlicet Magistratus politici, qui gladium ideo gestat, vt malos vi quadam externa in officio retineat. Episcopi autem non nisi Doctores, Pastores, & ministri Ecclesie sunt, quam verbo erudire & pastere, non autem cogere, possunt vel debent.

## IESVITÆ.

## LXXV. Mendacium.

**I**N eodem art. de Primatu Papæ inquit Lutherus: Olim multa Concord. lat. 313: Cilia indicta & congregata fuerunt, in quibus Episcopus Romanus non vt Praeses assedit, vt Niceæ & alibi. Et hoc etiam argumentum est, Ecclesiam tum temporis Papam pro summo Capite Ecclesiasticorum & Episcoporum omnium non agnouisse. Hic duo aperta mendacia ponuntur.

## RESPONSI O.

Constantinum Imperatorem Concilium Nicœnum indixisse: & Episcopum Romanum non nisi sessionem primam præ reliquis Episcopis occupasse: ex historia Ecclesiastica notissimum est.

Quod autem ceterorum Magistratus Ecclesiasticus & Dominus, illi vero huic eiusque mandatis subiecti fuerint: tam crassum mendacium est, vt 136. Impudentissimum mendacium.

Crimen falsi Pontificis Rom. in Concilio Carthag. 6. detectum.

mirum si ipsos Iesuitas illius non pudeat. Præsertim cum ignorare nec possint nec debeant, in Concilio Carthaginensi 6. (cui etiam Augustinus interfuit & presuit) Romani Episcopi Legatos in manifesto crimine falsi reprehensos fuisse, cum quoddam commonitorium proferrent, in quo Episcopus Romanus ementito decreto Concilij Nicæni docere conabatur, Episcopus aliarum Ecclesiæ, & sic quoque Africaniarum, Romanam prouocare licere, quodq[ue] illius Episcopi iudicio & sententia simpliciter standum sit. Verum inspectione Exemplarium, que Cyrilus Alexandriae Episcopus, & Aticus Constantinopolitanus ex authenticot transcripta miserant, comprehendit Concilium Africanum, Canonem illum de iurisdictione Episcopi Rom. in aliarum Ecclesiæ Episcopos, confutum & supposititum esse: quod & Bonifacio, & postea successori Cœlestino per literas exprobrarunt.

Quonobrem cum in historiæ Ecclesiastica & scriptis Patrum de Ecclesiæ Romana eiusq[ue] Episcopo legiūt, quid semper primatum tenuerit: nequaquam sentiendum est, ipsum Ecclesiæ & Episcoporum omnium supremum Magistratum fuisse, qui iurisdictionem Ecclesiasticam in ceteras Ecclesiæ habuerit. Sed hoc duntaxat istius verbo significatur: quid in Concilijs præsens, primum locum tenuerit. Testantur autem historie: non solum sex vniuersalia Concilia, sed multa quoque tempore Cypriani in Africâ, Oriente, Gracia, & alijs nationibus, absente Episcopo Romano celebrata fuisse.

Et hec de isto quoq[ue] impudentissimo mendacio Iesuitarum dixisse satissit: vbi Epilogi loco moneri possent, ne vltra operam inanem sumiant in Pontificis Rom. sede erigenda, ut que in tot millium cordibus iam dudum corruerit, quamq[ue] Deus mox omnino destructurus sit.

### I E S V I T A .

#### LXXVI. Mendacium.

Concord. lat. 315.  
325.

**I**N eodem scripto, de Hieronymo & Cypriano mentitur Lutherus, quasi docuerint: Apostolos, Episcopos, & Presbyteros, iure diuino æquales esse: & distinctos gradus officiorum Ecclesiasticorum, tantum humana authoritate constitutos esse. Quod illi ipsi Patres refutant.

### R E S P O N S I O .

**S**ine fronte mentiuntur Iesuitæ, quid Lutherus docuerit aut scripsit: Hieronymum & Cyprianum sensisse: inter Apostolos, Episcopos,

Cyprian. de unitate Ecclesiæ, lib. 1. ex idit. Manutj.

337. Mendacium.

scopos, & Presbyteros non esse discrimen. Quemadmodum enim Apostolis Episcopi & Presbyteri pares non sunt. Apostoli, omnibus alijs Episcopis & Presbyteris longè antepositi sunt, vt quorum doctrina & scripta erroribus carent, adeoq; cœlestis veritatis norma & regula sunt: ita quoque illis omnes Episcopi eorumq; scripta subiecta, bacq; ratione nullo modo illi pares sunt, licet potestas remittendi peccata, omnibus eadem sit.

Adhac, Lutherus ex verbis Hieronymi hoc solum ostendit: Omnes Pastores, & Episcopos & Presbyteros esse. Postea addit Hieronymus: Quomodo Episcopi & Sacerdotes aequaliter, & in aequaliter sunt. Quod autem unus electus est, qui ceteris proponeretur, (quemadmodum exercitus Imperatorem sibi facit) in termidum Schismatis factum est, ne unusquisque ad se trahens, Ecclesiam Christi rumperet. Ceterum quod dicunt Hieronymum subiungere: Inter duodecim unum eligi, ut occasio schismatis, ordinatione Capitis, precidatur: hoc Papa potestatem, quam sibi ipse sumpxit, nullo modo probat; sed tantum quod modo dixerat, confirmat: cur nimurum Episcopi ex Presbyteris elegantur. Ideo addit Hieronymus: Nam & Alexandria à Marco Euangelista usque ad Esdram & Dionysium, Presbyteri semper ex se unum eligebant, & in excelsiore loco collocabant, & Episcopum nominabant, &c.

Idem quoque sensus est verborum Cypriani de unitate Ecclesie. Quam obrem addit: Quam unitatem infirmiter tenere & vindicare debemus, maximè **E P I S C O P I Q V I N E C C L E S I A P R A E S I D E M V S**, ut Episcopatum quoque ipsum unum atque indivisum probemus, &c. Episcopatus unus est, cuius à singulis (Episcopis) in solidum pars tenetur. Nihil hic de uno ceteris presidente, sed de multis Episcopis aequaliter in Ecclesia presidentibus dicitur, ut quibus omnibus unus Episcopatus, una eademq; potestas unitatem Ecclesie conservandi, est.

Denique Petrum Episcopum mandasse, ut Chrisma & templa consecrent: (hoc enim Presbyteris non conuenire: ) in Epistolis ipsius non legitur: sed est purum commentum Papistarum, quo talia Petro assingunt: sicut alibi nostris ostensum est.

### I E S V I T A.

### LXXVII. Mendacium.

**I B I D E M** inquit Lutherus: Quod Papa dicat, se esse Deum, Concord. lat. § 26.

quia affirmeret, se habere potestatem mutandi doctrinā Christi, & veros Dei cultus, ab ipso Deo institutos. Item, quod omnes non per omnia cum ipso sentientes, trucidet. Quorum neutrum de vlo Episcopo Romano, iam inde à Petro ad præsentem usque Sextum V. repetendo, neque in historijs fide dignis, neque in Concilijs, neque Patribus, legitur.

## RESPONSIO.

232. Mendacium  
Iesuit. aperitur.

Iesuiti cōtradicunt tres Archiepiscopi, Treuirenſis, Colonienſis & Salicburgensis: (quorum testimonium de Papa Romano, si etiam prater hoc nullum esset, abunde sufficere nobis posset:) vbi, teste Auentino historiographo Catholico, Pontifici obijciunt, quod contra leges agat, ingentia loquatur quasi Deus esset, leges commutet, suas fanciat, contaminet, diripiat spoliat, fraudet, occidat perditus homo ille, (quem Antichristum vocare soleant,) in cuius fronte contumelie nomen scriptum sit, D E V S SVM, ERRARE NON POSSVM, quod in templo Dei sēdeat, longè latēg̃ dominetur, &c. Sed preter hos, Fridericus quoque II. Romanorum Imperator, Otthoni Bauariae Ducis per Epistolam de Papa conque-rens scribit: Pontifices Romanos auctos diuinijs & dignitate atque cæteris Imperatoribus, æmulos esse pertinacissimos omnium Regum atque Principum, neque parem ultra ferre posse. Manibus, pedibusque, noctes diesque id eos contari, vt non tam se, quam Sacrosancto Romano Imperio, tanquam Capite oppresso, facile cæteris membris omnibus seruitutem imponant: affectare eos dominationem atq; D L VINITATEM, nempe ut ab omnibus haud aliter, immo ma-

Multe Antichristi in gis quam Deus timeantur. Nam MVLTOS ANTICHL-  
MASTOS inesse ROMANENSIBVS illis, nec ullos alios, quemadmodum opera ostendant, exitio Christianæ religionis esse. Idem Imperator religionem Christianam ibi predicit, & testatur: Se quidem optimè sentire de Christo, nihilque magis cupere, quam ut suo tempore Respublica Christiana pristinam maiestatem, simplicitatem, & pacem recuperet. Quod fieri (inquit) nequaquam potest, NISI SPINAE ERADICENTVR,

NB. hoc est, ambitio, superbia, fastus, luxus Sacerdotum Romanorum, subtrahitis opibus atque diuinijs, extirpentur radici tūs. Et mox: Homo ille, qui dicitur Papa, diuinijs nimium aus,

Crus, maximo pietatis Christianæ detimento, omnia sibi licet Diabolica præsumtum  
cere, more Tyrannorum pessimorū putat: rationem actuum priorum Paparum.  
nemini, quasi sit Deus, reddere vult: Id quod soli Deo conuenient,  
vñsurpat: se errare, vñlāue mendacij religione astringi non  
posse, credi sibi impudentissimè simulq; imperiosè postulat.  
Quid verò hic Auentinus (cuius vos Jesuite, autoritatem recercere nō potestis, cùm Annales ipsius ut bisteriographi Catholici, in urbe Catholica  
excusi sint) aliud scripsit, quam quod Lutherus de Papa, Antichristo &  
filio perditionis, prolixius demonstravit?

Porrò Romanum Pontificem, eorum qui cum ipso non sentiunt, sanguinem non solum scire, verū etiam plurimum sanguinis Christiani hac  
ipsa de causa effusisse, idemq; adhuc in Germania per vos Jesuitas moliri,  
quo suam tyrannicam potestatem de novo in ea constituat: quis est qui ne-  
sciat, aut negare ausit?

Et quis percensere posset, quot cedibus, bellis & malis, Pontifices Roma-  
ni iam olim causam dederint, partim Imperatores, Reges, & Principes in-  
ter se committendo, partim illis ipsis armis inferendo. Facit autem Deus,  
ut Principum Papistorum oculi vel tandem aperiantur, quo Imperatoris  
Friderici commonitioni locum dent, nec diutius à Bestia Romana per lesu-  
ras se ludi & decipi patientur. Quod, bona spē ducti tum fiet, ubi intellexe-  
rint, nihil odio vel inuidia Lutherum in Papam scripsisse, sed omnia immo-  
tu Scriptura fundamentis demonstrasse.

Et quidem de illo Imperatore Romani diu multumq; conquesti sunt: at  
vñ ac cum Principibus sui temporis, nondum in verare religione, fide, & con-  
scientia ita confirmati erant, vt spinas illas eradicare ausi fuissent: Condi-  
tionis nimirum & gradus Sacerdotis alii potiorem, quam impetratis Papalis  
rationem habentes. Nunc verò per gratiam Dei, nebula ista ab oculis ho-  
minum, qui videre cupiunt, dispulsa sunt, vt nō amplius infirmitates per-  
sonae respicere opus sit, sed ipsum statum Pontificis considerare, quod non à  
Deo, sed à Diabolo originem trahat, cùm orbis Christianus Papā non indi-  
geat, isq; iam verbo Dei (quod vbique terrarum percrebuit) pro Antichri-  
sto declaratus sit, ita vt bona conscientia nunc fieri poscit, quod in Apoca-  
lypse scriptum est: Decem cornua, quæ vidisti super bestiam, hi  
odio prosequentur Meretricem, & desolatam facient illam &  
nudam, & carnes eius comedent, & ipsam igne concrema-  
bunt. D E V S enim D E D I T I N C O R D A E O R V M , vt fa-  
ciant,

239. Mendacium Po-  
suit ostenditur.  
Papa persequitur &  
trucidat, qui ab ipso  
in religione dissem-  
tiunt.

Nihil odio vel inui-  
dia in Papam scri-  
ptum.

Apoc. 17.

ciant, quod placitum est illi, ut vnam faciant sententiam, vt dent regnum suum bestiæ, donec perficiantur verba Dei. Et mulier (inquit Ioannes) quam vidisti, est ciuitas magna, quæ habet regnum super reges terræ. Quis verò adeo cecus est, qui non videat, Ioannem de urbe Roma, & Meretrice Babylonica, Pontifice Romano, loqui? ad quem regnum istud non pertinet, siquidem mendacijs & fraudibus acquisuerit illud, ideoq; etiam Imperatori Romano restituendum sit. Postquam autem meretrix illa scripturis atque libris se amplius tueri non potest, vi rem expeditre & perficere aggreditur: sicut hisce annis in Gallia & Belgio, istorum regnorum vastatione, fecit, idemq; in Germania superiori iam diu efficere tentat. Sed frustra, per gratiam Dei, fidelibus malum machinabitur: quandoquidem equo albo insidens, qui dicitur verbum Dei, vel tandem cum suis vincat & triumphet: dum interim Bestia & Pseudopropheta comprehensi, in stagnum ignis coniiciuntur.

## I E S V I T A.

Lutherus, & alij innumerū sectarij, ipsius discipuli, licet cum Papa non sentiant, sed eum quibus possunt conuictis & consumelis proscindant: ab ipso tamen trucidati non sunt.

## R E S P O N S I O.

Lutherus, inuito  
Papa in pace obiit.

Immanis crudelitas  
Papa in Lutheris.

In cœde Lutheri perpetranda, non voluntas, non studium Pontificis, sed tantum permisio Dei defuit, qui hoc electum suum organum in manus Pontificis tradere noluit, sed fortis sua dextra protexit illum, ut in pace obdormiret: cùm alioquin Luthero multò minus, quam Hasso parsum fuisset. Interim in Gallijs, Hispanijs, Anglia, Scotia, Germania, Italia, quicunque ipsius discipuli comprehendendi potuerunt, non subita morte extingui, sed lento igne tosti, in cineres redacti sunt.

## I E S V I T A.

Cuius Papa accusatur: hoc Lutherus fecit: verbum suum, pro verbo Dei venditans, quod nec ab angelis, nec hominibus censeri velit.

## R E S P O N S I O.

240. Mendacium.

Et hoc de Luthero impudenter mentiuntur Iesuita. Lutherus enim Biblio (qua in lingua vernacula legere, Laicus à Papa interdictum erat) in linguam Germanicam propriissime conuertit, omnesq; auditores suos ad sacram Scripturam remisit, ut huic per omnia fidem haberent. Nam seipsum in hoc

*in hoc Lutheranum esse nolle, si quid forte scripsisset, quod S. literis aduersari, deprehenderetur.*

*Et hac de illo multiplici mendacio Iesuitarum.*

## IESVITÆ.

## LXXVIII. Mendacium.

**I**N sape iam dicto tractatu de Primatu Papa, pergit mentiri Lutherus, Concord. lat. 311. 312.  
*& scribit: Quod Papa Statuta & Leges suas non solum velit*  
*æquiparari articulis Christianæ fidei & sacræ Scripturæ, sed*  
*etiam mandatis Dei & S. literis præferri. Hoc autem de nullo Pon-*  
*tificum Romanorum probari potest. Et, si Lutherus aut Concordia, vel*  
*vnum huiusmodi statutum monstrauerint: vieti cedemus.*

## RESPONSIÖ.

*Papam Statutum & decretum suum de vñi duntaxat speciei in* 241. Mendacium.  
*Sacramento altaris, contra institutionem Christi: & interdictum Coniu-*  
*gij Sacerdotum, contra expressam doctrinam Pauli: buc vsque illegitima* Papa statuta sua  
mandatis Dei præ-  
fert.  
*potestate & tyrannide propugnasse & conseruasse, toto mundo notum est.*

Deinde, quod Papæ leges suas mandatis Dei præferri velit, quia testi-  
monium nostrum exemplis modò citatis confirmatum, apud Iesuitas pon-  
dus non habet: ad Archiepiscopum Salisburgensem ipsos alegamus, qui in  
conuentu imperij Pontifici Romano idem aperte obiecit.

## IESVITÆ.

Catholicos autem decreta Ecclesiæ magnificare, Lutherani agrè ferre  
non debent. Hoc enim ex mandato Dei, Luc. 10. & Matib. 18. sub pœna  
damnationis facere tenentur.

## RESPONSIÖ.

Statuta Ecclesiæ Catholice non esse, que Papa cum paucis quibusdam  
sua fecis hominibus in angulo aliquo mundi decernit: prius offendit est.  
Quia de causa Apostolus Paulus prohibitionem Coniugij Sacerdotalis à Pa-  
pa factam, doctrinam demoniorum appellat: que itidem decretum de vñi  
vnius speciei in Sacramento Cane fecerunt.

Statuta Papæ, non  
sunt decreta Eccle-  
siæ Catholice.

Adhæc, Ecclesiam veram statuta & ordinationes suas sub commina- 242. Mendacium.  
tione eterni exitij alijs obtrudere: crassum & impudens Iesuitarum men-  
daciun est.

## IESVITÆ.

**Matth. 18.**    *Expresse n. scriptū est, Luc. 10. Qui vos audit, me audit. Item: Qui Ecclesiam non audierit, sit tibi velut Ethnicus & Publicanus.*

## RESPONSIO.

**Quando Ecclesia audienda sit, vel nō.**  
Gal. 1.

*Hac dictatum locum habent, cùm Ecclesia secundum verbum Dei iudicat, pronunciat, admonet: non cùm docet doctrinas & praecepta hominum, presertim talia quæ S. literis repugnant. Qui enim à S. Scriptura diuersum quid docet, etiam si angelus de cœlo sit, nedum misellus & mendas homo: audiendus non est, nec ipsi fides habenda.*

## IESVITÆ.

**Germ. 193.**    *Quod Papa istud de suis statutis (vt Lutherus fecit) dicat aut precipiat: veritas ex quinto Euangelio desumpta, est.*

## RESPONSIO.

*Quia Contrarium prius testimonij evidenteris, que repudiari vel eleuari nullo modo possunt, ostendimus: Idem cum tedium Lectoris hic repetendum esse, non arbitramur. Dum autem Iesuitæ Lutherum in re notissima mendacijs arguunt: Ipsi impudentis & aperti mendacijs coniunctuntur.*

## IESVITÆ.

## LXXXIX. Mendacium.

**Concord. lat. 325.**

*Lutherus inquit: Ecclesiam, & non Episcopos, habere ius & potestatem Ministros vocandi, eligendi, ordinandi. Et addit rationem: Quia Christus hoc donum Ecclesiae acquisuerit & dederit. In quibus verbis sunt mendacia, errores, contradictiones, falsæ allegationes, & sophismata.*

## RESPONSIO.

**243. Mendacium.**

*Hoc loco Iesuitæ non tantum mentiuntur, sed Lutheri quoque verba & sententiam maliciose dapravant. Lutherus enim nō ait: Episcopos non habere ius vocandi Ministros: sed inquit: Si Episcopi Euangeliū persequantur, & idoneos Ministros ordinare nolint: vnamquamque Ecclesiam in hoc casu ius & potestatem habere ordinandi Ministros. Et quis hoc veris rationibus refellere poterit?*

## IESVITÆ.

*Primum enim singit Phantasticus Lutherus Ecclesiam absque Episcopos quod idem est, ac si quis hominem sine Capite imaginaretur.*

**RESPON-**

## RESPONSI O.

*Et hoc, Iesuiticum mendacium est. Unicum enim Caput Ecclesia, Christus est : qui à corpore Ecclesia mystico separatus nunquam est. Ecclesiam quoq; absque Episcopo esse non debere, Lutherus docet, dum ibidem ostendit & probat, Ecclesiam habere potestatem Episcopum, hoc est, Pastorem eligendi.*

244. Mendacium.

## IESVITÆ.

*Secundo, Ecclesiam collocat in plebe & auditoribus solum, excluso PASTORE : ac si manus & pedes à sua communione rationem & oculos excluderent.*

## RESPONSI O.

*Nec hoc de Luthero verè scribunt Iesuitæ. Si n. non sit Episcopus: (quod accidit Ecclesia interuentu mortis) ipsum excludi, dici non potest, & tum de alio vocando cogitur: quod Ecclesia Ministro destituta officium est.*

245. Mendacium.  
Episcopus ab Ecclesia non excluditur.

## IESVITÆ.

*Tertio imaginatur sibi Episcopos, qui Euangelium persequantur. Vbi fortassis suum quintum Euangeliū putat. De alio enim quod dicit, verum non est: Cùm consecratus Episcopus, Spiritus S. & officij gratiam per impositionem manuum Presbyterij acceperit: & quamdiu in illo permanet, Euangelium persequi non potest. Scriptum enim est: In Cathedra Mo- Matth. 23. sis sedent Scribæ & Pharisei.*

## RESPONSI O.

*Episcopos, puram & sinceram Euangeliū doctrinam nostro seculo persequi, tam certum & manifestum est, quam verum est Scribas & Phariseos, qui scripta Mosis & Prophetarum tractabant, Christum crucifixisse, eiusq; Apostolos vñā cum Euangilio persecutos esse.*

246. Meudacium.  
Episcopi Pontificij persequuntur Eu-  
angelium.

*Quamobrem sicut Scribae & Pharisei minus docendi Mosen & Prophetas sustinebant, nec à quoquam videri volebant doctrinam Mosis, (ex qua Christus & Apostoli Euangelium suum confirmabant) persequi: ita nostro tempore Episcopi in Cathedra Apostolorū sedent, nec Lutheri, sed Euangelistarum & Apostolorum Euangelium persequuntur & damnant, nec illud vocem iudicij inter nos & ipsos esse volunt, sicut supra demonstratum est.*

## IESVITÆ.

*Quarto attribuit plebi ordinationem Sacerdotum: quod est imum superium facere, & capite ut quis incedat docere.*

Germ. 194.

## RESPONSIO.

247. Mendacium.

*Si Jesuita per Sacerdotes intelligent sacrificulos, quorum tota scientia consistit in sacrificando pro viuis & defunctis: Lutherus potestatem ordinandi tales, nec Episcopis nec plebi concessit: sed eiusmodi sacrificios sumam abominationem coram Deo esse, immotis Scriptura rationibus ostendit. Si vero vox ista de Pastoribus & Concionatoribus intelligatur: iterum inuitus argumentis demonstrauit, hanc potestatem totius Ecclesie esse, ut unum aliquem vel ex sua multitudine eligat, vel aliunde vocet, qui munus Episcopi & Pastoris obeat, Euangelium annunciet, & Sacra menta admistret: quem videlicet Deus ad hoc officium necessarijs donis instruxit & idoneum fecit.*

## IESVITÆ.

*Apostoli, Episcopi, Pastores & Doctores, alios mittunt, quemadmodum Apostoli à Christo, & Timotheus atque Titus à Paulo misi fuerunt, & hincinceps quoque alios mittunt. Lutherus ergo missionem istam non plebi adscribat, Episcopis & Prælatis exclusis.*

## RESPONSIO.

*Paulus in missione  
ministrorum, Eccle-  
siam siue plebem  
non exclusit.*

*Paulus nec Timotheum nec Titum vi quadam & suo priuato arbitrio Ecclesijs obtrusit, nec etiam horum posteri potestatem talem reliquit: sed omnia consensu & approbatione plebi in primitiva Ecclesia gesta sunt. Hoc verbi Ministris testimonium vita & morum dedit, an tales nimurum se prefiterint, quales à Paulo t. Timoth. 3 & Tit. 1. describuntur.*

## IESVITÆ.

*Vnde hoc Quibus, vt ipsæ Pastores sibi eligant? nec non Magisterium in eosysurpent, qui ipsas erudire, pascere,ducere, atque gubernare debebant.*

## RESPONSIO.

*Plebs habet potes-  
tem ministrum vel  
eligendi vel recu-  
fandi.*

*Cyprian. lib. 1. E-  
pist. 4.*

*Causa hec est, quod non sini bruta animalia, sed oves Christi, ratione & intellectu predita, qua Pseudoprophetas à sinceris Doctribus discerne-re, eorumq; doctrinam iudicare nouerunt, an vera aut falsa Christi, do-ctrina repugnans sit. Idecirco Cyprianus scriptit, Ecclesiam siue plebem ha-bere potestatem vel eligendi vel recusandi Sacerdotem. Verba eius haec sunt: Propter quod plebs, obsequens præceptis Dominicis, & De-um metuens, à peccatore præposito separare se debet, nec se ad sacrilegi Sacerdotis sacrificia miscere, CVM IPSA maxi-mè*

MÈ HABEAT POTESTATEM VEL ELIGENDI DIGNOS  
SACERDOTES, VEL INDIGNOS RECUSANDI

Hoc modo Ambrosius Mediolani à plebe, & non ab Episcopis, electus, ac Ambrosij vocatio ad postea per vicinos Episcopos confirmatus est. Quæratio diu in Ecclesia vise Episcopatum.

## IESVITÆ.

*Cur Oues hoc sibi sumere volunt aut possunt, ut suos ordinarios Episcopos in vocatione Ministrorum negligant?*

## RESPONSIO.

Oues, Episcopos veros dignosq; non negligunt aut flocci faciunt. Si autem indigni & inepti sint: testatur Cyprianus, quid plebs potestatem habeat ipsos recusandi. Atque hac ratione non oves, sed tales Episcopi scipso officio deiciunt, cum idoneos Pastores ouibus praescire volunt, alias ab Elecione nullo modo excludendi. Vbicunque enim vocatione Ministrorum verbi ritè peragitur, ad eam unanimis consensu & voluntas trium Ordinum requiritur: nempe Ministrorum verbi, qui omnium optimè de industria noui Ministri iudicare possunt, num in doctrina sincerus, & Sacrarum literarum peritus sit. Deinde requiritur consensus Christiani Magistratus, quia Christianus & pius est: ac tertio vox plebis, quæ similiter de donis & vita Ministri iudicium ferre potest.

Quorum consensus  
ad electionem mi-  
nistri requiratur.

## IESVITÆ.

Si igitur vocatione Ministrorum, secundum Lutheri doctrinam, penes Germ. 197.  
plebem est: sequetur, inter Concordistas nullum aut certè paucos Concionatores, veros Ecclesia Ministros esse, quandoquidem (ut credo) nullus ipsorum à plebe, sed tantum a suis Principibus secularibus, aut Comitibus, aut Nobilibus, aut Prætoribus, aut Consulibus vocatus, & ab uno vel duobus insulsis Concionatoribus ordinatus sit.

## RESPONSIO.

Apud Principes Confessionis Angust. legitima Consistoria sunt, quæ constant ex Politicis & Ecclesiasticis, totam quasi Ecclesiam representantibus. Hi Ministrorum verbi doctrinam & vitam diligenter explorare, nec Ecclesia aut plebi iniuste quenquam obtrudere solent, si iustas ob causas presentatum recusent. Idcirco etiam Ministri noui, coram plebe concionando, industria sua specimen edere tenentur.

Comites vero, Barones, Nobili & alij Magistratus, quibus huiusmodi

*confistoria non sunt, ut per ea Ministrorum dona, quorum operâ uti volunt, explorare possent: ex illis locis, in quibus confistoria habentur, Concionatores petere, eosq; Ecclesia sistere solent. Atque hoc modo vera & Apostolica ratio vocandi Ministros, in Ecclesij Confessionis Augustanae, obseruari solet.*

*Deinde, Concionatores Lutheranos, à quibus ceteri Ministri ordinantur, haudquaquam insulsose esse, vel istud vnicum Iesuitis argumento esse posset, quod ipsorum Conciones verbo Euangeliij Christi ita saltem sunt, ut Pontifici Romano, cunctisq; Episcopis Papisticis oculos erodant, ipsorum facta ostendant, sal ipsorum non esse infatuatum.*

## IESVITA.

## LXXX. Mendacium.

Genit. 197.  
Concord. lat. 326.

249. 250. 251. 252.  
mendacium.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.

**S**ED quod absurdius est, ibidem subiungit Lutherus: Quod in casu necessitatis etiam Laicus alium absoluere, & proximi sui pastor fieri possit. Ex quo mendacio animaduertitur, Lutheranos tamē Ecclesiam somniare & optare, in qua cuique quod libet, liceat: in qua nec Sacerdos nec Episcopus, item nullus, aut saltem Politicus ordo sit: ubi Laicus tantum possit, quantum Episcopus, & vicissim. Qualis vero hec barbarica confusio esset?

## RESPONSIΟ.

*In hac accusatione, multitudo mendaciorum, linearum numerum propè superat. Quod enim Lutherus de casu necessitatis rectè vereq; scripsit, Laicum tum alium absoluere posse: hoc Iesuita per Diabolicanam calumniam & maliciam eō trahunt, ac si Sacerdotum & Laicorum ordo a nobis permiseretur, ac Laico in Ecclesia tantundem scientie & potestatis tribueretur, quantum Sacerdoti in suo officio.*

Vera absolutio quid sit.

Hoc ipso autem ostendunt Iesuita, se nescire quid vera absolutio sit, nempe annuntiatio Euangeliij de Christo, quod suā obedientia omnia nostra peccata & debita expiari & persolverit. Verè namq; dicere possumus, quodq; Euangeliij dictum de merito Christi, resipisci peccatori commemoratum, veram absolutionem esse. Ut cū Christus inquit: Sic Deus dilexit Mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Si igitur Laicus in agro, morbo quodam subitaneo corruptus, desiceret, & rusticus illi præsens suggereret hoc dictum Christi, interrogando, an ei sumere

Iean. 3.  
Quomodo Laicus in casu necessitatis alium absoluere possit.

dem haberet, & annuenti diceret: mi frater, cum credas, Christum pro peccatis tuis in mortem traditum esse: dico tibi in nomine Iesu Christi, omnia peccata propter Christum remissa tibi esse, quodq[ue] non sis per iuris, sed ritam eternam certè habiturus. His verbis si infirmus crederet: tam vere ab omnibus peccatis absolutus esset, quam si ipsum Episcopus aut etiam Papa (si modò officio Ministri recte fungeretur) absoluisset. Nec tamen actione ista speciali in casu necessitatis, ordo generalis (quos solum verbi Ministri docendo, absoluendo, baptizando, & Sacramentum altaris ministrando, Ecclesiæ præsunt) rumpitur vel tollitur.

## I E S V I T A.

Quid opus esset illo discrimine, de quo Paulus ad Ephes. 4. quod dederit alios Apostolos, alios Prophetas, alios Pastores & Doctores: si quis etiam Laicus in casu necessitatis Sacerdos esse posset?

## R E S P O N S I O.

Discrimen inter Laicos & Sacerdotes, multis modis patet. Nam Minister verbi non solum doctus & aptus ad docendum, verum etiam omni tempore hoc munus docendi, & quidem in publico conuentu Ecclesie, usurpare debet: quod Laico concessum non est. Adhuc, mulieribus permittitur, ut in casu necessitatis baptizent, (quod Sacramentum etiam absolutio à peccatis est) non habita ratione, quod illis Paulus in Ecclesia loqui, interdicit: Cur ergo in simili casu, non liceret viro, peccatorem in nomine Iesu Christi à peccatis absoluere, & Euangelio de merito Christi consolari?

Discrimen inter  
Laicos & ministros  
verbis.

## I E S V I T A.

Alia ratio est Baptismi in casu necessitatis. Quod autem Laicus peccata remittere, & absoluere posset: hoc dogma nimis crassum est. Hac enim potestas nulli Laicorum, ne quidem summo seculari Monarcha data est.

## R E S P O N S I O.

O ingentem stulticiam, & stultam pertinaciam Iesuitarum, mulieribus in casu necessitatis baptizandi copiam facere, & predicationem Euangeli sue absolutionem à peccatis, in simili casu viris negare? Matth. 18. dedit Christus potestatem remittendi & retinendi peccata, toti Ecclesie. Quocirca in casu necessitatis non solum monarcha, sed qui uis etiam rusticus hanc clauem secum ferre, & si solus esset, promissionum Euangeli fideli ac pia recordatione, seipsum à peccatis absoluere posset. Ita si forte Sacerdos simulatem cum aliquo exerceret, eumq[ue] propterea absoluere nollet: hic si

stulticia Iesuitar.

seria

seria paenitentia ductus, Euangelio credit, curare non debet, peccata sibi à Sacerdote retineri, sed sciat se à Deo Patre & Filio ipsius Christo absolutum esse. Euangelium enim vera absolutio est: hoc qui fide apprehendit, absolutionem iam habet: nec turbari debet, si etiam Papa remissionem peccatorum ipsi negat. Non enim Ministris verbi, absoluta potestas absoluendi, quem ipsi velint, concessa est: sed quemvis Christianum peccata & fidem in Christum consitentem, ac emendationem vita promittentem absoluere tenentur.

## IESVITÆ.

Lutheri malignum cor ex eo perspicitur, quod Papa hanc potestatem adimit, quam etiam Laicis concedit. Et pretendit, Papam hoc ipso pro Deo se venditare, quod potestatem ligandi & soluendi sibi arroget.

## RESPONSIO.

253. Mendacium.

Immensam potestatem Papæ, damnat Lutherus.

Maliciose hac est & petulans depravatio verborum Lutheri, adeoque duplex mendacium. Lutherus enim eo loco, quem posteriora verba Jesuitarum putant, non loquitur de vera Christiana absolutione, sed de abusus clauium, & de immensa ac illegitima potestate, quam Papa sibi falsò arrogat, ac si in arbitrio ipsius esset hominī peccato, vel remittere, vel retinere: quod solius Dei est. Hic autem agit de ea potestate, quam omnes Episcopi, Pastores, Concionatores, Diaconi, communem habent: quae non est absoluta, sed limitata: ratione cuius Minister verbi, peccatorem resipiscendum absoluere tenetur: nec penes ipsum est, vel ad horam absolutionem diffidere, quam grande etiam sit peccatum. Et hoc non facit ipsos deos: sed ministri Dei manent, qui ad nutum & voluntatem Dei in verbo comprehensam se componunt.

## IESVITÆ.

## LXXXI. Mendacium.

Concord. lat. 926.  
Dionysius.

Clemens.

**M**OX aliud mendacium sequitur, ubi Lutherus inquit: Liber Dionysij (Areopagite, qui fuit discipulus Pauli) est nouū signum, sub ficticio titulo: sicut & liber Clementis Romani (qui fuit & discipulus & successor Petri) falso titulo prostat, & longè post Clementem ab homine malo scriptus est.

Hoc Lutherus eiusq; discipuli ideo finxerunt, quia ambo isti Doctores nouo ipsorum Euangelio contradicunt.

RESPON-

## RESPONSIΟ.

*Si Iesuitæ vel vnius Doctoris ex antiquioribus testimonio, hoc suū mendacium specie quadam verisimili probare potuissent, non pratermisserint illius citationem. Cūm autem recentes duntaxat quibus suum propositum confirmant, adducant, vt Hildeuinum, Suidam, M. Singelum, Turianum, Lambertum Gruterum: liquet Lutherum eiusq; discipulos verum scriptisse, Iesuitas autem hīc turpiter mentiri.*

*Nam quod Suidam allegant: Iesuitas latere non debebat, neque Eusebium, neque Hieronymum de viris illustribus, huius libri, qui Dionysio adscribitur, meminisse. Quod certè non reticuerint, si ipsorum memoria liber iste sub titulo Dionysii extitisset. Adhac Erasmus Roterodamus, & Laurentius Valla (Iesuitis acumine ingenij & iudicio longè præstantiores) prolixè probant, scriptum istud Dionysio, Pauli discipulo, falso attribui. Idq; vel hinc in primis constat, quod isto in libro Clemens Alexandrinus lib. 8. Stromat. allegetur, qui 130. annis circiter post Dionysium Areopagitam vixit.*

*Quod ad Clementem Romanum attinet, scribit is in Epistola quadam ad Jacobum fratrem Domini, (qui circa annum Domini 60. Hierosolymis, aliquot annis priùs trucidatus erat, quam Clemens in Episcopum Romanum electus esset) se Petro Romæ successisse. Vnde & ipsius scripta suppositione esse, colligere licet.*

*Calumniam autem, qua Lutheri doctrinam quintum Euangeliū vocant, Deus suo tempore iustè vindicabit. Et quidem hoc ipsius Euangeliū adeo reformidant Pontificij Doctores, vt 4. Euangelistarum & Apostoli Pauli scripta, sicut quoque totam Scripturam S. inter nostram & ipsorum doctrinam iudicem ferre nolint, cūm non ignorent, doctrinam Lutheri illorum fundamentis firmissimis nisi, suam autem his ysdem funditus everti: sicut in præcedentibus demonstratum est.*

## IESVITÆ.

## LXXXII. Mendacium.

*In sepe iam dicto tract. Smalcaldico inquit Lutherus: Iurisdictionem in causis matrimonialibus, Episcopi etiam humano tantum iure arripuerunt, & quidem non admodum veteri, vt ex codice & Nouellis Iustiniani appetat, causas matrimoniales à Magistratu Politico diiudicandas fuisse, qui certè debet illas*

N n diudi-

Hanson. 200.

Concord lat. 328.

dijudicare. Hoc Lutherus propterea scribit, quia coniugium pro mundo-  
no solum & politico contractu, & nequaquam pro Sacramento habet.  
Qua de causa quoque coiuges pro arbitrio & copulant, & rursus separant.

## RESPONSIO.

**255.** Mendacium.  
Coniugium contra-  
ctus politicus.

Causa matrimonia-  
les sunt causæ poli-  
tice.

Cur Ministri Eccle-  
sie ad causas matri-  
moniales adhibe-  
antur.

**256.** Mendacium.  
Causæ matrimonia-  
les in Ecclesijs Con-  
fess. Augst. secun-  
dum verbum Dei  
dijudicantur.

Leuit. 18.

Si coniugium, contractus Politicus non est: sequitur, extra Ecclesiam  
inter infidelis, coniugium verum non quam fuisse. At nemo sanus, etiam  
infidelium & gentilium coniugia legitima improbavit aut damnavit un-  
quam. Similiter quicquid ad iudicium matrimoniale pertinet, ut eius  
causa homines vel legitimè copulentur, vel separantur, id omne mere po-  
liticum est: ad quod dijudicandum, sicut quoque ad alias forenses causas,  
Sacerdote opus non est.

Si vero coniugium, Sacramentum propriè dictum est: (ut Papista nu-  
gantur) cur Sacerdotes ab eo prohibentur, quod sancti esse, Deo placere pos-  
sint? Num igitur Sacramentum aliquod pollutum, & coniugium eiusmo-  
ritæ genus est, in quo homines Deo placere non possunt?

Quod autem in locis quibusdam, Ministri quoque verbi ad causas ma-  
trimoniales adhibentur: proposito Lutheri non aduersatur. Nam iudicis  
illæ, nomine secularis Magistratus per politicos administrantur: quibus  
adiunguntur ministri Ecclesia, ut litigantium conscientias, si opus sit, mo-  
ueant, quod tam eternum, quam temporale exitium animæ & corporis  
precaueatur.

Ceterum apertissimo mendacio de nobis spargunt, quasi priuato arbi-  
trio coiuges, vel copulemus, vel rursum dirimamus. Haec enim causa apud  
nos, secundum verbum Dei & iura Cesarea, honestati & aequitati conne-  
xientia, dijudicantur: cum contrà Papistæ, præsertim Pontifex Romanus,  
pecunia causa manifestos incestus, qui lege Dei expressè prohibiti sunt, per-  
mittant. Propter quod peccatum, Dominus per Moysen popule suo conte-  
stat, quod terra Chanaan habitatores suos euomuerit.

## IESVITÆ.

## LXXXIII. Mendacium.

Concord lat 334.  
De certa forma ca-  
pitum Catechismi.

**L**utherus instituit concionatores: Ne subinde alio atque alio mo-  
do vel Decalogum, vel Dominicam Orationem, vel Sym-  
bolum Apostolicum, veletiam Sacra menta proponant,  
sed ut perpetuò eadem vtantur forma in his proponendis &  
expli-

explicandis vulgo. Quod tamen Lutherus ipse non seruauit, sed principium & finem orationis Dominicæ aliter quam veteres proposuit.

## RESPONSI O.

*Ad ea, quæ hic à Iesuitis obijciuntur, quia supra responsum est: prolixiori 257. Mendacium? refutatione nunc supersedeimus.*

Retinuit autem Lutherus in Catechismo communem formam orationis Dominicæ, nec quicquam ex suo cerebro, vel addidit, vel ademit, licet in translatione noui Testamenti, vt in ceteris omnibus ita quoque in oratione Dominicæ proprietatem & elegantiam linguae Germanica secutus sit. Et quidem Epilogū precatio[n]is Dominicæ, Papistæ ex Euāgelista Matthæo eradere non poterunt, nec eum Luthero, vt quandam nouitatem affingere.

## I E S V I T A E.

Non inscitia quadam factum, vt veteres Germani vocem Pater, pronomi[n]i nost[ri], anteponerent. Sed quia tota oratio, spes, & fiducia nostra, in nomine illo consistit: id tanquam fundamentum primo loco ponere voluerunt. Qua de causa etiam apud Catholicos Ave Maria, orationi Dominicæ additum fuit, cum Principium & fundamentum incarnationis Christi, & adoptionis nostre erga Deum sit, vnde ipsum Patrem vocare, & in vera fiducia ad eum accedere audemus.

## RESPONSI O.

*Si Iesuitæ serio & constanter homines docerent, Deum Patrem ex firma 258. Mendacium. fiducia inuocare: facile istac controuersia transigi posset. At prius ostendimus, quod exterminata fiducia illa, doceant homines ad ultimum usque spiritum de gratia Dei dubitare. Quod huic ipsorum assertioni aperte repugnat. Deinde, non nudè aut simpliciter docent: Ave Maria, post orationem Dominicam recitare: sed in ipsorum Rosarijs, recitatio salutationis Angelicæ peculiare meritum & indulgentias habet: vbi homines edocti fuerunt, decem Ave Maria percensere, priusquam semel orationem Dominicam dixerint, vt hoc modo indulgentias & peccatorum remissionem velut opere quodam satisfactionis consequuntur. Qua ratione hic totus cultus, non precatio, sed opus meritorium Pontificis est. Atque sic mere impostura & putida mendacia sunt, qua hoc loco Iesuitæ obtendunt.*

Recitatio orationis  
Dominicæ, & salu-  
tationis angelicæ,  
opus meritorium  
apud Papistas.

## I E S V I T A E.

## LXXXIII. Mendacium.

ILLIS subiungit Lutherus: Quamcumque igitur tibi delegeris

Hanson. 203.  
Concord. lat. 339.

N n 2

prædi-

prædicandi Catechismi formam, eam perpetuò retinebis. nec vñquam ab ea discedes. Alia autem ratio est, si in turba doctorum hominum Euangelium doceas: ibi enim eruditionis tux specimen edere potes. Neque prohibeo si apud illos tractationem varies, & subinde alium atque alium vultum dicendo fingas. Hac inter se Smidelinus concordare faciat; quomodo videlicet eadem perpetuò forma retainenda, nec vñq; quidem syllaba mutanda sit: et tamen forme quamcunque quis delegerit tractationem variandam esse. Ad huc, delectio illa formæ, & tractatio verbi diuini varia, non parum hereticorum ingenium sapit.

## RESPONSIo.

259. Mendacium  
Iesuitarum.

Non ignorant Iesuitæ, quid sine mutatione & depravatione genuini sensus, in lingua Germanica vna res multiplici nec vñ tantum forma verborum enunciari possit. Ideoq; Lutherus consilium dedit, ut ex multis illis vnam certam formam Concionatores deligant, eamq; ne vna quidem Syllaba, cum simpliciores ac iuniores docendi sunt, immutent. Quis verò nisi stolidus & mendax, istud mendacium esse dicet? Deinde, nec istud mendacium erit, quod vel Doct. Iacobi Andrea, vel alterius Concordista conciliatione indigeret, certam nimurum formam eligere, eamq; perpetuò apud simpliciores retainere, apud doctos verò tractationem variare. Germani enim vni & eidem verborum forma alligati non sunt, (vt nec alijs in alijs linguis,) modò verus ac proprius illorum sensus in interpretatione seruetur. Aliás enim nec lingua latínā nec Germanicā, sed Græca, Hebreæ aut Chaldaæ Catechismi Capita docenda forent, cum in his peregrinis linguis initio descripta fuerint.

Quod ad sublime dicendi genus, & argutas subtilitates attinet, quibus nonnulli ad populum Concionantes superbunt: miseri illi homines Iesuitæ videre nolunt, Lutherum his verbis reprehendere potius quam laudare. Concionatores, qui putant rem bene à se gestam, si grandiorationis genere, aut spinosis subtilitatibus eruditionem suam ostentent: quod nulli nisi stolidi superbii facere solent, qui in Ecclesia Dei nihil aut parum edificant. Nemo enim tantæ simplicitate docere potest, quin plebs & iuuentus imperita adhuc maiorem requirant. Estq; is optimus Concionator, qui verbum Dei quam simplicissime populo proponit. Cuins rei Lutherus (qui superbios Concionatores laudem eruditionis affectantes ex animo oderat) mirus artifex fuit.

I E S V I-

IESVITÆ.

## LXXXV. Mendacium.

**I**N Catechismo minori inquit Lutherus de Confessione: Coram Deo Concord. lat. 365.  
omnium peccatorum reos nos sistere debemus, etiam eo-  
rum, quæ nobis sunt abscondita, sicut in oratione Domi-  
nica facimus. Coram Ministro autem debemus tantum ea  
peccata confiteri, quæ nobis cognita sunt, & quæ in corde  
sentimus. At in articulis Smalcaldicis ait: Ennumeratio peccato-  
rum debet esse uniuersa libera, quid enumerare, aut non  
enumerare velit. Hac quomodo inter se conueniant, Concordia vi-  
derint.

RESPONSIO.

In his Lutherus non magis sibi repugnat, quam in precedentibus. For-  
ma enim Confessionis, quam Lutherus simplicioribus prescripsit, non docet  
singula peccata (quod in Papatu vrgetur) enumerare: sed quemq[ue] suum  
vita genus & vocationem considerare & excutere iubet, ut qua contra il-  
lam commissa vel omissa sint, agnosceret discat.

In Papatu autem coegerunt homines per conscientiam singula peccata,  
quorum quis conscientius sit, etiam mentione facta circumstantiarum, enu-  
merare, nisi illa retineri sibi velit. Hac fuit Diabolica tortura conscientia-  
rum, in qua non solum pudicicia honestarum matronarum atque virginum  
per impuros sacrificulos tentata & corrupta fuit: sed sepe quoque, debi-  
tum silentium illis non seruantibus, prodiciones, cades, omnisq[ue] generis  
grauamina & mala secuta sunt. Ab hoc periculo & carnificina ista, arti-  
culi Smalcaldici conscientias ita liberas esse volunt, vt tamen confessio &  
privata absolutio, propter infirmos, tentatos & afflictos, nec non rudiores  
retineatur, quo audiri, doceri, & in fana doctrinam informari possint.

Quare nec hoc loco vlla conciliation laboriosa opus est, cum utriusque  
sermoni sua veritas constet. Contrà vero Jesuitarum impudentia, malicia,  
& calumniandi libido subinde magis magis patescit, dum optima quæq[ue]  
maliciose peruertere, & contradictiones ybi nulla sunt, fingere student.

IESVITÆ.

## LXXXVI. Mendacium.

**I**N Catechismo maiori inquit Lutherus: Dominante Papatu, fi-  
Hanson. 204.  
des Concord. lat. 474.

des prorsus neglecta & obscurata iacuit : Nemo Christum pro Domino agnouit, &c. *Hoc apertissimum mendacium esse, testantur Symbola fidei, qua Lutherani secundum ipsius Lutheri confessionem à Papatu acceperunt, ijsq; Concordiam suam exornarunt, qua etiam nunc quotidie in Papisticis templis leguntur & cantantur.*

## R E S P O N S I O.

**261.** Mendacium  
Iesuitarum.  
Quomodo in Papa-  
tu Christi pro Do-  
mino non sit agni-  
tus.

Concord, lat. 474.

Vera saluifica fides  
in Papatu damnata

Sess. 6.

Can. 13.

Symbola fidei in Pa-  
patu non fuerunt  
explicata.

*Veram saluificam fidem in Papatu obscuratam & quasi sepultam fuisse: in precedentibus copiose demonstrauimus. Quomodo etiam nemo Christum pro Domino agnouerit, Lutherus ibidem declarauit scribens: Nemo credidit, Christum eum esse Dominum, qui sine operibus & meritis nostris tantum thesaurum, (remissionem peccatorum, & vitam æternam) nobis peperisset, nosque Patri reconciliasset. Cum igitur hæc sola sit vera saluifica fides, qua solius Christi merito uititur: ex Scholasticorum doctrina, & totius Papatus præstans est prius, hanc fidem non solum non traditam, sed tandem etiam in Concilio Tridentino ut hereticam explosam & damnatam esse.*

*Quod autem Iesuitæ Symbola obtendunt, que in templis Papisticis quotidie cantata & lecta sint: ad hoc quoque prius respondimus, verba quidem in lingua latina & vulgo ignota decantata, at quis illorum sit verus, genuinus & incorruptus sensus, explicatum non fuisse. Et quod amplius est, contrarium sacrificuli & Monachi plebem docuerunt: remittentes eam tum ad propria, tum ad Sanctorum mortuorum, tum ad reliquiorum in Monasterijs agentium merita, quibus Deo reconcilientur: ut supra prolixè demonstrauimus.*

## I E S V I T A.

Hanson. 205.

*Omnipotens, omnes pios ab illa fide custodiat, quæ se negligi & obscu-  
ri patitur.*

## R E S P O N S I O.

Vera fides in Papatu  
neglecta & obscu-  
rita.

a. Thess. 2.

Vaticinium Pauli de  
Antichristo Ro-  
mano.

*D. Paulus certè prædixit, non prius venturum Dominum, quam vene-  
rit defectio à fide, & reuelatus fuerit Antichristus: Cuius, inquit, ad-  
uentus est secundum operationem Satanæ in omni potentia  
& SIGNIS ac prodigijs MENDACIBVS, & IN OMNI DE-  
CEPTIONE iniusticiæ in ijs qui pereunt, pro eo, QVOD DI-  
LECTIONEM VERITATIS NON RECEPERVNT, in hoc  
ut saluifierent. Et propterea MITTET ILLIS DEVS EFFI-  
CACIAM*

CACIAM SEDUCTIONIS in hoc VT CREDANT MEN-  
DACIO. Quibus verbis Paulus clarissimè testatur , fore ut fides tempore  
Antichristi negligatur & obscuretur. Vbi etiam Papatus eiusq[ue] deceptions  
per virtutes & signa mendacia , ita graphicè depinguntur , vt ne pictor  
quidem eas felicius exprimere potuisset. Cum enim Papistæ suas peregrina-  
tiones & merita Sanctorum nullo verbi diuini testimonio probare possunt:  
preferunt prodigia & signa , quibus homines à morbis liberatisint. Hac  
autem permissione Dei facta esse, non negamus, sed addimus: per ea menda-  
cem & falsam ipsorum doctrinam de invocatione Sanctorum idololatrica  
& fiducia in illorum merita , iusto Dei iudicio confirmatam esse. Ceterū  
obiciunt illi: Si Deus iam dictum cultum improbarer: non permisisset ista  
signa & prodigia fieri? Respondet Paulus: Pro eo , quod dilectam ve-  
ritatem nō receperunt in salutē , mittet illis Deus efficaciā se-  
ductionis per signa & prodigia mendacia , vt illis credant , &  
hoc modo iudicentur & puniantur omnes , qui non credide-  
runt veritati.

Et , si maximè nulla miracula Papatus conficta , (cuius tamen generis  
plurima fuerunt) sed omnia vera essent: nihil tamen inde contra nos con-  
cludere , nec suam doctrinam idololatricam illis probare possent. Nam &  
Satan inter Gentes , ad stabiliendam ipsorum idolomaniam signa fecit , si-  
cut Valerius Maximus lib. 1. Tit 8. de miraculis , & Plinius Iunior lib. Epist.  
7. ad Suram , illa describunt. Et Christus Matth. 24. fideliter præmonet,  
ne patiamur nos seduci signis & prodigijs , quibus etiam electi , si possibile  
foret , deciperentur. Cui admonitioni Papistæ meritò locum dare debebant,  
ne mendacibus signis ad invocationem Sanctorum idololatricam instigan-  
tibus , sibi imponi paterentur. Præterea , si tempore Iosiae lex Domini amittit  
& obscurari potuit , quæ tamen Lex Domini vera fuit & permanxit: quo-  
modo non etiam vera fides & Euangelium , quod semper in Ecclesia sonare  
debebat , contemptu & negligentia hominum amitti posset , & nihilomi-  
nis verum Euangelium permanero ? Quod cum Iesuita negent , & tamen  
suis scriptis & Concionibus evidenter ostendant , fidem Christianam adhuc  
apud se absconditam latere , & densissimis tenebris false ac idololatrica do-  
ctrina planè obrutam esse: quis est adeo stupidus , qui non palpet , ipsos hic  
impudenter mentiri , Lutherum autem , prob dolor , verum scripsisse?

IESVITÆ.

## LXXXVII. Mendacium.

Concord. lat. 475.

**I**bidem inquit Lutherus: Sanctam Christianorum Ecclesiam, communionem sanctorum Fides nominat. Vtrunque enim idem coniunctim significat. Olim verò alterū adiectum non erat, planeque male & ineptè lingua nobis vernacula expositum est. Quod si significanter enunciandum esset: Germanico sermone prorsus alter pronunciandum foret. Siquidem hæc vox Ecclesia, propriè nihil aliud, quam congregationem significat, &c. Quamobrem recto Germanorum sermone, Christianorum communio, seu congregatio, aut omnium optimè & clarissimè sancta Christianitas dicenda fuerat.

Ita quoque hæc dictiuncula, COMMUNIO, quæ alterianexa est, non Gemeinschaft, sed, Gemein, interpretanda fuerat. Neque aliam ob rem, quam interpretandi gratia priori adiecta est, qua quispiam haud dubiè exponere voluit, quid Christianorum esset Ecclesia. Pro quo nostri, qui & Germanicæ & Latinæ iuxta imperiti fuere, transtulerunt, Gemeinschaft der Heiligen / cum tamen nulla Germanorum lingua ita loquatur, aut intelligat. Verùm recta & genuina Germanorum lingua vertenda erat, ein Gemein der Heiligen / Sanctorum communio, hoc est, eiusmodi communio, in qua non nisi Sancti versantur: aut adhuc significantius, ein heilige Gemein / hoc est, sancta communio, &c. Huius autem appendicis hæc summa est: Credo in terris esse quandam sanctorum congregatiunculam & communionem ex merè sanctis hominibus coactam, sub uno capite Christo, per Spiritum sanctum conuocatam, in una fide, eodem sensu & sententia, multiplicibus dotibus exornatam, in amore tamen ynnanimem, & per omnia concordem, sine fœctis & schismatibus. In his verbis quid potissimum mirandum sit, dubito: Lutherine malitia, an temeritas, an astutia, vel mentiendi industria.

## RESPONSIO.

262. Mendacium  
Iesuitarum.

Lutherum hic nihil noui confinxisse, nec mentitum esse, sed articulum istum fidei de Ecclesia sancta Catholica, clarissimè & optimè (sicut & reliqua

*reliqua doctrina Catechetica capita) phrasē Germanicā lingua propria  
vertisse & exposuisse, iudicio Christiani lectoris committimus.*

## I E S V I T A.

*An verò hec non est ingens temeritas, quod Lutherus audet Symbolum Hanson. 206.  
Apostolicum corriger? idq; impudenti mendacio, quasi olim hac verba:  
Communio Sanctorum: in Symbolo non extiterint, nec non male in  
nostram linguam translata, glossa praecedentium sint?*

## R E S P O N S I O.

*Lutherum non conatum esse Symbolum fidei corriger, sed eius proprium 263, Mendacium.  
sensem genuina Germanorum phrasē reddere & explicare, verba ipsius  
paulo antè transcripta dilucide ostendunt, ita ut nemo istius articuli sen-  
sum & mentem melius sit explanatur.*

*Ex illis quoque verbis constat, quod Symbolo ne quicquam addiderit,  
vel ademerit.*

## I E S V I T A.

*Ex cuius, quasumus, ore, autoritate, vel fundamento loquitor ista:  
verba hæc, Communio Sanctorum: olim Symbolo fidei adiecta non  
fuisse?*

## R E S P O N S I O.

*Ex ore, traditione, & autoritate Cypriani: qui Symbolum Apostolo-  
lorum exposuit, nec vlla syllaba horum verborum meminit, simpliciter di-  
cens: Credo sanctam Ecclesiam. Quomodo ergo nudum illud à vtrōs  
tq; de Luthero apud nos locum habet? Aut forse testimonium Cypriani  
Martyris robis insufficiens est? cùm tamen dubium nullum sit, quin si ver-  
ba hæc: Communio Sanctorum, Symbolo addita fuissent, ea neuti-  
quam pretermissurus fuisset. Ipse verò articulum istum his verbis ponit &  
explanat: Sequitur posthunc Sermonem: sanctam Ecclesiam,  
remissionem peccatorū, huius carnis resurrectionem. Et post  
aliqua: Tenet deinde traditio fidei, sanctam Ecclesiam. Cau-  
sam iam superius diximus, cur non dixerit etiam IN sanctam  
Ecclesiam, sed sanctam Ecclesiam. Hi ergo qui suprà in vno  
Deo credere docti sunt sub mysterio Trinitatis, credere etiam  
hoc debent, vnam esse Ecclesiam sanctam, in qua vna est fides,  
& vnum Baptisma, in quo vnu Deus creditur, Pater, & vnu  
Dominus Iesus Christus, Filius eius, & vnu Spiritus sanctus,*

Eadem expositio  
Lutheri & Cy-  
priani.

Cyprianus in expo-  
sitione Symboli  
Apostolorum.

## IESVITÆ.

*Causa, qua septentrionalem Prophetam Lutherum cō adegit, ut articulū hunc: Credo sanctam Ecclesiam Catholicam, communionem Sanctorum: immutaret: est præsumptuosa superbia & astuta malitia.*

## RESPONSIO.

Lutherus verus Propheta septentrionalis.

Dan. 11.

264. Mendacium.

Verè (quamvis per ludibrium) Lutherum Prophetam septentrionalem Iesuitæ hic dicunt. Ipsius enim rumor (sicut Daniel prædictus) Antichristum Romanum ita terruit, ut ira magna, per Legatos Apostolicos, bullas, decreta, Scripta, calumniosos libellos, conetur perdere & interficere plurimos: instiget Principes, ut rumorem illum sopiant. At venit finis eius: nemo (inquit Daniel) auxiliabitur ei. Porro rumor iste, non ex ingenio humano, nec premeditato consilio, sed è cælo, & nihilominus à septentrione, hoc est, ex eo loco venit, vbi Pontifex Romanus potenter dominatus est. Hic Propheta nullà superbia aut malitia, sed armis Scriptura & inuictis Antichristum expugnauit, fidem Christianam tenebris Papatus obrutam in lucem protulit: & hoc rumore Pontificis regno maius damnum intulit, quam vilius Princeps secularis omnī sua potentia dare potuisset. Quæ causa quoque est, ut Papa Iudeos deploratè blasphemos & malos, omnesq; religiones ferre posset, excepto rumore illo septentrionali: qui cùm pestis & interneccio Papæ sit, ferro igniq; illum persequi & extinguerre vnicè studet.

## IESVITÆ.

Scilicet.

Lutherus vidit, per hunc articulum: Credo sanctam Ecclesiam Catholicam, communionem Sanctorum: sua Synagoge, & nouiter excitatæ fidei plurimum derogari: ideo de eo vel omnino tollendo, vel ad suam doctrinam per glossam accommodando, cogitauit.

## RESPONSIO.

265. Mendacium.

Quod Lutherus conatus fit, articulū istūm è Symbolo penitus tolleve: apertum mendacium est. Eumenim non tantum retinuit, sed etiam omnium optimè & propriissimè in lingam Germanicam translatum, secundum verbi Dei normā exposuit, nec quicquam ad sua doctrine propagatiōnem in eo adulterauit.

## IESVITÆ.

An Lutherus vecem  
CATHOLICA,  
astutiæ in symbolo  
suppessit.

Pro voce, Catholica, vertit Lutherus, Sancta Ecclesia Christiana, omisso nomine, Catholica: Cum tamen Ecclesia Catholica, non simpli-

simpliciter congregationem , aut Ecclesiam Christianam , aut sanctam Christianitatem , sed talēm visibilem congregationem Christianorum significet ; quæ vnanimi consensu eam fidem confitetur , quæ ab initio à Sanctis Apostolis tradita , per vniuersum mundum annunciatā , ab omnibus veris Christianis concorditer suscepta , per successores ordinarios ad nos usque inviolata & sincera peruenit , atque ad finem usque mundi propabitur firmaq[ue] confis̄et : hoc est , (vt paucis rem complectamur ,) quæ credit , quod ab initio , & semper , & ubique in Christianitate , & ab omnibus vere fidelibus creditum fuit .

Quid secundum Iesuitas , sit fides CATHOLICA .

Vinc. Lyrinensis ad-

uer proph. heresēs

## R E S P O N S I O .

Si verum est , quod hoc loco Iesuitæ verbis pomposis prædican : non tantum Cyprianus articulum hunc fidei non intellexit , nec rectè exposuit , vt qui ne semel quidem vocis Catholica , in expositione huīus articuli membrerit : sed simul etiam Pontifex Romanus vna cum sua falso dicta Ecclesia Catholica atque cultu , à Sancta Christiana Ecclesia penitus excludetur & arcebitur .

Cyprianus in expositione symboli , non habet vocem CATHOLICA .

Si enim istud solum Catholicū est , quod à tempore Apostolorum , V B I- QVE ET SEMPER creditum fuit : quomodo Primatus Papa , quo se pro capite totius Ecclesiae venditat , confis̄et ? cùm Ecclesia Orientalis ad hunc usque diem , pro Episcopo Oecumenico ipsum non agnoscat . Quomodo cœlibatus Sacerdotum , Catholicus erit , qui similiter in Ecclesia orientali nunquam receptus fuit ? dum Sacerdotes uxores suas legitimas & habent & habuerunt semper . Quomodo usus Sacramenti Cœna sub vñatantum specie , Catholicus dicetur , qui ab Ecclesia orientali ad hoc usque tempus ignoratur ? Quomodo festum corporis Christi , hoc nomine gaudebit , quod multis demum seculis post tempora Apostolorum institutum est ? nec nunquam ab orientalibus obseruatum fuit . Quomodo multiplices ceremonia Missa Papistica hoc nomine se tuebuntur , quæ nec semper nec ubique in usu fuerunt , sed à Pontificibus plurimis confis̄et & ordinata sunt ? Quomodo innumeris & distincti vestri ordines Monachorum & Monialium , hoc nomen merebuntur , qui itidem nec semper nec ubique fuerunt , sed ex deuotione humana sensim in Ecclesiam introduci sunt ? Et talia infinita proptermodum nominari possent : vt Canon Missa , qui à multis Pontificibus compilatus & ex plurimis consutus est : item transubstantiatio in Missa , Baptismus Campanarum & triremium , Cerei paschales , aqua lustralis , consecratio candelarum , herbarum , salis , ignis purgatorius , Annus iubileus ,

Ecclesia Papistica , secundum descriptionem Iesuitarum , non est Catholica .

1.

2.

3.

4.

5.

Vide Platinam in vita Sixti L .

6.

quarta iam vice in tempus angustius pecunia causa contractus, peregrinationes, fraternitates, confirmatio, Chrisma, confessio auricularis, & enumeratio omnium, quorum quis conscius est, peccatorum, mixtura vini & aqua in Missa, & similia plurima: que omnia secundum descriptionem fidei Catholicae, Catholica esse nequaquam possunt, cum nec ybique nec semper in ysfuerint.

**August. de ciuit. Dei lib. 10. cap. 32.**

**Ludouicus Viues.  
Cur fides Catholica.**

**Vbi fides Catholica  
quarenda & dissen-  
da.**

**Quid revera Catho-  
licum sit.**

**Ecclesia Catholica  
quomodo sit iniuri-  
bilis.**

Multò rectius Ludouicus Viues vocem Catholica definit, ubi in verba ac Augustini: Quæ ista yniuersalis via, nisi quæ non suæ cuique Gentilium propria, sed yniuersalis Gentibus, quæ communis esset, diuinitus impertita est: scribit: Hæc est pietas nostra, quæ ideo CATHOLICA dicitur, quod non CERTO ALICVI POPVLO tradita est, sicut Iudaica: sed toti generi humano, nequillum excludit: Omnibus per hanc saluis esse licet, & sine hac nulli. Secundum hanc definitionem fidei Catholica, ab Augustino & Viue traditam, non opus est diu multumq; querere, quid ybique & semper creditum fuerit, sed quid in verbo Dei prescriptum nobis sit, siue id pauci siue multi, in multis siue paucis locis crediderint. Istud enim qui non credit: nec Christianus Catholicus fuit, si etiam totus mundus, & quidem longissimo tempore, illi consensisset.

Si igitur hoc solum Catholicum dici debet, cui (ut Lyrinensis scribit) semper & ybique fides habita est: sequitur, hoc tantum Catholicum esse, quod sacra Literæ & Capita Catechismi comprehendunt: nempe Prophetarum & Apostolorum scripta, eorumq; compendium, Decalogus nimurum, Symbolum Apostolicum, Oratio Dominica, Baptismus, Cœna Domini, & Absolutio. Sine his enim Capitibus nulla Ecclesia sancta et Catholica esse potest. Et ubi hec sincerè pureq; traduntur: ibi certè est sancta Ecclesia Catholica, hoc est, veri quidam sunt Christiani, qui non ore dunt axat fidem Christianam confitentur, sed eam quoque operibus declarant.

Hæc Ecclesia Catholica in toto mundo dispersa, oculis externis non videatur: nec dici potest, hic est verus Christianus, ille non: cum hypocrita maiorem pietatis speciem præ se ferre posse, quam vere pius: sed est articulus fidei, quæ est hypostasis earum rerum, quæ non videntur, Hebr. ii.

T B S V I T A E.

Lutherus astutè (etiam discipulis ipsius non obseruantibus) vocem Catholica eliminavit, et loco eius posuit, Christiana: simul persuadere volens omnibus, Ecclesiam Catholica, & Sanctorum communionem, idem esse.

RESPON-

## RESPONSI.

Lutherus nullo modo vocem Catholica sustulit: sed cum vocabulum Germanicum non sit, secundum huius linguae proprietatem illud transfluit, quandoquidem non due sed una dunt axat Christianitas in mundo sit. Et quia in hoc articulo fidei nihil Catholicum dici potest, quod non sit Christianum: iudicavit id melius & aptius verti non posse, quam communionem Sanctorum, sive sanctam Christianorum communionem. De cuius expositionis veritate, omnes huius linguae periti iudicabunt. Quamobrem repetimus, Lutherum vocem Catholica nequaquam suppressisse, sed secundum proprietatem linguae Germanicae quam apertissime vertisse.

## IESVITÆ.

Anne satis est dicere, Ecclesia, congregatio, aut etiam congregatio Christianorum? Num propterea etiam Catholicum erit, quod Christianum dicitur?

## RESPONSI.

Si Pontificij religionem suam defendere, nostramq; doctrinam oppugnare voluerint: alios sibi Promachos, quam hosce Iesuitas, ut deligant, necesse erit. Hac enim Regula & Papistis & nobis merito certissima esse debet: Quod quicquid Christianum non est, nec etiam Catholicum sit. Quod cum Iesuitæ impudenter negare ausint: seipso produnt, tuncq; ostendunt, fidem suam Catholicam non esse Christianam fidem, dum multa pro Catholicis prædicant, qua Christiana minime sunt.

Regula de fide Catholica.

## IESVITÆ.

Getm. 269.

Lutherus probè sciuit, qualis virtus sub voce Catholica lateat: quodq; huic usque omnes hereticos ingularit. Idcirco vocabulum Christiana suppositum, sub quo vniuersi heretici latere possunt,

## RESPONSI.

Dictio Catholica, nec efficit, nec conficit Heresim. Et cum in hoc articulo reuera nihil aliud significet quam vox Christiana: (quemadmodum ex Augustino & Ludouico viue ostendimus:) liquet, nullo fisco Lutherum hic usum esse, sed obscurius per notius explicasse, ut prius est dictum.

267. Mendacium.

## IESVITÆ.

Dicas, queso, an non Arrius fuit Christianus? An non Anabaptista, Suuenckfeldiani, Husite, Calvinista, Christiani sunt? Idcirco tamen non sunt Catholica congregations & Ecclesie.

Hæreticorum con-  
uenientiula nec Chris-  
tiana, nec Catho-  
lica.

*Arrius omnesq; hæretici, nomen quidem Christianorum usurparunt:  
Cùm autem Christo contraria docuerint & crediderint, veri Christiani  
non fuerunt: arque ipsorum congregations tam non Christianæ, quam  
non Catholicae dici potuerunt. Qua de causa sub nomine Christiana, mi-  
nus fraudis & fuci quam sub dictione Catholica latere potest, cùm nihil  
Christianum censeret debeat, quod cum doctrina Christi pugnat, si maxi-  
mè semper & ubique concorditer obseruatum, immò si etiam per angelum  
cœlitus delatum fuisset, Gal. i.*

## I E S V I T A.

De proprio sensu  
vocis. C O M M V-  
N I O.

*Quis verò non videt, assertionem Lutheri de altera parte huīus articuli  
meram petulantiam esse, cùm vox communio aptiori vocabulo Germa-  
nico exprimi non posse: ex qua Lutherus communitatē fingere vult.*

## R E S P O N S I O.

*Hac ipsa de causa Lutherus dixit, eos nec Germanicae nec latinae lingue  
peritos fuisse, qui vocabulum communionis per communitatēm interpretari  
sunt, cùm tamen per id congregationem intellexerint. Communio  
enim subinfert communitatēm. Atque ita sancta Ecclesia Catholica aliud  
nihil est, quam communio Sanctorum, in qua omnes thesauri cœlestes  
communes sunt.*

## I E S V I T A.

*Lutherus quoque prætermissione nominum, Communio & Ca-  
tholica, eternam & indissolubilem fraternitatēm ac communionem in-  
ter triumphantem Ecclesiam in cœlo, & militantem in terra, dubiam redi-  
dere voluit, quod intercessionem Sanctorum, & orationem pro defunctis  
fidelibus, vna cum hæreticis Eustachio, Vigilantio & similibus negare  
posset.*

## R E S P O N S I O.

268. Mendacium  
Iesuitarum.

Inuocatio Sanctorum,  
ex communio-  
ne spirituali non  
sequitur.

*De communione interfideles in cœlo, & eos qui adhuc in terris sunt, di-  
sceptatio nunquam fuit: sicut nec de eo, quod sancti in cœlo pra nobis oreant.*

*Quod autem in nostris necessitatibus ipsos inuocare, & plus amoris, au-  
xili, & consolationis, de ipsis, quam de Christo Salvatore, nobis polliceri  
debeamus: hoc fides Catholica in Christum non docet, sed ei ex diametro  
repugnat: ut ex precedentibus patet.*

## I E S V I T A.

*Lutherus hoc ideo instillat iuuentuti, vt suam nouam, falsam, hæreti-  
calis*

cam doctrinam de Ecclesia inuisibili, de communione in qua nec Episcopus nec Caput sit, de reiectione intercessionis Sanctorum, orationis pro defunctis, & fraternitatum, stabilitat.

## R E S P O N S I O .

Lutherus omnes articulos doctrinae sua, manifestis & expressis Scripturae & testimonijs firmissime fundavit. Quare prolixas sua utilitate Iesuitæ hoc in loco supercedere potuissent. Deinde, Apostolico dicto veritatem derogare non poterunt, cum Paulus de Ecclesia inuisibili inquit: Solidum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: Nouit Dominus, qui sunt sui. Hos Deus solus videt: nos autem credimus Ecclesiam sanctam, quia est articulus fidei. Papistæ vero persuadere cuperent hominibus, ut Papam, Cardinales, Episcopos, Monachos, & sacrificulos, qui videntur, pro Ecclesia agnoscere, & quod ipsi decernunt, pro decretis & constitutionibus Ecclesia Catholica exoscularentur. Ceterum nihilominus etiam verum est, Ecclesiam in hoc quoque mundo visibilem esse, ubi videlicet verbum & Sacra menta sincere atque incorrupte tractantur, licet ij qui in sermone laborant & Ecclesia presunt, non vera & viua sed mortua Ecclesia membrasint: qui tamen tam diu cum obedientia & honore audiendi sunt, quamdiu doctrinam pure tradunt, Matth. 18. 23.

Præterea, Lutherum, talem Ecclesiam docuisse, in qua nec Episcopus nec Caput sit: apertum mendacium est. Non enim contra veros Episcopos, sed contra Papam, qui Caput Ecclesie esse voluit, & contra eiusmodi Episcopos qui Episcopatum docendo administrare nec possunt nec volunt, pugnat. Denique Lutherus non rejicit intercessionem Sanctorum mortuorum, sed eorum duntaxat invocationem & cultum idololatricum, vna cum fraternitatibus Papisticis, qua verbo Dei aduersantur, damnat.

## I E S V I T A .

Lutherani seipso excludunt ex communione Ecclesia Catholice, descriptione Ecclesie vera: quia ostendunt, Ecclesiam suam nec Sanctorum congregationem & communionem ex merè sanctis coactam esse, nec unum Euangelium, eademq; Sacra menta habere, nec per Spiritum S. sed per spiritum dissidij conuocatam esse: nec unius fidei, eiusdem sensus & sententiae, multò minus sine Sectis & Schismatibus existere, sed plenam similitudinem, dissidiorum & rixarum, in tot Sectas dilaceratam esse, quot ditiones, ducatus & Cathedras occupant.

R E S P O N -

269. Mendacium.

2. Tim. 2.

Qualem Ecclesiam  
visibilem Papistæ  
fingantEcclesia, quomodo  
visibilis.

## RESPONSIO.

Ecclesia sine sectis  
& scandalis nun-  
quam fuit.

*Quid nostris Ecclesijs h̄c obiciunt Iesuitæ, quod non Iudai & Gentes Apostolis ipsis, nedum successoribus illorum exprobare potuissent? Quantæ enim concertationes Paulo cum falsis Apostoli fuerunt? qui non simpliciter nomen Christianum sibi vendicabant, sed etiam Paulo præstare volebant. Quantæ dissensiones & digladiationes inter successores Apostolorum & Hereticos? Num propterea congregatio Sanctorum illi non fuissent? nec idem Euangelium, eademq; Sacramenta habuissent?*

270. Impudentissimum mendacium Iesuitarum, de discordia Lutherorum.

*Aduac, impudentissimum istud mendacium (quod in tot Sectas distracti simus, quo Ducatus, in Cathe dra sint) non tantum octo millionum Concionatorum, sed etiam laudatissimorum Electorum, Principum, Comitum, aliorumq; Ordinum subscriptione propria publicè refutatum est: cuius Iesuitas meritò pudere debebat, nisi ipsis frons meretricis esset.*

271. Mendacium, Hanfø pag. 212.  
Concord. lat. 476.

*Denique, petulans verborum Lutheri depravatio, & putidum Iesuitarum mendacium est, ubi scribunt: Lutherus inquit: Ante (videlicet in Papatu) quam ad hanc (communionem sanctorum) peruenimus, (intellige ad quintum Euangelium Lutheri) penitus sub potestate eramus Diaboli, ut quibus de Deo ac Christo prorsus nihil compertè exploratum fuerat. Lutherus enim isto loco de ijs loquitur, qui adhuc extra Ecclesiam, necdum in ea sunt. Hi tamen diu potestate Diaboli subiecti sunt, donec ad Ecclesiæ peruerenterint. Iffos confert cum ijs, qui iam in Ecclesiæ sunt. Nec loquitur de Papistis & Lutheranis, ad quos Iesuitæ verba Lutheri malitiosè trahunt, ut per hanc Diabolicam calumniam Lutheri persona & doctrina maius odium conflent, ac si Lutherus docuisset, omnes Christianos in Papatu sub potestate Diaboli fuisse: quod Lutherò nunquam in mentem venit. Et hoc de Lutherò quia spargunt Iesuitæ: certissimum argumentum est, ipsos à Diabolo impelli, & in potestate illius esse. Atque hac pro Apologia doctrinæ Lutheri in libro Concordia comprehensa, contra multiplex mendacium Iesitarum.*

## IESVITÆ.

## LXXXVIII. Mendacium.

Concord. lat. 477.

*Ibidem post pauca inquit Lutherus: Ita facit Spiritus sancti gratia, ut quanquam peccatis simus contaminati: non tamen nobis noceant in Christianitate constitutis. Hoc si verū esset: nullus Christianorum damuaretur. Cum tamen homo ille, non vestitus vestimentis,*

*pirati, in tenebras exteriōres missus sit: & fatuae virgines exclusae sint: si-  
cut & illi reprobati, qui per nomen Domini dæmonia riecerunt.*

Matth. 22.  
Matth. 25.  
Cap. 7.

## RESPONSIΟ.

*Et & hac obiectio non simplex mendacium, sed petulans deprauatio &  
violentia detorsio verborum Lutheri. Nam in Sanctorum communione siue  
Christianitate esse: non significat, inter Christianos corporaliter solūm ha-  
bitare, eorumq; vitam & mores simulare: sed est respiscere, Euangelio &  
absolutioni credere, Sacramentis vera fide vti, deuotè orare, indefinenter  
Deo gratas agere, mandata Dei custodire. Hoc qui non facit: in Ecclesia  
revera non est, nec eius viuum membrum quidē sit, gloriari potest. Et  
quānūis Iesuita non ignorent, Lutherum hoc sensu illa scripsisse, sicut ver-  
ba ipsius præcedentia & sequentia clare docent: non tamen istos homines  
pudet, verbis Lutheri alienum sensum petulanter affingere, ut vulgo ne-  
bulas offendant, & Lutherum in odium adducant.*

## IESVITÆ.

## LXXXIX. Mendacium.

*P*reterea scribit Lutherus: Eius generis cogitationibus ab ora- Germ. 213.  
tione absterrei non debemus: Ego sanctus non sum, neq; Concord lat. 483.  
satis dignus: quid si tanta probitate ac vita sanctimonia  
præcellerem ut diuinus Petrus aut Paulus, libenter orare velim.  
Sed procul hinc aufer ex animo istiusmodi cogitationes. Et  
mox: Quare ita tibi dicendum est: Meæ preces, quas ad Dcūm  
fundo, nihilo sunt deteriores aut profaniores, aut Deo mi-  
nus acceptæ quām fuere Pauli & omnium etiam sanctissimo-  
rum. Quid autem homo, qui adhuc in peccatis est, nec per medium Sa-  
cramenti pœnitentia ab illis se liberauit, Deoq; reconciliauit, non debeat  
hac re conturbari, sed virtute præcepti Christi, petite, &c. ad Deum ac-  
cedere, suamq; orationem non minoris facere quām Petri aut Pauli preces:  
hoc similius mendacio quām veritati est, cùm scriptum sit: Deus pecca- Ioan. 9.  
tores non exaudit.

## RESPONSIΟ.

*Dictum illud in Ioanne, de solis peccatoribus impénitentibus intelligen- 273. Mendacium  
dum est. Lutherus autem loquitur de peccatoribus pœnitentibus & creden- Iesuitarum.  
tibus: quos Christus ad se vocans, dicit: Venite ad me omnes, qui la- Matth. 11.  
boratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Ideo sermo Lutheri*

Pp firmiter

firmiter confitit, nec quicquam inconveniens, aut mendacio simile, habet.  
 Quia enim omnium Christianorum, & sc quoque Petri atque Pauli pre-  
 ces, solius Christi obedientia, iusticia & sanctitate nituntur, ac propter  
 ipsum solum exaudiuntur, in cuius solius quoque nomine fieri debent: se-  
 quitur, omnium miserrimi, sed resipiscens peccatoris, orationem, Deo  
 tam gratam esse, quam Petri aut Pauli: utq; testita ex verbo Dei diuersum  
 doceant, impossibile esse dicimus. Quam primum enim oratio sanctitati  
 nostra innititur: Pharisæica est, Deoq; displaceat, Luc. 18.

## IES VITÆ.

Eiusmodi cogitationes orantis, cum fastu Pharisæico coniunctæ sunt:  
 qui omnes preces & opera bona adulterat & corrumpit.

## RESPONSIO.

Vbi nulla fiducia in sanctitate propria est: nec etiam supercilium Pha-  
 risaicum locum habere potest. Quamobrem qui vnius Dei præceptum respi-  
 cit, omnemq; fiduciam suam in Christi merito, Deiq; misericordia collocat:  
 Pharisæus dici non potest. Et quo firmior in fide est, quod Deus misericors  
 preces ipsius exaudiat: eo humilior est coram Deo. Nec ullis cogitationibus  
 conturbari aut ab oratione absterri debet, cum non fiducia suorum ope-  
 rum, sed in fiducia iusticie Christi (qua ipsi per fidem donata est) oret.

## IES VITÆ.

Homines sancti tam in veteri, quam nouo Testamento, pauperes et men-  
 dicos sibi intercessores delegerunt, ut suam humilitatem Deo probarent.

## RESPONSIO.

Hoc non prohibet, quo minus cogitationes illas Satana in precibus no-  
 stris excutiamus, quando ille suggestus: si sanctitate Petro vel Paulo par es-  
 ses, oratio tua exaudiretur, Deoq; accepta esset. Petrus enim & Paulus,  
 semota sanctitate sua, aque ac aliis peccatoris miserrimus fiducia solius mi-  
 sericordie divinae & meriti Christi, suas preces fundare debuerunt.

## IES VITÆ.

Scriptum est, quod Deus propter seruum suum David, Ieremiam, aliosq;  
 sanctos, quibusdam pepercit, quos alioquin punire constituerat.

## RESPONSIO.

Hoc propter illorum sanctitatem, quod tanta dignitas vel meriti es-  
 set, factum non est: sed quia ipsorum oratio, mandato & misericordia Dei,  
 Christiq; merito nitebatur. Deus enim non tantum ipse David, sed poste-  
 rior quo-

Petrus & Paulus fi-  
 ducia alieni, i. Chri-  
 sti meriti orantur.

## Concordiae falso tribuuntur.

299

*Vix quoque ipsius amplissimas promissiones fecerat, si in fide Davidis perseuerarent. Ex quo liquet, Papistarum preces mere pharisaicas esse, cum non Orationes Papistarum pharisaicas. Vnius Christi, sed & sanctorum mortuorum, & operum proprietatum pharisaicas. merito innitantur.*

### I E S V I T A.

#### X C. Mendacium.

**P**orrò, inquit Lutherus: Haec tenus in mali genij nomine, de *Concord.* lat. 488. orationibus ita docti sunt homines, ut nemo eas magnificerit. Et postea: Si in unum locum omnes Ecclesiarum rudenter *Pag. 485.* tium asinorum officinæ, vna cum toto omnium religiosorum examine congregarentur, non possent nō fateri, se nunquam ex corde, vel pro minima vini guttula Deum orasse. Neque enim quisquam illorum unquam aut Dei obedientia adductus, aut fide promissionis pellectus, orare statuit, neque vlam necessitatem intuitus est: sed non ultra cogitauit (quando precula, vel optimè demurmurata sunt) quam bonum opus facere, quod diuturnum pensum Deo persolueret, ut qui non ab eo accipiunt, sed tantum illi dare volunt.

In Papatu oratio vera non fuit.

### R E S P O N S I O.

Mirum est, Iesuitas rem omnibus notissimam non tantum impudenter *275. Mendacium.* negare, sed etiam mendacij nomine accusare ausos. Quis enim nec sit, omnes illorum orationes non fiducia solius meriti Christi, sed propriorum & sanctorum meritorum fiducia, nec sine dubitatione, an Deus illas exaudiat, factas esse? Deinde, opus meritorum ex illis fecerunt: quod falso dicti spirituales secularibus vendiderunt.

### I E S V I T A.

Non intelligo quid sit, quod Lutherus inquit: In mali genij nomine, homines in Papatu de orationibus doctos fuisse.

### R E S P O N S I O.

Verba Lutheri perspicua sunt, ubi scribit: Ita enim haec tenus in mali genij nomine docti sunt homines, ut nemo harum rerum ullam curam suscepere, estimaritque satis superque actum esse, modò opus orandi factum esset: Deus hoc exaudiret, nec ne, non magnopere laborabatur. Sed hoc est Hylam, ut habet Proverbiū, inclamare, aut loqui ventis ac littoribus, ita

Quomodo Diabolus docuerit orare.

ne quicquam murmurando: ob id inutilis quoque & infrugifera fuit oratio. Hæc verba, clara, aperta & dilucida sunt, nempe, quod Satan iam dicto modo homines orare docuerit. Et quis, preter occatos Iesuitas, istud inficiari audet? Non enim Deus suo verbo quenquam isto modo orare docuit.

## I E S V I T A.

Lutherus sibi arrogat, quod soli Deo conuenit, corda nimirum orantium introspicere, cognoscere, & iudicare: quod planè diabolica presumptio est.

## R E S P O N S I O.

276. Mendacium.  
Lutherus non est  
cardiognosta.

Lutherus non loquitur de corde orantium, sed de manifesta omnibusq; nota doctrina, qua homines in dubitatione orare docuerunt: simulq; ex preculis sine mente recitatu opus meritorium finixerunt, licet ignorarent an exaudirentur, nec ne.

## I E S V I T A.

In monasterijs & templis Papisticis, diu noctuq; tot preces fiunt, facteq; sunt, ut non solum Lutherani, sed etiam caecodæmones ante paucos annos Vienne è puerula electi illud nostris exprobrarint, eos per contumeliam mendicos vocantes. Contrà verò in templis Lutheranis plus cantionum quam suspriorum, plus risus quam lachrymarum, plus conuictiorum quam precum exauditur.

## R E S P O N S I O.

Hoc ipsum vituperat Lutherus, quod Papistæ in Collegijs Canonicorum, Cathedralibus, & monasterijs, multum blaterent, boent, precesq; sine mente demurmurent: non autem verè, modo prius dicto, orient. Ceterum, Iesuitas miserum dæmonium in testem vocare, quod preces ipsorum diabolis terrori sunt: indicuū est magna penuria testimoniorum veracium. Christus namq; dæmoniorum, tanquam mendacium, testimonium accipere noluit, sed eis potius silentium imposuit. At qualia sunt signa Iesuitarum, tales quoque testes ipsorum sunt.

Porro, Iesuitas piæ cantiones Psalmorum & hymnorum, in nostris Ecclesijs improbare, mirum est: cum vniuersus propè cultus Papisticus in cantu & campanarū pulsu consistat. Præterea, in templis nostris veritas doceatur, idololatria Papistica, aliaeq; hæreses vna cum vitij, damnantur. Quod certè non est conuictari & maledicere, sed homines à periculo, & eterno praesertim exitio fideliter præmonere.

I E S V I

## IESVITÆ.

Catholici precessanti fecerunt, ut non solum peculiarem hebdomadam Germ. 216.  
in anno, & quatuor angarias illis destinarent, sed etiam pro gratiarum actione & celebratione passionis Christi, nec non pro acquisitione omnium necessariorum, septem horas Canonicas singulis diebus atq[ue] noctibus (preter quotidianas preces in officio Missæ) ordinarent. Insuper quoque processiones & Litanie publicæ contra Turcam, bella, caritatem Annone, pestem, aliaq[ue] mala, tanta deuotione apud ipsos peraguntur, vt auxilium diuinum non raro persentiscerent. Quare luculentum mendacium est, quod hoc loco Lutherus de orationibus Papistarum scribit

## RESPONSIΟ.

Hoc factum fuisse, & fieri adhuc, non ignoramus. Nec queritur, vtrum sit factum: sed an opus illud coram Deo oratio sit? & vtrum hoc vere sit orare, cùm alicui rosarium demurmurandum imponitur, vt quinque nimurum Pater noster, quinquaginta Ave Maria, & unum Credo oret. Hoc murmur, orationem dici posse aut esse, simpliciter negamus. Partim enim per se hoc opus oratio non est, cùm videlicet salutatio angelica & Symbolum recitatur. Deinde, non sit ex fide in unicum Christi meritum: sed ex dubitatione, vtrum Deus id exaudiat vel non. Tertio, ex opere isto (modo factum sit) opus meritorium fabricantur. Ut nunc taceamus abominandam idolatriam, qua oratio illa, si per se etiam bona esset, contaminatur: dum frequentius ad sanctos, quam ad Deum ipsum dirigitur.

Vtrum preces Papistarum multiplices, noinen orationis mereantur.

Defectus orationis Papistica.

## IESVITÆ.

Hoc quidem Lutheru concedi posset, (vt vel seni veritatem obtineret,) quosdam in oratione remissos, minusq[ue] deuotos esse. Quid autem ullus in nomine Diaboli orauerit, vel orare docuerit: auditum nunquam est.

## RESPONSIΟ.

Nos vna cum Lutheru non rejecimus preces illas propter discordiam, & animum in orando frigidorem. Sed dicimus: quò magis deuota & ardens Oratio Papistica, quo magis deuota, & accepta esse. Qualis etiam fuit oratio Prophetarum Baal, qui culris & lanceolis se incidebant, & quam ardenter orabant. Ut igitur vel minimum nobis largiamini, opus non est.

## IESVITÆ.

Adhuc aliud crassum mendacium, quod cum errore coniunctum est,

PP 3 subiun-

*subiungit Lutherus, dum orationem sola inuocatione & petitione definit: Psalmos verò, laudes, & gratiarum actiones ab oratione remouet, vt quibus Deo seruiatur, ipsique aliquid dari nec ab eo accipi, præsumatur. Quorum hoc Collectio Ecclesiarum, illud autem exemplo Hanna Prophetissa refutatur: quam Deo ieunis & deprecationib. seruuisse, Lucas testatur. Lutherus ergo, qui istud calumniatur, vanus & mendax Prophetæ est.*

## RESPONSIΟ.

277. Mendacium  
Iesuitarum.

*Quod Lutherus, psallere, laudare, gratias agere, ab oratione excludat: id apertum mendacium esse, explicatio secundi precepti ab ipso tradita clare ostendit.*

Quam psalmодiam  
Lutherus improba-  
rit.

*Quod autem ex illis opus meritorium fecerunt, adeoq; cultum Dei per-  
fectum esse finixerunt, modò psalmodie opus absolutum sit: hoc meritò reie-  
cit & damnauit Lutherus. Si enim Deus operibus illis coli debet: necesse  
est, vt toto corde perficiantur: non vt sibi vel alijs quicquam mereri velle  
presumant, sed solum vt Deum beneficum laudent atque celebrent.*

Hanna non cecinit  
Psalmos in templo.

*Deinde, in Euangelista Luca de Hanna non legitur, quod more Papista-  
rum in Monasterijs & Collegijs Cathedralibus agentium, Psalmos decim-  
tarit: (illi enim antequam canendi Principium faciant, cantus iam finem  
adesse optant:) sed per ieunium orationibus se aptam fecit, Deoq; pro salute  
urbis & populi supplicavit, gratiasq; egit: quo modo vere Deo seruavit. Ex  
quo nunc patescit Iesuitarum vanitas, nec non Lutheri innocentia, quod  
falsus & mendax Prophetæ non fit, sed præco veritatis, a Deo excitatus, vt  
verbo Euangeli Ecclesiam Christi ex Papa idolomania, impostura, &  
tyrannie liberet. Quod opus post mortem non minus, quam cum in viuis ad-  
huc esset, peragit.*

## IESVITÆ.

## XCI. Mendacium.

Concord. lat. 487.  
Gloriatio Lutheri  
vera.

*L*utherus extollit & commendat suam suorumq; orationem: quod ei  
tanquam murus æneus obstiterit, ne Satan Euangelium  
opprimeret, & totam Germaniam in proprio suo sanguine  
submergeret. Et mox inquit: Vbicunque enim probus ac pi-  
us Christianus orat: Cœlestis ac omnipotens Pater, Precor, vt tuam  
voluntatem fieri sinas: Illico in sublimi respondeat Deus: Optime  
fili, planè hoc tibi persuadeas futurum, ad retundendam  
Diabo-

Diaboli mundique ferociam. Hoc mendacium, putidamq; istam gloriationem Lutheri refutat ipsum opus & demonstratio oocularis.

## RESPONSI O.

Quæ Lutherus de Diaboli & Papa furore, quem contra Euangelium 278. Mendacium conceperunt, scriptis: verissima sunt. Nec quicquam tum illis oblitum, nisi Iesuitatum. Lutheri aliorumq; pitorum oratio: quam Deus secundum promissionem exaudiuit, efficiens ne Papa & Diabolus sui voti compotes fieri possent.

## IESVITÆ.

Quam cruenta Consilia Lutherus et socij ipsius contra sanctâ Catholicam Ecclesiam, eiusq; supremū spirituale & seculare caput, caterosq; ordines sa- penumero agitarint, & adhuc quotannis tractent: non solum Lutheri scri-pta, fide digne historiae, Epistola, famosi libelli, praxes cum exteris natio- nibus, confit & nouitates, clandestina fœdera & conuenticula, qua nec dum cessarunt, verum etiam seditio Rusticorum, bellum vitulorum Smal- caldiorum, bellum Principum, motus in Gallijs, Belgio, alijsq; locis, adhuc multa vastata expilataq; collegia & Monasteria, que adhuc in ipsorum potestate sunt, ostendunt & loquuntur: ut taceamus infinitum numerum seductorum, qui animo & corpore miserè pereant.

Cumulus turpi-  
morum mendacio-  
rum.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.
- 6.
- 7.

## RESPONSI O.

Hec esse apertissima, impudentissima, & planè Diabolica mendacia, 279. Mendacium. roti mundo notum est. Lutherus enim ad eiusmodi Consilia se nunquam adhiberi passus fuisset, vt pote qui Papam eiusq; regnum Antichristianum, non vi externa, sed verbo Dei debellare, atque expugnare docuit. Quod ad 280. Mendacium. factum Electoris Saxonie, aliorumq; Principum & Ordinum Confessionis Augustanae attinet: illud non nisi necessaria defensio fuit. Postea, Lutheri scripta (sicut quoque Electorum & Principum deliberationes) de eo tan- tum agunt, si Papa bellum cruentum in Germania excitare veller, (de quo Pontificij in comitijs Augustanis, vt Sleidanus refert, voces minaces haud obscure ediderant:) qua ratione tum Ordines Confessionis nostræ se suosq; subditos contra vim iniustam tueri ac defendere possent. Et si Pon- tificij nullas turbas dedissent: à nostris haud unquam infestati fuissent. Nam facile colligere possunt, si virium humanarum ratio habenda sit, quæd suis aduersarijs longe inferiores sint.

Ordines Confes-  
sionis Augustanae viri-  
bus humanis non  
fidunt.

Adhuc, seditio rusticorum, contra Papam eiusq; rasam vnitamq; tur- bam orta non est: sed absque discrimine religionis contra quasvis potestates & Prin-

281. Mendacium.  
Seditio rusticorum  
religionis ergo non  
orta.

& Principes, propter grauamina, quæ pretenderunt, excitata sunt. Contra quam unus Lutherus plura, quam omnes Papistici Doctores, scripsit, atque rusticos seditiones ab impendenti periculo & infortunio diligenter premonuit.

Con uitium Iesuitatum in Electores, Principes, & Ordines Confessionis August.

Praterea, maiori quoque reverentia & honore, Iesuitæ Electorum, Principum, atque Ordinum Confessionis Auguſt. mentionem facere potuissent, quæ in quod eos per ludibrium & contemptum vitulos appellant. Verum cum leuissimos scurras non pudeat, Electores atque Principes plus vicies mendacij arguere: etiam hoc con uitium a quo animo ferendum erit.

**212** Mendacium. Papa primarius author beliorum in Gallijs & Belgio.

Porrò, quis illa diuturna, & exitiosa bella Gallis & Belgis mouit, nisi Pontifex Romanus? Cui tam Hispaniarum quam Galliarum Rex in perniciem suorum regnum & subditorum bellarunt, ut ipsius turpissimam idolatriam, damnatum cultum, & tyrannicam potestatem in illis regni conservarent. Excepta enim detestabili religione Papistica, subdit i omnem obedientiam suis Dominis promiserunt: at Pape in instinctu, omni persecutio nis genere miserabiliter excruciat sunt. Idcirco omnis sanguis innocens, qui religionis Papisticæ causa effusus est, adeoq; interitus innumerabilium, qui corpore & anima perierunt, in Caput Ponificis tanquam causam malorum omnium ingruerunt. Posito enim quod nullus istorum Confessioni August. addictus, sed omnes erroribus infecti fuissent: non tamen hic modus, doctrinam falsam gladio tollendi, verus & legitimus est. Sicut Augustinus scribit: Nulli bono inquam placuit, etiam contra coniunctum hæreticum usque ad mortem lœuire. Religio namq; falsa non nisi sincera prædicatione verbi Dei è cordibus hominum extirpatur.

Doctrina falsa, gladio non extirpatur, sed verbo Dei.

Augustinus de hæreticis moderando coercendis.

**2. Cor. 4.**

Cum autem Deus per lucem Euangelij, (quam è tenebris Papatus elucere fecit,) Papæ turpitudinem ita reuelarit, ut non solum ubique regnum & Gentium p̄ij imposturas & fraudes illius agnoscant, verum etiam ipsoles Iesuitas earum pudeat, nec amplius concedere aut fateri velint, tam crassa & pudenda in Papatu inquam tradita fuisse, nihilominus verè errores istos turpissimos suis adhuc propinent, & meretricem Babylonicam, quæ virtute verbi Dei prostrata est, denuo extollere & prisina dignitati in Germania alijsq; regnis restituere conentur, ideoq; p̄ijs & salutis amanib; non tantum sinceros Doctores negent, sed etiam crudelissime persequantur: qui tandem miretur, Deum suo iusto iudicio, excidium regnum & urbium nonnunquam permettere?

Cumq; vos Iesuite extremum refugium Diabolis sitis, per quos meretri-

cis

etis Babylonicæ sedem stabilire conatur: dispiciendum vobis erit, ne spe vestra excidatis, ac mercedem iniquitatis, & malicie vestra ab ijs, qui vos nunc magnificere videntur, accipiatis.

Quod ad bona Collegiorum & monasteriorum attinet, que quidam sibi vendicent: respondemus, ea à nonnullis Principibus & Ordinibus Confessionis nostra, ad verum & legitimum usum, cuius causa initio collata erant, transferri: de quo supra diximus. Qui vero abutuntur illis: De rationem reddituri sunt. At merito cogitare debebant Iesuitæ, spirituales Papisticos bona illa Ecclesiastica tam turpiter dilapidare, ut saluti ipsorum praefaret, fomentis & irritamentis illis malorum carere: quibus subtractis minus peccarent.

Denique, pax Religioni data, permittit ordinibus Confessionis August. De pace Religionis decentem administrationem honorum Ecclesiasticorum, suspensa Iurisdictione Ecclesiastica: ita ut principes Euangelici iure istius conuentionis potestatem habeant, monasteria suarum ditionum pie secundum Confessionis August. normam reformati, & Oeconomia rationem melius, quam prius factum erat, constituendi: Vbi nec Papa, nec Episcopi ipsos in suo iure interpellare possunt. Nec in compositione illa pacis, a Principibus & Ordinibus Confessionis nostra petitum fuit, ut census & redditus Ecclesiasticos ad Politicos usus conuersos, spiritibus restituerent, eiq; suum locum & gradum redderent: sed quieta possessio concessa illis est. Proinde, cum Iesuitæ in Scriptis suis, hoc caput de bonis Ecclesiasticis sepe admodum odiosè attingant: cui dubium esse potest, quin pacem religionis sublatam esse cupiant?

## I E S V I T A.

Ex quibus fructibus facile cognosci potest, quam ardentes & efficaces preces ex parte sua fundant, cum haec non solum aduersarios ipsorum, verum etiam illos ipsos, & in genere uniuersam Germaniam existimatione, viribus, dignitate, potentia, religione, & dominio ita infirmitate & diminuant, ut exteris nationibus ludibrio simus.

## R E S P O N S I O.

Causa huius mali Principalis est: quod, sicut Imper. Fridericus II. ad Ottonem Banuarie Ducem scriptit, Spinæ Romanenses non sunt eradicatae: quod, vt Petrus Ferrariensis inquit: prudentiae & sapientiae non intenditur: nec quisquam ferè curat, quid Antichristus molliatur. Si enim Principes Pontificij & Lutherani, tempore pacis sibi inuicem diffundant:

Papa debilitat Germaniam.

dant: quid mirum, Germaniam viribus decrescere: quibus alioquin optimè conueniret, nisi Papa inexplibili sua auaricia, superbia, & fastu (quæ, Imperator Fridericus spinas appellat) ipsos assidue inter se committeret, quo bellum exitiale in Germania, sicut in Gallijs, conciteret. Huic voto & desiderio Pontificis ut satisfiat, Principes Germani non permittent, sed pacem religione iuris iurandi sancitam & confirmatam, sancte, ut Germanos decet, seruabunt. Cùmq; nostra Confessionis Principes pacem & tranquillitatem ament, nec quicquam ab his periculi parti aduersa metuendum sit: operam dabunt Iesuitæ, ne suos quoque ad bellum funestum inflament.

## IESVITÆ.

Germ. 219. 220. • Quantum verò ad formam precationis Lutheranae, (in principio huic mendacijs positam) & Dei ad eam responsum attrinet: hactenue quidem non consueverunt orare: Fiat voluntas tua: sed potius præcipere, sicut Lutherus quodam loco inquit: Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Vbi Lutherus, se ipsum Deum esse, somniauit. Verbis autem responsi Dei, hoc significatur: Licet per se nec æquum nec faciendum sit, quod petitum est: ad retundendam tamen Diaboli mundijs ferociam, futurum id esse.

## RESPONSIO.

284. Mendacium  
Iesuitarum.

Iesuitas Spiritus mendacijs ita peruerterit, vt impossibile ipsis sit, veritatem sine omni calumnia & depravatione recitare aut scribere. An non enim impudentissimum mendacium hoc est, quod Lutherus præscripsit, ne amplius oremus: Fiat voluntas tua: sed ita: Sic vult Lutherus? Et licet res postulata iniqua sit: eam tamen, vt ægrè Diabolo fiat, futuram esse.

Vbi autem Lutherus hanc formam orandi præscriptis?

## IESVITÆ.

In Epistola quadam de intercessione Sanctorum.

## RESPONSIO.

285. Mendacium  
Iesuit. impudentis-  
simum.  
De voce SOLA, in  
3. cap. ad Rom.

Quis verò hic non miretur enormen maliciam & peruersitatem Iesuitarum? In illa enim Epistola agit Lutherus contra Papam de interpretatione & conuerstione 3. Capitis ad Romanos: & causas ostendit tam ex ipso textu, quam ex proprietate linguae Germanica. cur ibi voculam SOLA usurparit: quod quidam Dresdenis in ipso reprehenderat. Et inquit: Sic placet Luthero, nec eius causa à quoquam vult corrigi aut corripi.

corripi. Et subiungit, quod peniteat ipsum, non addidisse (ad sententiam Pauli plenius declarandam) voces, OMNIBVS & OMNIS, hoc modo: Hominem iustificari SOLA fide, absque OMNIBVS operibus OMNIS Legis. Ideoq; particulam SOLA, in conuersione sua noui Testamenti, etiam inuitio Papa, retinendam esse, &c. Hac trahunt Iesuita ad orationem, & vociferantur: Lutherum confinxisse nouam formam precandi, & docere, quod non sit orandum: Fiat voluntas tua: Sed quod Deus cogatur se nostræ voluntati accommodare, & facere quod petimus, licet iniqua nec danda postulemus. An non hoc est diabolica calumnia & nequicia? Lutherus enim expresse ponit: Si pius Christianus oret: cœlestis Pater, precor ut TVAM VOLUNTATEM fieri sinas: illico Deum responde: mi fili, planè hoc tibi persuadeas futurum, ad retundendum Diaboli mundique ferociam.

## IESVITÆ.

Quia autem non legitur, quod Deus cum Luthero locutus sit, aut ipse Deum loquiem audiuverit, sed solum Diabolus cum ipso egerit: constat, hoc quoque responsum ab ipso confitum esse.

## RESPONSIo.

Deus Pater de cœlo inquit: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Et Christus Apostolis ait: Qui vos audit, me audit. Quando igitur Lutherus ex Christi & Apostolorum verbis docet: Si Christianus ex fide oret, quod certò statuere, nec quicquam hæsitare debeat, se à Deo exauditum esse. Ioannem enim scribere: Hæc est fiducia, quam habemus ad eum, quod si quid petierimus SECUNDVM VOLUNTATEM EIVS, AVDIT NOS. Et Christus ipse: Amen, amen, dico vobis, quæcumque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. An non hoc est disertum responsum de cœlo? Mi fili, quod secundum voluntatem Patris mei, & in nomine meo, petiisti, etiam atque etiam futurum est? Vbi in primis notandum, quod Ioannes non simpliciter dicit: credimus illud: sed ait: hanc parrhesiam habemus. Quæ vox tantum potest, vt etiam Diabolum retundere queat, ne oranti impedimento esse possit.

Præterea, nisi Diabolo & regno ipsius, in execribili illa Missa priuata plurimum esset situm: Lutherum procul dubio missum fecisset, nec crebris

Quomodo Deus  
cum hominibus in  
terris loquatur.  
Matth. 17.  
Luc. 10.  
1. Ioan. 5.

Ioan. 16.

Cur Diabolus Lu-  
therum propter  
misam priuatam  
affixerit.

tentationibus tantopere eius causa ipsum diuexasset. Hanc Lutherus, inuitato Diabolo & Papa, doctrinam Euangeliū ita prostrauit, ut vobis Iesuītū impossibile sit, eam integritati pristina restituere, atque apud pios, in quorum cordibus cecidit, denuo illis fidem & autoritatem conciliare. Ideoq;

**Lutherus in brachio carnali consitus non est.**

**Ierem. 17.** *sceptum vel gestum est : (cùm omnes illi, qui in homine confidunt, & ponunt carnem brachium suum, à Deo maledicti sint:) sed in solo verbo Dei consitus est Lutherus. Vnde Deus ipsum quoque ante oculos, & inter manus hostium mirabiliter conseruauit, & in pace obdormire fecit, cùm Papa eum vel oleo lixari, vel igni cremari, maluisset.*

## IESVITÆ.

## XCII. Mendacium.

**Vtrum Lutherus in doctrina de Baptismo & coeno Domini, sibi ipsi repugnat.**

**Concord. lat. 517.**

**L**utherus contra Anabaptistas scribit: Deinde hoc quoque dicimus, nobis non summat vim in hoc sitam esse, num ille qui baptizatur, credat nec ne: per hoc enim baptismō nihil detrahitur. Verum summa rei in verbo & præcepto Dei consistit. *Et paucis interiectis:* Neque enim fides mea facit Baptismum, sed Baptismum percipit & apprehendit *Item, Pag. 524.* Sicut decem præcepta, oratio Dominica, fidei Confessio, suam dignitatem obtinent, tametsi ea in perpetuum nunquam seruaueris, oraueris, neque credideris: ita quoque hoc venerabile Sacramentum, saluum ac inuiolatum permanet, vt nihil illi detrahatur, quamlibet nos illo indignè abutamur. *Contrarium autem scribit in sequentibus, pag. 529.* Quicunque crediderit, ille habet, quæ verba loquuntur & afferunt. *Item:* Quicunque hæc sibi dicta putat, creditque ita se habere, ille certoque consecutus est: cæterum hisce verbis diffidens, nihil habet. *Et in Catechismo minori, de Sacramento Baptismi:* Aqua certe tantas res non efficit, sed verbum quod cum aqua est, & fides, quæ verbo Dei aquæ addito credit. *Item, in Apologia pag. 181.* Docemus, quòd in vsu Sacramentorū debeat fides accedere, non tantum quæ in genere credit, (in Ecclesia esse remissionem peccatorū) sed quæ statuit sibi offerri remissionem peccatorum, hancq; accipit. *Quomodo hac pugnaria consistere, simulq; vera esse possint: Concordia viderint.*

RESPON-

## RESPONSI O.

*Nisi vel astineta ruditas, vel insignis malicia huic Iesuita glaucomam obiecisset: discrimen inter substantiam & usum Sacramenti Baptismi mox videre, adeoq; hæc dicta Lutheri nullo negocio conciliare potuisset. Substantia enim Baptismi non dependet à nostra fide, sed à solo Dei verbo & institutione Christi, ita ut fides nostra Baptismum nec efficiat, nec incredulitas substantiam eius tollat vel mutet. Quod vero ad usum & fructum Baptismi attinet: illum ut quis percipiat, fidem accedere necesse est. Atque hoc modo verus quidem Baptismus est, quo Iudeus incredulus tingitur: sed absque usu & fructu salutari, quem sua incredulitate excludit, & gruius iudicium sibi accersit. Quis ergo præter cacos, rudes, & maliciosos Iesuitas non videt, doctrinam Lutheri per omnia sibi constare? Iesuitas autem suam ruditatem, maliciam, & vanitatem nimis crassè prodere?*

286. Mendacium  
Iesuitarum.  
Discrimen inter  
substantiam & usum  
Baptismi.  
Substantia Baptismi  
verbo Dei consistit.  
Baptismus sine fide  
nihil prodest.

## IESVITÆ.

*Eiusdem farina sunt, noua Buceriana regula, Extra usum non est Sacramentum. Item: quod nec fides, nec consecratio, nec sumptio Sacramentum efficiant, sed sola virtus & verbum Dei. Item: Quod dignitas Sacra menta percipiendi, non consistat in magna aut parua fide accipientis, sed potius in merito Christi. Item: Quod infirmi in fide, ac propter multa magna que peccata perturbati & anxii, verè digni sint hospites. Hac nec inter se confitere, nec cum præmissis axiomatibus Lutheri, sine crasso mendacio conciliari possunt.*

Commentum Ies-  
fitarum de pugnante  
doctrina Lutheri in  
artic. Sacramenti  
Cœnz.

## RESPONSI O.

*Eadem ratio est horum verborum Lutheri, quæ precedentium. Quemadmodum enim sola virtus & verbum Dei Sacramentum efficit: ita quoq; usus illius, nempe edere & bibere in commemorationem mortis Christi, in verbo comprehensus est. Vbi hac sumptio non sit: nec etiam Sacramentum est. Verbum enim Christi præcipit, ut edamus & bibamus, nec substantiam Sacramenti huius in aliud usum conuertamus. Hoc enim præter verbum fieret. Atque si Sacerdos etiam millies verba institutionis recitaret: non tamen conficeret Sacramentum, nisi virtus Christi præstò esset idq; efficeret. Et quidem semel verba ista Christus protulit: sed eorum virtute, Sacramentum altaris etiam nunc Sacramentum est.*

287. Mendacium  
Iesitarum.  
Virtus & verbum  
Christi efficiunt Sa-  
cramentum.

*Ita quoque dignitas sumendi, nec in magna nec parua fide consistit, sed in solo*

in solo Christi merito. Et nihilominus infirmi & perturbati, coniuia omnium dignissimi sunt, ut qui hoc cibo magis, quam firmi in fide indigent. Sicut mater omnes suos liberos ex aequo diligit: infirmo autem se talem prebet, ac si illum multo maiore quam sanos amore complectetur.

Hæc eius evidenter sunt, ut etiam captum puerorum elementa literarum adhuc terentium non effugiant: Nec opus est magno acumine vel singulari artificio, quo dicta illa concilientur: multò minus impossibile est, ut absque mendacio consistant. Quare meritò stuporem & ruditatem Iesuitarum qui miretur, quod etiam pueris nota discernere nesciant.

## I E S V I T A.

## C XIII. Mendacium.

Concord lat 602.  
Vtrum Confessio  
August. à Papistis  
verbō Dei sit con-  
futata.

**I**N Prefatione declarationis articulorum quorundam, dicunt Concordistæ: Eam Confessionem (anno, &c. 30. Imper. Carolo V. exhibitam) aduersarij molestè quidem grauterque acceperunt: sed ad hunc usque diem, eam neque refutare neq; euertere potuerunt. Contrarium verò docent Imperij Acta, multorum doctissimorum virorum Scripta, & vniuersale Concilium Tridentinum: in quibus dicta Confessio non tantum copiosè refutata & euersa, sed etiam penitus damnata est. Quare hæc Concordistarum gloriatio, ut inanis & nulla, concidit.

## 288. Mendacium.

1.  
Papistas confutatio-  
nis sua puduit.

2.  
Futilis refutatio Pa-  
pistarum.

3.  
Theologi Confes-  
sio nis August non  
audiuti in Concilio  
Tridentino damnata  
sunt.

## R E S P O N S I O.

Nisi Iesuite ceteros Pontificios vanitate & impudentia longè superarent: puderet ipsos, vel ab alijs mentionem fieri futilissime & stolidissime istius refutationis Papistica, qua Augustæ in Concilio Imperiali recitata fuit. Hæc enim adeo nullo fundamento S. Literarum nitiebatur, ut etiam Papistæ tum eius puduerit: nec nostra Confessionis Electores atque Principes, etiam atque etiam instando, exemplar illius impetrare potuerint. Sed si quid nostri de ea accipere voluerunt: inter recitandum, que celeri calamo consequi potuerunt, annotare coacti sunt.

Deinde ali⁹ quoq; plures eam refellere conatis sunt: sed omnes turpisimè se dederunt, suaq; ignorantiam & stulticiam toti mundo prodiderunt.

Ceterū, quid dicimus de Epistolis Concilij Tridentini? quis sue doctrine ad eadē diffisi sunt, vi cùm à Christophoro Duce Vuirtembergico Ioannes Brentius vna cum alijs Theologis ad Concilium missus, suam & Principis sui Christianissimi Confessionem, Augustanæ per omnia consentientem ob- tulisse,

Nelisset, èamq; coram toto Concilio defendere paratus esset, non aucti fuerint eum, licet sibi hoc potenterem, admittere. Atque ita non audit i sunt  
damnati, non ab vniuersali, Christiano & libero Concilio, sed a creaturis  
& mancipijs Papæ, qui in ipsius verba & mandata iurati, non aliud sta-  
tuere & decernere ausi fuerunt, quam quod Papa voluit & imperavit.

Præterea, nemo non sit, præcipua Concilia non à Papa, sed Imperato-  
ribus Romanis indicta esse: qui solum Dei verbum iudicem controuersia-  
rum, contra Arrium, Nestorium, Eutychetem, Macedonium, constitue-  
runt: ex quo etiam Hæresium coniuncti sunt. Vos autem Papistæ, in Collo-  
quio Vuormatiensi protestari non puduit: si nostri in ea sententia perseue-  
rent, quid ex solo Dei verbo contra aduersarios disputatione velint: nolle vos  
posthac in yllum Colloquium consentire. Scriptura enim non voce in iudi-  
cet. sed materiam litii, adeoq; obscuram, moriuam mutamq; literam esse.  
**Cu**: igitur vestram contumeliosè & blasphemè de verbo Dei sentiant:  
quid mirum, si confessionem August. non auditam in suo Conciliabulo  
damnarunt?

Sed quid de illis nobis sermo est? cum hisce Iesuitæ in suo famoso libello  
propositum sit, non solum Theologos, sed etiam Electores, Principes, cæ-  
terosq; Ordines Confessionis August. coram toto mundo confundere, ac si in  
Confessione sua, eiusdemq; Apologia, Articulis Smalcaldicis, Catechismis  
Lutheri, & declaratione articulorum controuersiarum, multa apertissima,  
impudentissimaq; mendacia subfignarint, suaq; autoritate confirmarint.  
**A**t ubi institutum probandum est, quæ momenta rationum? quæ funda-  
menta Scriptura proferunt? nulla: sed multum vociferantur, de multipli-  
ci Confessionis August. mutatione: quid Philippus non in omnibus articulis  
cum Confessione August. idem semper senserit & docuerit: quid Lutherus  
nec Confessio August. nec Philippo, imò in multis articulis sibi ipsi non  
consentiat: quid Patres & Concilia, diuersa à nostra doctrina decreuerint  
& tradiderint: & si quæ his similia plura sunt.

Hac aut sine omni veritatis fundamento effutunt: scripta antiquorū &  
recentiū Doctorum peruententes, ad suas calumnias detorquent: quos et-  
iam sue propriae religionis pudet, nec amplius ingenuè cosideri audent, quæ  
in Scholis Papisticis & ipsorū idololatricis templis etiam nunc auditoribus  
proponuntur: sicut hac response Luculenter & solide ostensum est. Quæ  
Principes Christianos vel tandem monere debebant, quanto periculo, suas  
fuerumq; subditorum animas, leuisimis istis & impudentissimis nugato-  
ribus

Imperatores, non  
Papa, vniuersalia  
Concilia indix-  
runt  
Verbum Dei index  
controversiarum in  
Conciliorum  
Papistæ nolunt, so-  
lam scipitram s.  
controversiarum  
iudicem esse:

Quid Iesuitæ contra  
Confessionem Au-  
gust. afferant, vt no-  
stram doctrinam  
suis exosam red-  
dant.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.

Communitio ad  
principes Papisti-  
cos.

ribus committant, eorumq; falsam doctrinam tueantur, cuius etiam ipsos  
Iesuitas coram intelligentibus pudeat.

## IESVITÆ.

Si autem ha confutationes, nullius momenti esse debent: nullus heretici  
cūnquam confutatus est. Nam heretici conuinci quidem, at non vincit  
possunt.

## RESPONSIo.

Heretici à Patribus Orthodoxis, testimonijs Scripturae clarissimis, tan-  
quam voce iudicis, conuicti sunt. Vos autem Iesuita hanc vocem, nec audi-  
te, nec ferre potestis: sed calumniamini, nō omnia in sacris literis contineri,  
quæ ad salutem sint scitu necessaria.

## IESVITÆ.

Deinde, licet iam dicta confutationes, condemnationes, & anathema-  
ta Ecclesiæ nihil valere deberent: tamen Concordistarum assertio, vel eam  
ob causam vera esse non posset, quod secundum propriam ipsorum Confes-  
sionem, multi Theologi, & quidem authores ipsi à sua Confessione discesser-  
int: ceteri autem eam ita conciderint, totiesq; mutarint, repetierint, &  
peruerterint, ut vltra (Tossano teste) non sua vi, sed potentia paucorum  
Principum consistat, & quidem tam infirma macieq; confecta, ut singulis  
momentis expiratura videatur.

## RESPONSIo.

Insignis scilicet probatio Iesuitarum, quod Confessio August. falsitatis  
conuicta, confutata, & eversa sit: quia multi Theologi & authores ipsi  
(inquit Iesuitæ) eam mutarint, peruerterint, & in quibusdam articu-  
lis ab eius doctrina discesserint. Hac ratione ipsum quoq; Euangelium Chri-  
sti falsum esset. Iudas enim illius præco, ab eo defecit. Pauli quoque doctri-  
nam, falsam esse, oportet, cum dicat: Ex vobis ipsis exorientur  
viri, loquentes peruersa, ut abducant discipulos post se. Et ad  
Timotæum scribit: Nostri hoc, quod auersati fuerint me omnes,  
qui in Asia sunt, quorum est Phygellus & Hermogenes. At hec  
defectio à sincera doctrina Pauli, eam falsitatis minimè conuicit.

**T O S S A N Y S**, le-  
uisimus & menda-  
cissimus Caluinista,

Præterea, Iesuitæ testimonio Tossani, Caluinista omnium levissimi,  
perfidissimi, & mendacissimi, docere velle, Confessionem August. non sua  
vi, sed paucorum Principum potentia consistere, &c. auditu valde ridicu-  
lum est. Nam idem Caluinista cum suis gregariis mentitur, se Confessio-

nus Au-

**M a r t h . 27.**

**A c t o r . 20.**

**2. Tim. 1.**

nū August. consortem esse: & qui sua Caluiniana perfidia addicti non sint, frustra de illa Confessione gloriari. Quomodo ergo non suam (quam falso iactat) Confessionem confusit & sedat? Sed nemini hic mirum videri debet, vanissimos Iesuitas mendacissimi & fiedissimi Caluiniste testimonio vii voluisse, quo suum mendacium confirmarent: cum utrig, eadem blasphemā & impia doctrina contra Christum coniurauerint. Nam Iesuitæ non minori virulentia & insania quam Caluinistæ, filium Mariæ, Domini nostrum Iesum Christum, de sede maiestatis diuina deturbare, eis omniscientiam, omnipotentiam, ac omnipræsens dominum super omnes creaturæ in cœlo & in terra, blasphemis suis Scriptis derogare contineantur. Ideoq, mirum non est, Iesuitas à suis manipularibus Caluinistis armæ defumere, Confessionem August. oppugnandi & opprimendi. Et quidem hanc ipsam ob causam Iesuitæ Papatum deferentes, Caluinistis se aggregare solent, quod in articulo de persona Christi prius Caluinismo consentiant, quam à Papatu successionem faciant. Quamobrem Iesuite & Caluiniani pertinaces & blasphemii doctores eidem planè loco destinati sunt: ubi vel tandem à Satana, cui contra Christum strenue militant, dignam mercedem blasphemiarum accipient.

Cur Iesuitæ Caluinistarum testimoniis  
nie vtantur.

## I E S V I T A.

## XCIII. Mendacium.

**I**N eadem Prefatione dicunt Concordista: Romanenses, propter dissidia illa inter nos orta, sibi gratulantur atque exultant: spem illam minimè piam, & quidem falsam fouentes, fore, ut ex nostris mutuis concertationibus, sanæ doctrinæ ruina & interitus consequantur. Infirmi verò interim valde offenduntur & perturbantur: quidam dubitant, an inter tot & tanta dissidia etiam vera apud nos doctrina reperiatur: quidam non vident, cui parti in articulis illis controuerfis subscribere debeant. Catholicos, propter discordiam hereticorum exultare, mirandum non est: cum bellum hereticorum, sit pax Ecclesia.

Coacord. lat. 80.  
Papista exultant  
propter nostra dis-  
sidia.

## R E S P O N S I O.

Quia ipsi Iesuitæ hoc loco fatentur, quod propter dissidia Lutheranorum sibi gratulentur: qua ergo impudentia, libri Concordiae prefationem mendacij arguere audent? An non hoc est sibi ipsi turpiter contradicere, ergo spiritum vertiginis prodere, & mendacia nouis mendacijs cumulare?

Rr

Et qui-

Papistatum, Iudeo-  
kum, & Gentilium  
idem iudicium de  
dissidijs in Ecclesia  
Dei.

Et quidem, eadem de causa in Ecclesia primitiva, Iudei & Gentes exultarunt, quod Christianis ipso statim Apostolorum tempore dissidere incipientibus, sperarent fore, ut interitus doctrina Euangelica de Christo consequetur: sed spes sua falsi, permanente doctrina Euangeli, ipsi miserè perierunt. Sicut semper bonitate & prouidentia Dei fieri solet, ut hæresibus intercuntibus, veritas vel tandem vincat & triumphet.

Epitaphium Luthe-  
ri, adhuc quotidie  
in Papistis imple-  
tur.

Spectatores Missæ  
in comitijs pecunia  
conducti.

Atque ita magis magis, experiuntur Papistæ, verum esse Lutheri Epitaphium, quod sibi ipse fecit:

Pestis eram viuus, moriens ero mors tua, Papa.

In eas enim angustias, per Dei gratiam, Papatus redditus est, ut in conuentibus Imperij, spectatores Missæ pecunia conducti fuerint, quo hospitiis peregrinis adhuc aliquis religionem Papisticam suspicere viderentur. Et in ciuitatibus imperialibus homines prædiuites largas nonnunquam Eleemosynas in Prochodochijs erogare solent, quod Ave Maria pro ipsis datur, hacq; ratione miseri & inopes à vera invocatione Dei ad idolomaniam Pontificiam abducantur.

#### I E S V I T A.

Nec iniuria in infirmi & simplices, dissensionibus illis offenduntur. Nam ipso Lutheroteste, Diabolus rectius dignoscii non potest, quam ex illis discordijs & factionibus: apud quas nec Deus, nec veritas querenda est.

#### R E S P O N S I O.

Matth. 18.  
1. Cor. 11.  
Beata in vera Apo-  
stolica Ecclesia.

Matth. 18.  
Gal. 5.

Qui bis dissidijs offenditur, parum in doctrina Euangeli proficit, cum Christus dicat: Vx mundo ab offendiculis. Necesse est enim ut veniant offendicula. Et Paulus: Oportet hæreses in vobis (id est inter veros Christianos, in vera Ecclesia) esse. Inde verò malè colligunt Jesuitæ: in Ecclesia, in qua hæreses sint, nec Deum, nec veritatem esse. Qua ratione nec Pauli Ecclesia, vera Dei Ecclesia, & quidem sine Deo & veritate fuisset. Inter Hereticos verò nec Deus nec veritas habitat, sed Diabolus & mendacium: qui veram Ecclesiam confusurant & contaminant. Ideoq; Christus ait: Veruntamen vx homini, per quem scandalum venit. Et Paulus: Qui vos conturbat, portabit iudicium, quisquis fuerit. Quamobrem non est ut Papiste gratalentur sibi & exultent propter dissidia inter nos orta. Ipsorum enim idolatria falsaq; doctrina euendem euenit cum Iudeis & Gentibus sortietur, qui similiter Christianorum discordia latabantur, ac ipsorum idolomania, falsaq; dogmatapau-

latim

*Latim euauerunt, religione Christianorum adhuc victoriam obtinente, licet plurima Schismata inter hos extiterint.*

## I E S V I T A.

## XCV. Mendacium.

**I**N eadem declaratione scribunt Concordistæ: Hanc nostram con- Concord. lat. 61.  
trouersiarum explicationem si pius Lector perpenderit,  
eamque cum scriptis illis (*i. Confessione August. Apologia, Articu-  
li Smalcaldicis, Catechismis Lutheri, &c.*) contulerit, liquidò in-  
telligit, ea quæ de vnoquoque articulo (in compendiaria illa  
doctrina nostræ religionis & fidei) initio Maiores nostri sen-  
serunt atque publicè professi sunt: easque declarationes, quæ  
diversis temporibus, per interualla, sunt consecutæ: & eam  
doctrinam quam nunc repetimus, haudquaquam inter se di-  
screpant: sed esse simplicem, immotam, ac certissimam veri-  
tatem. Et agnoscat Lector candidus, nos non de vno dogma-  
te ad alind (leuiate quadam, vt aduersarij nos criminantur)  
transilire, sed potius nos in eo elaborare, vt semel exhibitam  
illam Augustanam Confessionem, eiusque vnanimen, plam,  
& veram intentiam firmiter retineamus, &c.

## R E S P O N S I O.

*Diuersum, solidis firmisq; rationibus, Iesuitæ omnesq; Papistici Docto-  
res nunquam demonstrabunt.*

## I E S V I T A.

*Falsum illud esse, omniq; fundamento carere, inde primum liquet, quod 291. Mendacium  
vler. 40 annos veram Confessionem August. nunquam habuerint, sed Iesuitarum.  
eam ex Archivo Imperij modo nacti sunt, cum prius mutatis duntaxat &  
adulteratis exemplaribus vñ essent.*

## R E S P O N S I O.

*Hoc impudens mendacium Iesuitarum, suprà in responce ad tertiam  
& sextam vanitatem solidè refutatum est.*

## I E S V I T A.

*Secundo, nō tantum antiquissima Exemplaria corrupta sunt, sed etiam  
Confessio in Conuentu Numburgensi repetita, vera confessio non fuit.*

## R E S P O N S I O.

*Et hoc impudentissimum mendacium esse, suprà in refutatione vani- 292. Mendacium.  
tatum*

**Electores atq; Prin-**  
cipes primam Con-  
fessionem Num-  
burgi subscripse-  
tunt.

tatum iſuiticarum ostendimus. Electores enim atque Principes in illo conuenient primam & inuiolatam Confessionem subscripterunt. Nec quicquam Electoribus, Principibus, ceterisq; Ordinibus & Theologis præiudicare vel obesse potest, multò minus imputari illus debet, quid vñus Philippus iniussu aliorum, priuato arbitrio, quibusdam verbis eam mutauit.

## I E S V I T A E.

Terriō, evidētissimum est, inter primam Confessionem Augustanam & articulos Smalcaldicos, neque in materia, neque forma comparationem vllam esse. Confessio namq; August. ad Ecclesiam Catholicam, in d Romānam, ad Patres & Concilia modeſtè prouocat. At Lutherus in articulis Smalcaldicis Phraseticorum moreſurit, omniaq; perturbat, & Ecclesiam, Concilia, Papam, Episcopos & Ordines subuerit atque tollit, omnemq; amicam tractationem denegat: vt nunc horribiles errores & blasphemias, que in illis continentur, nec Confessio Augustana respondent, silentio pretereamus.

## R E S P O N S I O.

**Cur Confessio Au-**  
gust. moderata &  
placida.  
  
**Cur articuli Smal-**  
caldici vehemen-  
tes.  
  
**293. Mendacium**  
Iſuitarum.

Confessio August. quia non Pape, eiusq; iuratis mancipijs, sed Caſarea Majestati & Ordinibus imperij proponenda erat, in quib. multi boni, attamen infirmi in fide fuerunt: hi, ne principio statim offenderentur, sed Dominō & saluti eternae lucifieri possent, modeſtō & placido Stylo conscripta fuit. Lutherus autem articulos Smalcaldicos ex professo contra Papam Antichristum, Episcopos Romanenses, & ipsorum Conciliabula exarauit, vt in Concilio Chrīſtiano, libero, & vniuersali proponerentur. Ibi bestie Romane, eiusq; obſtinatis Sectatoribus nullo modo parcendum, sed omnibus declarandum fuit, hanc esse turbam Antichristi: cuius multiplex idolatrias & execrandi errores extirpandi ſint, si modō saluti Ecclesiæ & consuli debeat. Ceterum, quid Confessio August. & articuli Smalcaldici, in uno vel pluribus articulis religionis Christiana inter se discepent: hoc Iſuita veris rationibus nunquam ostendere poterunt.

## I E S V I T A E.

Quartd, Lutherus, Philippus & in genere Lutherani omnes, non ſolum eo tempore, quo Confessio exhibita eſt, in multis articulis diuersum ab ea docuerunt: ſed poſtea quoque in multis ab ea diſceperunt, nec ipſius doctrinam conſtanter retinuerunt.

## R E S P O N S I O.

**294. Mendacium.**

Ad hoc mendacium prius quoque in refutatione tertij mendacij prolixè & ſolidè

& solidè responsum est. Quod autem quidam ab ea discesserunt: obesse illis non debet, qui eius sententiam firmiter retinent: de quibus solis Electores atque Principes in prefatione sua ad Imperatorem Carolum V. verba faciunt. Unde patet, Electores atque Principes, iterum aperto mendacio, ab his Iesuitis, contumeliosè admodum infamari.

## I E S V I T A.

Quinto, prater iam commemorata, adhuc alias nouas opiniones, doctrinas, & errores de iustificatione, Sacramentis, de persona Christi, de ubi-quitate, & similes, partim Arrianas, partim Nestorianas, partim Entybianas, Nouatianas, aliasq; hereses in Concordia introduxerunt, que 295. Mendacium. prius in Confessione August. & Apologia condemnata sunt. Qua fronte ergo Concordistæ gloriari audent, hunc suum librum à prioribus scriptis non discreparebant.

## R E S P O N S I O.

Si noui heretici, peruersa loquentes, quotidie exorirentur: quid hi ad Confessores sincera doctrina, qui libro Concordia subscriperunt, quiq; noua dogmata semper condemnarunt?

Deinde, in parte secunda huius scripti demonstrauimus, vos Iesuitas ynà cum peruersis Caluinianis, veterem, blasphemam, Nestorianam, nec tantum iam olim, sed etiam in vestra Papistica Ecclesia damnatam doctrinam de persona Christi, in Ecclesiam reuocare: per quam Arianismo & Turcico Alcorano via in Ecclesiam Christi sternitur. Et monstrant nobis Iesuita in Confessione August. vel syllabam, qua ubiquitas (hoc est, doctrina, quod Christus etiam ut homo omnia implens, cælum & terram, omnesq; creatureas præsens gubernet,) damnetur. An non igitur hoc est astutia circuitione ad parerga dilabi? quod cum Iesuitæ docere debebant, Confessionem August. cum verbo Dei pugnare, nec eo fundatam esse: in pescibus magis mutisint, nec quicquam contra eam præter vana, futilia & confusa proferant, ut homines à statu principali & doctrina, quam conuellere non possunt, abducant.

Doctrina Iesuita-  
rum de persona  
Christi, Nestorianæ.

## I E S V I T A.

## X C VI. Mendacium.

**I**N Concordia articulo de iusticia fidei, sic legimus: Statim causa est, Concord lat. 638.1 quare iustificemur, & vitam æternam consequamur? Hic respondemus cum Paulo: Sola fide in Christum nos pro-

nunciari iustos, non operibus legis aut caritate. *Præter hoc autem*, quod hic Concordista S. Paulus inturiam faciunt, ut qui nunquam ita docuerit, Lutheru vocem SOLA verbis Pauli addente: *hæc eadem doctrina in scriptis Lutheri tanquam erronea & falsa refutatur.* Ut, in *Exempl. germ. cordia*, fol. 200. 206. 218. 224. 225. 226. 323. 325. Vbi Lutherus contra suam ipsius doctrinam, salutem nunc Decalogi, nunc Sacramentis, Baptismo & absolutioni, nunc verbo & signo adscribit. Idem quoque Concordista faciunt. Quamobrem doctrina ipsorum vera esse nequit, quia tantopere solam fidem urgunt, & à iustificatione omnia antecedentia, presentia & sequentia opera excludant: nihilominus dicentes, fidem nunquam esse solam, sed semper cum spe & dilectione coniunctam.

## RESPONSIO.

**296. Mendacium.** *Quia Iesuitas materia calumniandi & mendacio doctrinam nostram denigrandi, deficere incipit: priora subinde repetunt, quod numerum mendaciorum compleant.*

**Tom. 3. Ien. germ.  
fol. 144. b.**

Hoc autem mendacium prius aliquoties refellimus, ut noua confutatio ne opus non sit. Et adeo non pudet nos vocula SOLA, in Paulo positæ, ut vna cum Lutheru has quoq; Omibus & omnibus, addere non verebamur, hoc modo: sola fides absque omnibus operibus omnis legis iustificat & saluat. Quibus verbis genuina sententia Apostoli plenè expressa & redditâ esset. Utq; vos Iesuite, omnesq; Papistici Doctores, criminis falsi Lutherum coniunctatis, quod hæc a se conficta verbis Pauli intulerit: impossibile esse dicimus. Nam & illi 45. Patres (quorum supra mentionem fecimus) particula SOLA in hoc articulo vñ sunt.

**Quomodo Decal-**  
gus & Sacra menta  
Salvi hominum in-  
seruant.

**S. Pauli Axioma**

Quomodo autem Decalogus saluti hominum seruiat, monstrando peccata: quomodo per Sacra menta fides salufica confirmetur: quomodo etiam fides nunquam sine spe & dilectione sit: superius declarauimus. Et nihilominus, non Lutheri, sed Pauli axioma & doctrina vera permanet, quod fides sola absque omnibus operibus, omnis legis iustificet & saluet.

## IESVITÆ.

## XCVII. Mendacium.

**Concord. lat. 521.**

**I**N Catechismo maiori de Baptismo infantum inquit Lutherus: Ex his iam clarè vides, Baptismum & quæ & virtute & significatione sua tertium quoque Sacramentum comprehendere, quod pœnitentiam appellare consueuerunt: quæ propriè nihil aliud est,

est, quām Baptismus aut eius exercitium. Et paulo pōst reprehēdit Hieronymum scribentem : Pœnitentiam, secundam tabulam esse, qua nobis ex huius mundi pelago natandum & traijicendum sit, fracta iam naui, in quam transcendimus, atque traijicimus, delati in Christianitatem. *Hoc loco pœnitentia Lutheru est tertium Sacramentum : quod aliás pernegat, & non nisi duo Sacra- agnoscit.*

## RESPONSIΟ.

*Lutheru non ex sua, sed Papistarum sententia loquitur, cūm pœnitentiā 297. Mendacium. tiam tertium Sacramentum vocat. Ideoq; ibidem docetur, quod non sit Pœnitentia non est peculiare Sacramentum, sed à Baptismo comprehendēti, eiusq; exercitium peculiare Sacra- mentum. Quocirca in verbis Lutheri contradic̄tio nulla est.*

## IESVITÆ.

*Questio hic est : vtrumpœnitentia propriè nihil aliud sit, quām Ba- ptismus?*

## RESPONSIΟ.

*Hoc vna cum Lutheru negamus : & dicimus, non esse Sacramentum per se, sed Baptismi perpetuum exercitium.* Pœnitentia perpe- tuum exercitium Baptismi.

## IESVITÆ.

Præterquam enim quod duo haec Sacra-menta, nec in materia, nec in forma (in quibus Sacra-mentorum substantia conſiſtit) conueniunt: alijs quoquerationibus à ſe in uicem diſiuncta ſunt.

## RESPONSIΟ.

*Quia ad ſubſtantiam Sacra-menti requiri-tur materia, hoc eſt, Elementum exte- rnum: ſequitur, pœnitentiam extra Baptiſmum, Sacra-mentum peculiare non eſſe: quandoquidem à Baptiſmo diſiincta & ſeparata, mate- riam ſue Elementum non habeat: quod ſemper reſe- xterna & viſibilis eſt, ſicut aqua in Baptiſmo, panis & vi-num in Cœna Domini- nica. Hoc nemo ne- gare potest.* Pœnitentia non ha- bet exte- rnum ele- mentum.

*At propriè de pœnitentia loquendo, iſpa aliud non eſt quam virtus & ſignificatio Baptiſmi. Hinc Lutheru ſcripſit, quod tota noſtra vita à ſu-cepto Baptiſmo, continua pœnitentia, hoc eſt, mortifi- catio veteris Adami, & reu-ſuſcita- tionis noui hominis eſſe debet.*

## IESVITÆ.

*Baptiſmus ijs neceſſarius eſt, qui nondū renati ſunt: pœnitentia autem re- natis, qui poſt Baptiſmum in peccata relabuntur.* RESPON-

## RESPONSIO.

Quo usq; virtus Baptismi se extendat.

Baptismus ad utrosque pertinet. Nam renescitur homo per Baptismum: & in Baptismo per pœnitentiam conseruatur. Virtus enim Baptismi ad finem usque vitæ se extendit.

## IESVITÆ.

Per Baptismum incorporamur regno Dei: per pœnitentiam autem instauramur iam incorporati.

## RESPONSIO.

Vtrumque operatur virtus semel percepti Baptismi: videlicet, ut continua illius meditatione tam incorporati maneamus, quam initio per illum incorporati sumus.

## IESVITÆ.

Baptismus est Sacramentum fidei: pœnitentia reconciliationis & emendationis.

Baptismus, Sacramentum fidei, reconciliationis & emendationis.

Baptismus utrumque efficit: ut nimirum per fidem in Christum Deo reconciliemur, & vitam emendemus. Ideoq; Baptismus pœnitentia dicitur, quo homines in remissionem peccatorum, utque Deo reconcilientur, tinguuntur.

## IESVITÆ.

Baptismus peccatum Originale, & cetera peccata omnia tollit: pœnitentia autem solum post Baptismum admissa aufert.

## RESPONSIO.

Paulus antè ostensum est, quo sensu Lutherus dixerit, pœnitentiam nihil aliud esse quam Baptismum: nempe, quod de perenni virtute & operatione Baptismi loquatur, quæ si in quotidiana pœnitentia exerit.

Alijs ignotum nemini est, aliud esse cum infans baptizatur, & quando baptizatus post lapsum per pœnitentiam ad Christum se conuertit. Ideoq; Iesuitæ hac operosa distinctione supersedere, suoq; cerebello parcere potuerint.

## IESVITÆ.

Pœnitentia, quoties peccauimus, repeti potest & debet. At semel baptizatum non necesse est iterum baptizari, sed tantum pœnitentia ipsi opus est, velut ei qui factio naufragio tabulam arripit, quæ in portum recipiat.

RESPON-

## RESPONSI O.

Natus Baptismi non frangitur. Scriptum enim est: Incredulitas nostra fidem Dei non facit irritam. Item: Si increduli sumus, ille fidelis manet; seipsum negare non potest. Quocirca nihil est, quod de tabula natus fracta apprehendenda comminiscuntur: sed necesse est, in integrum nauim recipi, si saluari velis.

## I E S V I T A E.

Lutherus (sicut quoque Calvinius) immerito & temere reprehendit Hieronymum, quod pénitentiam secundam tabulam dixerit: eoque heresis Nouatiana se suspectum reddidit. Quanobrem uterque à Concilio Tridentino iure damnatus est.

## RESPONSI O.

Lutherus non hoc in Hieronymo reprehendit, quod statuit: si homo post baptismum peccet, quod serio respicere debeat: quodque peccatores resipi soient certè in gratiam à Deo recipientur, & ad vitam aeternam converuentur. Hoc ipsum enim Lutherus semper diligenter inculcavit: idemque nos hodie docemus. Quapropter diabolica plane calumnia Iesuita mendacissimi Lutherum in suspicionem heresis Nouatiana rapere conantur. Hi enim heretici docuerunt, si homo post baptismum, graui aliquo peccato se contaminet: quod per pénitentiam Deo reconciliari nequeat.

Hoc autem vituperauit Lutherus, alijque sinceri Theologi, quod Hieronymus docuit: pénitentiam esse secundam tabulam, qua homini Christiano post fractam nauim baptismi, enatandum sit. Qui sermo errore non caret. Idem enim sonat, ac si virtus Baptismi post lapsum penitus amissa foret, nec homo peccator per reliquum vitæ tempus eo se consolari posset. At quando peccator respicit: tum Baptismo sua prima virtus constat, ita ut virtute semel percepti Baptismi filius Dei ac heres vita aeterna sit, à qua gratia per peccatum exciderat. Ideoque doctrina Hieronymi de secunda tabula pénitentia, sensu tam dicto nec consistere nec probare potest. Et quidem nec Hieronymus nec Augustinus petunt, ut sibi quisquam assentiat in eo, quod verbo Dei aduenerari deprehenditur. Denique, non nisi fulgur ex pelvi est, si Concilium Tridentinum condemnaret, quod rectum & legitimum esse, verbo Dei doceri potest.

## I E S V I T A E.

## XCVIII. Mendacium.

*In artic. 4. Concordie, de bonis operibus, dicunt Concordistæ: Bona Concord. lat. 661.*

Ss pio-

piorum opera Deo placere & accepta esse, propter Christum per fidem, propterea, quod persona fidelium Deo accepta

**Concordat. lat. pa. 484.** sit. Lutherus autem planè contrarium scribit, videlicet: Deum nequam orationem personæ gratia respicere, sed propter verbum suum atque obedientiam sibi præstitam & exhibitam. Ideoque preces, quas ad Deum peccator fundit, non deteriores aut profaniores, aut Deo minus acceptas esse, quam fuere Pauli & omnium etiam sanctissimorum. Omneni enim nostram orationem diuinæ obedientiæ inniti debere, nullo nostra personæ respectu siue iusti simus, siue peccatores, digni an indigni. Hic nūc Concordista cum Patre suo Luthero de veritate concertent, eumq; vel mendacijs conuincant, vel ipsi vanitatis crimen sustineant.

## RESPONSI O.

299. Mendacium  
Iesuitarum.

Quomodo persona  
a Deo in oratione  
non respiciatur.

Esa. 64.

Quomodo persona  
a Deo in oratione  
respiciatur.

Nulla hic concertatione opus est. Nam hominis persona duobus modis consideratur: primum ratione donorum peculiarium: deinde ratione fidei in Christum. Quod ad dona singularia attinet, quibus homo pietate & sanctitate alijs prestat: horum respectu in oratione locum non habet, quasi Deus propter illa, unum pra alio exaudiens. Nam vniuersæ iusticia nostræ quasi paucis menstruacoram Deo. Atque de hoc, Luthero sermo est in Catechismo maiori: quod oratio nostra respectu seu dignitati persona inniti nequam debeat.

Quod vero ad fidem in Christum attinet: quando hac in homine inuenitur, tum oratio soli merito Christi innicitur. Vnde etiam obedientia orandi sequitur: in qua omnes Christiani pares sunt: idem præceptum, easdem preces & promissiones habentes: atque propter Christum omnes in fide orantes exaudiuntur. De hoc loquuntur Concordista. Ex quo patet, dicta illa Concordistarum & Lutheri, inter se haudquaquam pugnare, sed probè consistere, verboq; Dei seu fundamento firmissimo inniti: Iesuitas autem partim rudes astros, partim maliciosos Calumniatores esse, quod coram simplicibus de contradictione nostrorum clamitent, cum nulla prorsus sit.

## IESVITA.

## XCIX. Mendacium.

Concordat. lat. 713.

Circa finem Concordia, art. 12. De alijs hereticis & Sectarijs: ad sui defensionem & purgationem mentiuntur Concordista: Quod illi erro-

errores ( Anabaptistarum videlicet , Suuenckfeldianorum , nouorum Arrianorum , & Antitrinitariorum ) maximè in ijs locis , & tum temporis potissimum irrepserint , vbi sincero Christi Euangelio locus non fuerit : & vnde omnes sinceri Doctores & Confessores Euangelij fuerint repulsi aut eieci. Vbi enim , inquit , crassissimæ & plus quam Cimmitiaz , ut dici solet , Papatus tenebrae regnabant : ibi miseri homines , qui Pontificiam manifestissimam idolatriam & falsam doctrinam tantum non manibus palpat , ex mera simplicitate amplexi sunt , quicquid à Papatu discrepabat , & sub Euangelij nomine ipsis obtrudebatur . Et præmittunt solennem protestationem , quod errores illarum hæresium & sectarum nulla ex parte probent , sed eos vnanimi consensu damnent . At hoc est crassum admodum & prægnans mendaciū , quod primo loco ponî merebatur .

## RESPONSI O.

*Assertionem hanc crimine falsi carere , res ipsa loquitur . Si enim cuiusq[ue] loci subditi explorandi forent : multo plures mostrosa de religione opiniones patescierent , quam quas Concordia liber notat . Constat quoque ipsis in locis Sectas ( preserim Anabaptistarum ) patrocinio et tutela Magistratus frui .*

300. Mendacium  
lesuitarum.

## IESVITA.

Quam sinceri in doctrina Concionatores Lutherani sint , hoc libello breuiter dunt axat & summatim ostensum est .

## RESPONSI O.

Iesuitas doctrina nostra nihil nisi apertissima & impudentissima mendacia attribuisse , nec ullius erroris illam conuicisse : Lector Christianus ex refutatione præcedente cognoscere potuit , cuius iudicio totam causam committimus .

## IESVITA.

Sed & hoc inde patet , quod Concionatores Lutherani ex malo isto semi-ne quinti Euangeli secundum Lutherum , velut impii architecti omnem puritatem & sanctitatem tanquam inutilem reijcunt & damnant : eiusq[ue] loco , fictam , nudam , præsumptuosam & sterilem fidem plantarunt , misericordiam plebi persuaserunt vi maiorum suorum fidem desererent , & quidvis sub Euangeli nomine ipsis obtrusum amplesterentur .

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.

1. **Evangeliū Luthe-**  
ri, est Christi Euangeliū.  
*Hanc insigneū blasphemiam in Christi Euangeliū, cum impuden-*  
*tissimo manifestissimoq; mendacio coniunctam, nequissimi isti Iesuitæ im-*  
*pune non ferent. Non enim Lutheri, sed Iesu Christi Euangeliū annun-*  
*ciamus: quod etiam Lutherus auditoribus suis prædicauit, & vnicè com-*  
*mendauit.*

2. **Lutherani purita-**  
tem contra impu-  
ram Romanenium  
vitam, commen-  
dant.  
*Deinde, puritatem & sanctitatem vita non damnamus: sed eam po-*  
*tius, turpi & impura Spiritualium Papistorum vita grauissimè repre-*  
*bensa, commendamus & prædicamus, atque in ordine Sacerdotali (à quo*  
*iāndiu in Papatu exulauit) instauramus. Contra, vehementer mira-*  
*mur, Iesuitas ex parte sua, de puritate tantoper gloriari: cùm omnia col-*  
*legia Canonicorum & Monasteria, nefanda libidine repleta, & inter sa-*  
*cristiculos hi optimi sint, qui vna concubina contenti, spuriōs ex ea pro-*  
*creant.*

3. **Coniūcium in con-**  
**tionatores Euange-**  
**lij.**  
*Tertiō, non docemus nudam, presumptuosam, & sterilem fidem: sed*  
*talem qua innocentiā & obedientiā Christi vestita est, & in humilitate*  
*atque patientia centuplum fructum affert. Quam fidem in densissimis te-*  
*nebris Papatus electi habuerunt, qui non curuauerunt sese meretrici Ro-*  
*mane.*

## I E S V I T A.

*Quomodo se purgare possunt de nunc grassantibus Sectis, easq; Catho-*  
*licis imputare, cùm ille nec ante Lutherum fuerint, nec etiam nunc illis in*  
*locis reperiantur, ad qua doctrina Lutheranā non peruenit, ubi etiam serui*  
*illi verborum nec audiuntur nec tolerantur, vt in Italia, Hispania, alijsq;*  
*Catholicis regionibus,*

## R E S P O N S I O.

**Doctrina Lutheri**  
non est causa hære-

1. Ioan. 2.

*Non solum mortuis, verū etiam viuis adhuc Apostolis, ex discipulis*  
*ipſorum falso Doctores exorti sunt, qui nec cum Iudaïs nec cum Gentibus*  
*per omnia senserunt, sed Christiani haberí voluerunt: num propterea Apo-*  
*stoli sectis illam causam dediſſent? Et nobis egressi sunt, inquit Ioan-*  
*nnes, sed non erant ex nobis. Et licet Iesuitæ, Concionatores Euangeliū*  
*per coniūcium irrideant: (cuius quoque causa, mercedem derisorum à Deo*  
*accipient) ipſi tamen puri, ſyncreti, & incorrupti verbi Dei fideles Ministri*  
*permanent.*

## I E S V I T A.

*Dicite nobis: quis Carolstadius, quis Zwinglius, quis Oecolampadius, quis*

MUNCE-

Muncerus, ante Lutherum fuit? An non hi omnes ex Schola ipsius proie-  
runt? sicut quoque Maiorista, Flaciani, Antinomi, Adiaphorista, syn-  
gista, Osianista, Ubiquista, & in genere omnes Concordista, omne vene-  
num suum a Luthero hauserunt: quibus omnibus satis est Papatus detrahe-  
re, quicquid alioquin vel sentiant vel credant.

## RESPONSO.

Ad hoc respondemus: scetiam ingenuè confiteamur, quod illi omnes è Sectarum causa, do-  
nostris exierint: nunquid per hoc Confessioni Augustana detractum, aut  
probatum sit quod falsa & heretica sit? An non enim Paulus Presbyteris Ephefinis ait: Ex vobis ipsis exorientur viri, loquentes peruersa,  
vt abducant discipulos post se. Et Iohannes diserte fatetur: E nobis egressi sunt. Num propterea Euangelium Iohannis, & doctrina Pauli,  
verbum Christi & veritas non est? Eadem ratione Luthero quoque laus sua  
manet, quod sinceri & incorrupti Euangeli fidelis atque constans doctor  
fuerit, si maximè plures quoque, iam commemoratis, Secta & hereses inter  
discipulos ipsius exortae essent. Et quidem his Sectis Papatus etiam hoc modo Quomodo Papatus  
causam dedit, quod cum illius crassa & pudenda idolomania atque impo-  
stura per verbum Euangeli in lucem protraheretur, vt etiam Papistas eius  
puderet, nec homines amplius tam crassos & palpabiles errores sibi persua-  
deri paterentur: alia via rem aggressus est Satan, si forte per schismata re-  
uelatam Euangeli doctrinam suspectam reddere, & ab ea homines absti-  
rere posset. Sectariorum igitur errores, publicis Scriptis sparsi, quia apud  
synceras Ecclesias locum non inueniunt: ubique in Papatu claram sub specie  
& nomine Euangeli ab imperitis recipiuntur, sicq; sensim propagantur.  
Et, si apud Papistas sincera doctrina publicè proponeretur: hac falsa dog-  
mata, aquæ apud ipsos, quam apud nos, locum non haberent, sed per con-  
tiones publicas multi ab illis præseruarentur, aut etiam ex illis liberaren-  
tur.

Nec Lutherus opera Sectariorum, ad euertendum Papatum ullaratio-  
ne indiguit: quandoquidem hunc solo Dei verbo expugnabit. In quo opere,  
Sectarj, tam ipsi auxilio non fuerunt, vt eum quoque plurimum impedi-  
uerint. Ideoq; contra ipsos non minus, quam contra Papistas (sicut Paulo  
contra Pseudoapostolos) pugnandum illi fuit. Adhuc igitur verum esse li-  
quet, quod in libro Concordia scriptum est: Damnatas Sectas, Ana-  
baptistarum, videlicet Svenckfeldianorum, nouorum Aria-  
norum, & Antitrinitariorum (de his enim solis hic sermo est)

Lutherus sine ope-  
ra sectariorum, Pa-  
patum verbo Dei  
expugnat.

maximè ijs in locis, & tum temporis potissimum irrepisse, (vt est ingenium fanaticorum spirituum,) vbi syncero Christi Euangeliο eiusq; Ministris locus non erat. Quod cum Iesuita negare audeant: impudentis mendacij ab ipsa experientia conuincuntur.

## IESVITÆ.

Hinc etiam nunc, clandestinas conspirationes alunt: Et quicquid hic Concordista falso ficte protestentur, Sectarij certè consilio & opere praestò sunt, quò homines a fide Catholica ad suam confusionem pertrahant, Sataneq; colluuiem adaugeant.

## RESPONSIΟ.

*Scimus, & docemus, idolatriam falsamq; doctrinam (vt & Diabolum, illius authorem) nulla vi externa, sed solo Dei verbo expugnari, Satanam turbam diminui, Christiq; regnum amplificari. Postquam verò ignorantum non est, quam sanguinaria consilia Papa cum suis tractet, quodq; non solum utrinq; damnatas sectas, sed etiam confessores sincera Confessionis Augusti gladio & igni tollere; nec non Concilij Tridentini execrandam doctrinam, turpisimam idolatriam, & Satanicam imposturam rursum stabilire cupiat: Magistratus nostro committimus, virum & qualia consilia (de ijs enim nihil nobis constat) Actis Imperij & paci Religionis minimè contraria, ad defensionem subditorum, contrariorum iniustam, inter se communicent. De his ipsis cunctis, si opus esse iudicauerint, rationem reddere poterunt. Et quidem nostris animis non est, quenquam molestare aut offendere, modò ipsis cum subditis pace & tranquillitate, à nemine infestati, frui queant. Magistratus vero Papistico hanc curam relinquunt, quoineodo actionum suarum cum subditis Deo rationem reddituri sint.*

## IESVITÆ.

Centesimum, at non postremum mendacium  
Concordistarum.

Concord lat. 6to.  
Theologi Confessio-  
nisi Augusti om-  
nes heresies dam-  
nant.

*In solida repetitione articulorum controversorum, titulo: De Antithesi, seu reiectione falsæ doctrinæ, inquit Concordista; Primo reiçimus atque damnamus omnes hereses & errores, qui in primitua (recte creditum) Ecclesia, ex solidis verbis Dei fundamentis, reiecti sunt & damni.*

*Quod non serio hoc dicant, sed simulent dūtaxat se veteres heresies  
damnare:*

damnare: appareat primum, ex vocabulo, quibus hoc loco venuntur: Primitiuæ, vetus, rectè credentium, Ecclesia. Item, ex solidis verbis Dei fundamentis. Hac singulatæ comparata sunt, ut quæcunque heresis ipsis obviatur, ex verbis illis prætextum inueniant, quo heres in se errorem pallient, nec legitimè damnatum esse probent.

## RESPONSI O.

Hac vocabula meditatæ, nec sine gravi causa posita sunt. In Papam enim sub nomine Ecclesia Catholica, multi articuli doctrina Christiana tanquam heretici damnati sunt, quos vera Ecclesia nunquam reiecerit. Ideoq; Ecclesia Catholica notâ conueniente descripta est, quod ea sit, qua non ex traditionibus humanis, sed ex solidis verbis Dei fundamentis falsas doctrinas reprobavit. Quod in Ecclesia primitiuæ post tempora Apostolorum factum est: ubi in Concilijs, Episcopi, religionis controversias, non nisi ex verbo Dei dijudicarunt, & cum eo pugnantes doctrinas reprobarunt & damnarunt.

## IESVITAE.

Primum enim dicent, Ecclesiam qua errores objectos damnauit, non fuisse primitiuam & veterem, aut non rectè credentium Ecclesiam, aut non ex solidis verbis Dei fundamentis controversum articulum damnasse, aut (quod hodie clamare solent,) heresis accusatos non fuisse satis auditos, aut sacrificulos Papisticos & iudicis & litigantium partes sustinuisse.

## RESPONSI O.

Si verbo Dei demonstrari possit, doctrinam in Concilio damnatam fundamento Scriptura niti: non quarimus utrum Concilium vetus an recens, eiusq; indices amici vel inimici, sinceri an partium studiosi fuerint. Verbum enim Dei unica regula & norma cœlesti veritatis est, secundum quam omnes controversia dijudicari, errores damnari, & sincera doctrina probari & agnoscere debet. Ad Gal. 1. scribit Paulus: Si etiam Angelus e cœlo prædicauerit vobis Euangelium, præter id quod prædicauimus vobis, anathema sit.

Quid in reprobatione heres in speccari debeat.

## IESVITAE.

Nisi in verbis istis latibulum quererent, & fraudem occultarent, satis fuisset dicere: se omnes hereses damnare, qua ab Ecclesia Catholica prius damnata sint. Siquidem in una ista voce, Catholica, contineatur quod primitiuum, vetus, & Orthodoxum est, una cum solido fundamento & intellectu Scripturæ S. ita ut alias conditiones addere opus non fuisset.

## RESPON-

## RESPONSIO.

Papista sub voce  
CATHOLICA  
errores suos occul-  
tant.

- 1. Ioan. 4.
- Matth. 24.
- 2. Theff. 2.
- 1. Tim. 4.
- 3. Petr. 3.

Abusus vocis, CA-  
THOLICA.

Vera illius signifi-  
catio.

Ecclesia Papistica,  
cur non sit Catho-  
lica.

Quod ad Ecclesiam Catholicam (sensu, quo accipitur à Papistis) non  
provocatum: duas ob causas factum est. Primum, quod Christus & Apo-  
stoli præmonuerunt atque prædixerunt, vltimis temporibus in Ecclesia Dei  
non solum errores & heres exorituras, verum etiam Antichristum in Ec-  
clesia sessurum, regnaturum, adeoq; elatūrum se supra omnem qui Deus  
aut numen dicitur: ex permissione quoque Dei magnis signis & prodigijs  
falsum cultum stabiliturum esse,

Deinde usurpatur hac vox, Catholicæ, à Papistis falso sensu: quasi hoc  
solum Catholicum sit, quod semper & ubique in toto Christiano orbe cre-  
ditum & obseruatum fuerit: cum tamen hac vox nihil aliud significet,  
quam Ecclesiam non amplius tam angusti terminis conclusam esse, sicut  
ante ascensum Christi fuit: nec certo loco aut tempore alligatam, sed in to-  
to terrarum orbe dispersam, nunc huc, nunc illuc, post longum aut breve  
tempus migrare, & apud illos duntaxat inueniri, qui verbum Dei firmiter  
reverentes ab eo nullatenus discedunt. Postquam igitur Pontificij speciosum  
titulum atque nomen Catholicorum retinentes à verbo Dei recesser-  
runt: Concilij ipsorum nequaquam hoc dare possumus, quicquid condem-  
narint, ut communionem Laicorum sub utraq; specie, Coniugium Sacerdo-  
tum, in quadraginta carnibus vesci, & in genere fidem Christianam, (si-  
cuit factum est in Constantiensi, Tridentino, & alijs quam plurimi Concilij  
Papisticis;) quod Ecclesia Catholicæ decreto istud factum sit.

## IESVITÆ.

Hæretici exhorrescant vocem Catholicæ, sicut Diabolus crucem.

## RESPONSIO.

Nequaquam refugimus hanc vocem: quandoquidem hæc ipsa eiusq; ge-  
nuino, imo etiam leſuitico sensu, (quod significet ubique & semper) in-  
numerabiliter hæresim Ecclesiam Romanam conuincere possumus: sicut  
suprà eius rei indicium aliquod dedimus. Et quidem uniuersus Papistum  
cultus, nec ubique, nec semper obseruatust fuit, nec etiam nunc obseruat.

## IESVITÆ.

Secundò, inde etiam liquet, quod istud de damnatione hæresi simulare  
scriferint: cum ab erroribus, etiam fundamento Scriptura conuicti, non  
discedant.

## RESPONSIO.

Hoc putidum & impudens mendacium esse, vox Papistarum declarat,

qua

qua iam olim protestati sunt, nolle se cum nostris in illum Colloquium descendere, si soli Scripturae partes iudicis demandentur. Quomodo ergo testas non pudet nugari, se solidis verbi Dei fundamentis errorum nos conuicisse.

Colloquium Vot.  
mat. anno, &c.  
1557.

## I E S V I T A.

Tertio, non paucos hereticos, ab Ecclesia Catholica damnatos, excusant, ut, Hussum, Hieronymum Pragensem, Vuicclesum, Berengarium, Arium, Aerium, Nestorium, Eutychetem, Vigilantium, aliosq; plures.

## R E S P O N S I O.

In Concilio Constantiensi, Husso & Hieronymo Pragensi vim & iniuriam factam, adeoq; sub nomine hæreses ipsam Christi institutionem damnatam esse, cunctu notum est. De doctrina vero Vuicclesi, quid Lutherus senserit, scriptores eius docent: & ostendunt, quod ne minimum quidem errorem in ipso probavit, sed falsa aperte reprehenderit.

Husso & Hieronymo Pragensi iniuria facta.  
Lutherus nullum errorem Vuicclesi probauit.

Berengarium, Arium, Nestorium, Eutychetem, à nostris excusatos, aut ullam falsam doctrinam Vigilantium approbatam esse, putidum atque notorium mendacium est.

## I E S V I T A.

Quarto & postremo, non leue argumentum & indicium est, Concordistas damnando veteres hæreses, lusisse dunt axat nec serio rem egisse, quod errores illarum non solam renouent, verum etiam armis defendant.

## R E S P O N S I O.

Cum huic assertio*nis impudentissimam vanitatem prius quoque dis-*  
*solvuerimus: eius refutatione nunc supersedebeimus. Sicut autem doctrina sincera, verbo Dei, non armis, conseruari debet: ita nusquam interdictum est, ne pius Magistratus suos subditos contra vim iniustam armis defendat.*

Vim iniustam pro-  
pulsare, non prohibi-  
bitum Magistratu*m.*

## I E S V I T A.

Vt autem Lector Christianus videre, & quasi manibus palpare posse, plerosq; adeoq; præcipuos articulos doctrina Concordistarum ab antiquis hereticis deriuari: aliquot damnatas & ab ipsis renouatas hæreses hoc transcribemus.

## R E S P O N S I O.

Hic recensent Iesuita, sub titulo: Quarundam veterum damnatarum hæresium consignatio, quas falsò dicti Concordistæ renouantes pro Euangelio venditant: quosdam hereticos, eorumq;

Tt falsa

- Catalogus veterum & recentium alii.  
1. quot hæresium.
1. falsa & improbata dogmata de diuersis articulis doctrina Christianæ: ut de fide, Simonem Magum: de Christo, Arium, Nestorium, Eutychetem: de Ecclesia, Donatum, Ioannem de Vesalia: de Præpositis & Capite Ecclesia,
  2. Nouatianos, omnes Gracos, & Arrianos, Aerium, Donatistas, Vualdenses: de Maria & Sandis, Helnidium, Nestorium, Eustachium, Vigilantium, Eunomium, Vualdenses, Vuicklefum: de Concilijs, Aerium, Nestorium, Eutycheten, Hufsum: de Scriptura & Euangelio, Carpocratem,
  3. Cerdonem, Seuerum Manicheum, Marcionem, Cerinthum, Ebionem,
  4. Tatianos, &c. de Sacramentis, Armenios, Catharos: de Baptismo, Psal-
  5. lianos, Euchetas, Manicheos, Vualdenses: de confirmatione, Vualdenses:
  6. de penitentia, Nouatianos, Catharos: de Eucharistia, Nestorium, Beren-
  7. garium, Almaricum, Vuicklefum, Petrobrussianos: de Sacramento ordi-
  8. nis, Aerium, Gracos: de Matrimonio, Armenios, Montanum: de vñctione
  9. extrema, Gracos & Vualdenses: de Missa, Vuicklefum, Aerium: de bonis
  10. operibus, Eunomium, Vualdenses, Vuicklefatas, Iouinianum, Aerium,
  11. Gracos, Armenios, Manicheos, Gnosticos &c.

Hac consignatione Iesuitæ fucum facere Lectori conantur, ac si in commemoratis articulis Religionis Christianæ, hæreses ab Ecclesia Catholica damnatas prosteremur ac defenderemus. Ideoq; nos vñ à cum nostra doctrina ab Ecclesia Catholica tanquam hereticos damnatos esse, nec non Antichristo viam preparare, eiūq; prodromos esse, contendunt. Quia vero in refutatione multiplicum, crassissimum & impudentissimum mendaciorum Iesuiticorum, etiam ad singulas istas hæreses respondimus, ostendentes in singulis articulis quam impudenter de nobis nostriq; Ecclesijs mentiantur: existimamus, attentum Lectorum hic vltra responsum aut refutationem à nobis non requisiturum.

Papam Romanum,  
Antichristum esse.

Porrò, Romanum Pontificem cum clero suo, verum Antichristum & Merericem Babyloniam esse: non est vt Iesuite à nobis primùm discant, cùm idem longissimo ante Lutherum tempore, non solum à p̄qs Imperatoribus Romanis, sed etiam ab Archiepiscopis, Treuirensi, Colonensi & Salisburgensi, in publicis conuentibus Imperij promulgatum & publicatum sit. De quo Iesuitæ Auentinum prolixè referentem consulere possunt. Verum quid vltra conuidentur, audiamus.

#### TESTITAE.

Quia ergo audacia, mēdaces Concordia hominib. persuadere conantur, se omnes hæreses & errores damnare, quanto studio sequuntur & renouant?

RESPON-

## RESPONSI.

*Non est nobis dubium, quin Lector Christianus ex hac vera & solida re-  
sponsione abunde cognoverit, Iesuitas omnium mortalium impudentissi-  
mos & mendacissimos esse, ut quos in Scriptis suis non puduerit, Electores,  
Principes, ceterosq; ordines, nec non Theologos Confessionis Augustanae  
apertissimorum (qua vocant) mendaciorum accusare: qua tamen de ipsis  
nullis firmis rationibus probare potuerint, sed coram Deo & veritati  
amantibus se turpisimos dederint.*

Iesuita omnia  
impudentissimi  
Calumniatores.

## TESTIM.

*Si vero in vocabulis, vetus, & recte credentium Ecclesia, Sophi-  
ficari ipsis animus est: dicant, obsecro, quae nam illa prima, vetus, & recte  
credentium Ecclesia sit? Aut num à tempore ascensionis Christi, alia atque  
alia Ecclesia in mundo fuerit, quae pro recte credentium Ecclesia sit agnita,  
cui etiam recte credentes coniuncti fuerint, & cum eata quam sola Ca-  
tholica communicarint?*

## RESPONSI.

*Discretè respondemus: Non solum à tempore ascensionis Christi, sed et-  
iam ab exordio mundi, vnam duntaxat sanctam Catholicam Ecclesiam  
fuisse & esse: nempe, quæ verbo Dei, quod semper ab initio mundi predica-  
tum fuit, vera fide adhuc, atque Sacramentis, pro ut quovis tempore à  
Deo ordinata fuerunt, vfa est, siue illa magna, siue exigua multitudine ho-  
minum, in multis, paucis, aut omnibus terra locis fuerit. Hec Ecclesia,  
quovis loco & tempore, quicquid verbo Dei repugnare deprehendit &  
damnauit: hoc nomen heresos falseq; doctrina, quæ omni tempore vitari  
debet, omnino meretur.*

Vna duntaxat Ca-  
tholica Ecclesia ab  
exordio mundi.

Pro heresi quid ha-  
bendum.

*Omne vero id pro errore & heresi habendum esse, quod Papa in Ecclesia  
sedens & regnans, cum suis Cardinalibus, Episcopis, Monachis & sacri-  
culis hoc nomine reprobauit: quodq; illis inobsequentes, inter membra Ec-  
clesie Catholica censi non debeant: hoc pji & fideles tam sibi non persua-  
deri patientur, quam non pro blasphemis, seditionis impostoribus & here-  
ticis Christum & Apostolos habent, propterea quod summi Sacerdotes,  
Scribae, Pharisai, & Principes populi, ipsos hoc scelerū pretextu in suo syn-  
edrio damnarunt, atque occiderunt. Et quamuis isti Hebraorum proce-  
res, in vera Catholica Ecclesia (qua cum temporiū vnius Palestina terminis  
ita circumscripta fuit, ut extra eam, Ecclesia alia querenda non fuerit)*

Non quicquid Papa  
damnar, heresis  
censi debet.  
Papa cum suis tam  
non est Ecclesia Ca-  
tholica, quām sum-  
mi Sacerdotes &  
Scribae tempore  
Christi.

sederunt, eiusq; externa, visibilia, nō autem vera viuq; membr;a fuerunt:  
Omnes tamen recte credentes ab illis secessionem fecerunt, nec propterea  
veterem Ecclesiam deferentes, peculiarem & hereticam constituerunt.

## I E S V I T A.

*Quia Lutherani, aliam Ecclesiam, præter Catholicam Romanam, quæ  
Papam pro Capite agnoscit, monstrare nequeunt: sequitur, ipsos hoc cri-  
men mendaciū nunquam diluere, & à se amouere posse.*

## R E S P O N S I O.

In hac Responsoñe Ecclesiastis lam sèpe monstrauimus: quod nimurum  
in toto mundo dispersa, sub uno Capite Christo militet, eius verbum & Sa-  
cramenta fide simplici amplectatur: in qua Pontifex Romanus velut Anti-  
christus nunc aliquot seculis sedens, extulit se supra omne quod Deus &  
numen dicitur, ostentans seipsum quod sit Deus: sicut prius verbis Pauli &  
Danielis offendimus. Hunc Papam Patriarcha Constantinopolitanus quot-  
annis solenniter excommunicat. Nec solum Ruteni & Graci, sed etiam  
Orientales Ecclesie, Laici virramq; speciem Sacramenti Cœna, secundum  
Christi ordinationem, administrant, arque Sacerdotibus Coniugium per-  
mittunt. Quorum utrumq; Papa, (sicut & aliaplura, in quibus Graca à  
Romana Ecclesia dissentit) sub nomine hæresos damnauit.

## I E S V I T A.

Ne autem prorsus inurbanî videamus: inter centum mendacia, vel  
vnam veritatem Concordistis comedere oportebit, (quam tamē Snideli-  
nus & Concordistæ prius semper negarunt, seq; hoc nomine falso à Papistis  
traduci etiam arunt) vbi sententur, quod certamina inter Confessio-  
nis August. Theologos mota, (nimurum de peccato originis, de libero  
arbitrio, de iusticia fidei, de bonis operibus, de lege & Euangeliō, de usu le-  
gis, de Cœna Domini, de persona Christi, de descensu Christi ad inferos, de  
ceremonijs Ecclesiasticis, de æterna Dei predestinatione, alijsq; articulis,  
quorū in libro Concordie mentionem non faciunt) nō sint ἀγοραῖαι,  
aut de verbis itaues & non necessariae disceptationes, quales  
oriri soleant, cùm altera pars alterius sententiam non satis as-  
secuta est: sed esse res grauissimas, & prorsus tales, vt illius  
partis quæ à vero aberrat, sententia in Ecclesia Dei ferenda  
non sit, nedum excusanda aut propugnanda. *Hoc si in Colloquio  
Wormatiensi ante annos viginti confisi essent: fortassis Concordia cōmo-  
dius & firmius consuli potuissent.*

R E S P O N-

Orientalis Ecclesia  
praefat Romana.

Concord. lat. 603.

## RESPONSI.

Certamina & dissidia in nostris Ecclesiis fuisse, nemo nostrum vir quam negavit. Quacirca Jesuite hic suo more nugantur, quod Doctor Iacobus Andr. aut ceteri Theologi libro Concordia subscripti, hoc vñquam inficiati sint. Deinde verò in Colloquio Vvormatiensi, anno, &c. 1557. non propter discordiam inter nostrae partis Theologos exortam, (vbi de condemnatione speciali quorundam Doctorum agebatur, cum quidam, presertim Philippus Melanthon, eorum accusabantur, que ipsi fateri nolabant) discessum est: sed principalis causa interrupti Colloqui fuit, quod Pontifices partis Collocutores aperte faterentur, si Confessionis August. Theologi in suo proposito perseuerarent, quod Scriptura in articulo contraversis, unus & solus iudex esse debeat: nec posse, nec velle se vltra colloqui. Scripturam enim non esse vocem iudicis, sed materiam litis, literam mutam, incertam, obscuram, &c. Quod postea anno, &c. 59. in sacri Romani Imperij Consilio coram cunctis Ordinibus recitatum fuit, sicut Acta illius testantur.

Præterea, Confessionis August. Theologi tum temporis Vvormatiae non conuenerant, vt hanc vel illam controvèrsiam inter ipsos motam comparent: sed potius vt Confessionem August. contra accusationem Papistarum verbo Dei defendarent, quodq; fundamento Scriptura immoto nitatur, ostenderent. Quamobrem Rex Ferdinandus, felicissime memorie, Collocutores & Assessores Papistico shortatus est, vi nullo respectu certaminum inter Theologos Confessionis August. motorum, in capitulo Colloquio pergerent. At illi mandato Regi inobedientes, cum dedecore & confusione abierrunt: conscientia, videlicet propria convicti, quod suam Religionem & cultum Papisticum verbo Dei tueri nequaquam possint. Quæ de causa nec nostri diutius illi commorari, sed ad suos, re infecta, redire coacti fuerunt. Atque in hoc cardine negocium Religionis adhuc hodie inter partes litigantes versatur. Nee facile permittent Pontificij, vt angustiæ verbi Dei terminus circumscribantur, cum non ignorant se victos, si in hanc conditionem consentiant. Ideoq; Scripturam sacram iudicem ferre nolunt.

Cur Colloquium  
Vvormatiense an-  
no, &c. 57. inter-  
ruptum.

M. qd. d. regis  
anno 1557. ab  
-1558. ad 1559.  
-1560. ad 1561.  
-1562. ad 1563.  
-1564. ad 1565.

Theologi Papistici,  
contra mandatum  
Regis Ferdinandi,  
Colloquium Vvormatiense dissolue-  
runt.

## IESVITÆ.

Cum ante Lutherani, quadraginta pluresq; annos Confessionem August. amississent: tandem inter medios Papistas eam repererunt. Cumq; prius duo diversa & plane discordantia corpora doctrina habuissent: iam

I t 3 exten-

exterminatione librorum Philippi, unum ex illis, Concordie videlicet librum, confecerunt: hominibus persuadere conantes, omnem controveriam inter ipsos motam, iam penitus sublatam esse. Quis autem præter ipsos hoc faciet, & concedit?

## RESPONSIO.

Iesuitas spiritus mendacij ita corripuit, totosq; occupauit, ut verum dicere, prope impossibile ipso sit. Nunc enim aliquoties dictum & ostensum est, Confessionem Augustanam non idcirco ab Archiepiscopo Moguntino Imperio Rom. Cancellario petitam esse, quod Electores, Principes, ceteriq; Ordines, eâ in suis Archibus caretent: (possunt namq; Exemplaria, quia in Comitijs Augustanis anno, &c. 30. descripta sunt, in Archibus illorum monstrari) sed eam ob causam requisitam, ut contravaniissimos clamores Papistarum, sua exemplaria cum illo conferrent, & confessione suorum cum exemplarii Imperii, mendacia aduersariorum firmius depellere possent.

Præterea, Iesuita in hoc quoque vim veritati faciunt, quod liber Concordia, exterminatione scriptorum Philippi, confessus sit. Confessio namq; Augusti, eiusq; Apologia, à Philippo scripta, nō minus quam articuli Smalcaldici authore Luthero, eiusq; Catechismi, in eo continentur. Atque hac iniulata & integra, sicut ante orta certamina per typum publicata fuerunt, libro Concordia inserta sunt, ut prorsus nihil noui hec Concordia habeat. Quomodo ergo non mentiuntur Iesuitæ, con rariis efficientes?

## IESVITÆ.

Quod si omnes hoc dicerent, fortassis ipsis fides habenda foret. Cum autem non solum condemnati Theologi hunc librum ut erroneum damnent, sed multi quoque Lutheranorum & Concordistarum, (quod vel errore quodam, vel coacti subscriptissent) illum impugnent: non video, quid de Concordia constituta gloriari possint.

## RESPONSIO.

Hic liber, campotissimum ob causam conscriptus est, ut toti mundo turpiissima mendacia Papistarum aperiret, quibus Ecclesiæ Confessionis Augusti, earumq; doctores in scriptis suis, absque pudore, sepe multumq; traxerunt: quod ne duo quidem Concionatores Euangelici de singulis articulis Confessionis Augusti, consentiant. Cuicunque mendacij, post publicationem libri Concordia, meritò pudere vos debebat. Deinde, pudenda vanitate mentiuntur, quodam ad subscriptionem coactos fuisse: de quo supra in con-

*Cum Exemplar Confessionis Augusti, ex Archibuo Imperij pertinet.*

*Scripta Philippi Melanchthi in libro Concordia non exterminata.*

*Causa libri Concordia.*

*Nemo subscribere coactus.*

in confutatione vanitatum egimus. Si vero quis levitate impulsus, manus subscripsit, quod corde non probauit: huius culpam aperti & sinceri Theologo prestare non debent. Sicut quoque Apostolia paucorum vel plurimorum ceterorum constantia & sinceritati nec quicquam derogare debet.

## I E S V I T A .

Adhuc, apud nullum auctorem fide dignum legitur, quod in tra*1500*  
annos in Ecclesia Catholica usu receptum fuerit, controversias religionis isto modo decidere, symbola fidei condere, & inter priuatos patentes, aut in Consilii Principi per tres, quatuor, sex, aut etiam decem, maiori ex parte Laicos, Canones & anathematismos, quib. alijs subiecti non sunt, confidere.

## R E S P O N S I O .

Superius prolixè docuimus, librum Concordia in tot centenis hominum doctissimorum manibus versatum, & tam exquisita diligentia accuratoq*judicio ab iisdem examinatum & ponderatum esse, antequam ab alijs subscriberetur & typis vulgaretur, ut vix alius liber a tempore Apostolorum tanto studio elaboratus sit. Quamobrem non sine diabolica calunnia nungantur iuste, quod a paucis fabricatus, illorumq*j* ingenio accommodatus, ceteris etiam iniuiti obtrusus sit.*

Porro, ad huius compositionem, nequam requirebatur, ut unus in alios tanquam subditos potestarem & iurisdictionem haberet: sed in hoc momentum omnes sum est, ut vera nec verbo Dei aduersa sint, que in isto libro continentur.

## I E S V I T A .

Sequitur ergo, totum istud negocium Concordie, in anem irritumq*j* labore esse, concordia adeo non seruientem, ut etiam maiori & perpetua discordia inter Sectarios ancam causamq*j* prebeat: religionem incertioriem reddat: subscriptentium Dominus viam ad Ecclesiam Catholicam redeundi (singulari iudicio Dei) intercludat: certiudinem fidei eliminet: cum ipse Lutherus initio statim, suam doctrinam non autoritatem diuinam & Ecclesiam Catholicam, sed suamphantasiā & opinionem posuerit: Omnia ad tempus accommodarit: & discipuli eius post ipsum discordes doctrinas disseminarint. Unde consequens est, Capitare religionis Lutherana nec sacerda nec certa esse. Deinde, ex illorum doctrina, conscientiam perturbatam consolationem firmam petere non posse. Quamobrem omnes p*y* & Catholici, Concordias ut mendaces, contentiosos, inconstan-

Liber Concordie  
ante publicationem  
a plurimis examina-  
tus.

constantes, falsos doctores & impostores, adeoq; Antichristi Predromos, secundum fidem præmonitionem Christi, omni studio vitare & declinare debent.

## RESPONSO.

Vsus libri Concre-  
dix.

Liber Concordia inter alios hunc quoque usum habet, quod fidei & Confessionis pieniorum Electorum, Principum, & Ordinum perpetuum testimonium est: causam reddens, cur a Meretrice Babylonica & Antichristo Romano, ceterisq; dannatis Sectis secessionem fecerint. Et si præterhanc, aliud eius usus non esset: omnes tamen pios fateri oportet, operam & impensas in illo negocio conficiendo non perditas, sed optimè collocatas, ipsumq; opus laude dignissimum esse.

Deinde si liber iste scriptus & publicatus non esset: Papistarum & aliorum Sectariorum clamoribus, imperitum vulgus ita implicatum & obturatum fuisse, ut scire nequisset, cui nam parti in articulis controuersis subscribere deberet, aut quæ Ecclesia alteri consentiret.

Symbolum veræ Ec-  
clesiæ & syncera do-  
ctrina.

Nunq; autem per doctrinam huius libri, tanquam per Symbolum quoddam, veritatis Confessores à Sectariis diagnosci, falsaq; doctrina omni ex parte constanter se opponere possunt, ut qui doctrina & fidei sua ex verbo Dei certissimi sunt.

Liber Concordia  
Papatum reuocat.

Quandiu etiam Magistratus hoc Symbolum retinuerit: fædissime seruituti Bestie Romana & Meretricis Babylonicae, (quam hi turpisimi lesu& Ecclesiam Catholicam nominare audent) nunquam amplius se submittebant.

Lutherus doctri-  
næ suæ solo Dei  
verbo fundauit.

Adhac Lutherus doctrinam istam, neque in principio, nec medio, nec fine Ministerij sui, nec suo nec alterius hominis cerebro (sive Papa, Cardinali, Episcopus, sive Concilia & Patres appellantur) sed solo Dei verbo fundauit, eoque omnes merces & nundinationes Papa euertit, pugnq; doctrinam Euangeli agnoscentibus ita contemptas & exosas reddidit, ut ab ipsis amplius prouersus amplius fiant.

Non ad tempus eam  
accommodauit.

Lutherum quoque doctrinam suam non ad tempus & occasionem hominum, sed ad immotam & immutabilem veritatem accommodasse, supra satis luculenter ostensum & probatum est.

Quomodo Luthe-  
rus in hoc certamen  
Religionis perti-  
kus sit.

Quod autem initio, omisis catenis erroribus, non nisi execrandam do-  
ctrinam de indulgentijs abortus est, atque inexplibilem auariciam Papa &  
abusum claustrum vituperavit: fatetur Lutherus ipse, tum sibi in mentem  
non venisse, Papæ primatum, eiusq; idololairicum cultum oppugnandi:  
donec

donec Papa se ipse opposuerit, & per auariciam indulgentias & abusum clavium propagnare & tueri conatus sit.

In ea enim opinione Lutherus à principio fuit, se ista oppugnatione indulgentiarum, Papæ rem longè gratissimam facere, nec minus illius quam Christi honorem, contra istum vanissimum & leuisimum indulgentiarum Nundinatorem Tezelium afferere. At Deus Lutherum, preter ipsius cogitationem, in hoc certamen pertraxit: ut quo magis verbum Dei scrutaretur, et magis deprehenderet, totum cultum Papisticum sentinam esse omnis idolatriæ, & plenam abnegationem virtutis passioñis & moris Christi. Sicut Lutherus in omnibus Capitibus doctrina Christianæ, expresso Dei verbo euidenter demonstrauit, nec in omnibus illis vel minimum dubium habuit. Ideoq; etiam totum Christianum orbem à Papa tanquam Anti-christo diligenter premonuit, atque in ista fide, agnitione, Confessione, & ardente zelo, ad extreum usque Spiritum constanter perseverans, in Dominio pie placideq; obdormiuit.

Præterea, si Pauli doctrina nihil detractum fuit, nec ipse doctrina falsæ causam dedisse dici potuit, quod ex discipulis ipsius falsi Doctores exorti sunt, qui populum seduxerunt, sicut Presbyteris Ephesini inquit: Ego noui hoc, quod ingressuri sint post discessum meum lupi graves in vos, non parcentes gregi. Et EX VOBIS IPSIS exorientur viri loquentes peruerla, vt abducant discipulos post se: Quomodo ergo consimilis apostasia & peruersio quorundam, puritati & certitudini doctrina Lutheri quicquam derogare poterit?

Vtrum verò misera conscientia, ex Papæ vel Lutheri doctrina certiorem atque efficaciorem consolationem haurire posset: omnibus p̄ijs, præsertim afflictis & tentatis diiudicandum permittimus: idq; res ipsa & experientia declarat. Papa enim remittit homines ad propria, & sanctorum merita, ad indulgentias auro redimendas, ad peregrinationes, Rosaria, purgatorium. Lutherus autem unicum & solum perfectissimum Christi meritum proponit.

Postquam igitur Concordista (qui grato animo Lutheri discipulos se profitentur) auditores suos à traditionibus & commentis hominum, ad solum, perspicuum, & manifestum Dei verbum, ad unicum Christi meritum, & legitimum Sacramentorum usum, secundum institutionem Christi, ad veram penitentiam & inuocationem Dei, gratiarum actionem, & opera a Deo mandata deducunt & hortantur: quis non videt, eos per hac ne quidem in minimam dubitationem adduci, sed de sua salute quam certissimos

Lutheri constantia  
in fide contra Papatum.

Omnibus seculis se-  
ðæ atque heres in  
Ecclesia.

Autor. 20.

Firmior consolatio  
conscientiarum in  
doctrina Lutheri,  
quam Papæ.

Concordista dubi-  
tationem salutis  
non docent, sed  
eam exterminant,

tissimos reddi? quod nimurum per ynius Christi meritum Deo Patri reconciliari, ipsorumq; opera, quæ ex fide secundum præcepta Dei faciunt, illi grata & accepta sint.

Iesuitæ & Papistici  
Doctores perpetuae  
dubitacionis ac de-  
operationis Mini-  
stræ.

Doctrina Luthera-  
norum super Pe-  
tram adiudicata.

Contra verò Iesuitæ, omnesq; Papistici Doctores, perpetuae dubitationis ministri sunt, dum suos docent: Ne firmiter credant certoque statuant, se propter unicum Christi meritum Deum propitium habere. Atque hac dubitatione ipsos in purgatorium detrudunt, vnde Missis, scilicet, liberandi sint. Quam verò consolatio ista fruola, manū, ac prorsus nulla sit, omnes p̄g iudicare, & tentati quam optimè pronunciare possunt.

Ceterum, vt rem summatum constringamus: doctrinā nostra adiudicata est super ynicam Petram & fundamentum firmissimum, Christum, eiusq; verbum vivificum: quod neminem confundit, qui illud vera fide amplectitur. Non ergo (sicut hic criminantur Iesuitæ) mendaces, contentiosi, inconstantes, impuri, falsi, Doctores & impostores sunt Concordia, sed velut Precones cœlestis veritatis, in ultimo die coram Principe Pastorum lati comparebunt.

At Papam Antichristum, & Iesuitas ipsius ministros, mendacissimos, leuisimos, impurissimos Doctores & impostores fallacissimos esse, hoc Pape ante annos ducentos obiectum, de Iesuitis vero in hac refutatione ad occultum demonstratum est. Quamobrem omnes pios & fideles, quibus anima sua salus cura est, admonitioni Christi parere, atque hos impostores tanquam presentissimam animalium pestem fugere & vitare decet.

Et hoc, ad centum illa mendacia, quæ Iesuitæ Electoribus, Principibus, ceterisq; ordinibus, nec non Doctoribus Confessionis Augusti falso imputarunt, eosq; hoc nomine, per summam iniuriam in orbe Christiano contumeliosa diffamarunt, responderelibuit.

### Epilogus huius Responsionis.

**H**ABES hic Lector Christiane, veram & solidam confutationem Scriptorum contumeliosorum, quæ Iesuita tam latine quam Germanice contra librum Concordie euulgavunt, in qua immoto veritatis fundamento ac rationibus firmissimis demonstratum est, in libro Concordie (qui sub nomine Illustrissimorum Electorum, Principum, ceterorumq; Confessionis Augusti. Ordinum, tanquam ynanimi consensu repetita Confessio fidei ipsorum editus est) nullas vanitates, nullos errores aut hereses, nulla

nulla mendacia, sed puram, incorruptam doctrinam Christi & Apostolorum secundum omnes & singulos articulos, contineri.

E contrario vero jesuitæ apertissima vanitatis, & aliquot centum mendaciorum evidentissimè coniuncti sunt, quibus in primis Illustrissimos Electores, Principes, & ordines Confessionis August. deinde quoque piam ipsorum Confessionem & Doctores grauare voluerunt, eosq; tam latinâ quam germanica lingua, extra & intra imperium Romanum, eorum accusarunt, que nunquam de illis probare poterunt.

Atque si omnino Electorum, Principum & Ordinum præfationem, repetitam confessionem, subscriptionem libri Concordiae, sicut quoque præfationem Confessionis August., reprehendere voluissent: maiori tamen modis uti potuissent ac debuissent, nec ipsos insimulare crassissimum, pinguium, prægnantium, beneq; suffulorum mendaciorum: quibus verbis ornamentis atque floribus, scilicet, per singulos paginas scriptorum suorum vtuntur.

Precipue vero ex hac response Christianus Lector deprehendere potuit, jesuitas piam nostram & repetitam Confessionem August. eiusdemq; Apologiam, articulos Smalcaldicos, Catechismos, Lutheri, & declaracionem articulorum controversorum, limis quidem oculis aspicere, atque etiam nonnihil allat are: at verbo Dei illa refutare nec posse, nec audere.

Verum, ne prouersus nihil ad ea respondere posse, suis videantur: in utroq; hoc Scripto sepius repetunt: Nos ultra quadraginta annos veram Confessionem August. non habuisse: sed eam modo à Papistis iniuliatam accepisse: cum prius multis viariis mutata esset: Lutherum & Philippum, horumq; discipulos, doctrinam & sententiam illius non constanter reruinuisse: ante & post illius exhibitionem diuersa & pugnantia docuisse: dissentire: imò Lutherum & Philippum à se ipsis dissidere: multos ad subscriptionem coactos esse: quosdam à doctrina illius rursum defecisse: Ecclesiam Romanam multo aliter sensisse: plurima Concilia diuersum ab illa decreuisse: Patres & Scholasticos Theologos aliud docuisse: nostram doctrinam, seditionem rusticorum, bellum Smalcaldicum, bellum Principum, motus in Gallia & Belgio concitatasse: ex doctrina Lutheri multas heresies ortas esse: Librum Concordie nil nisi insignes vanitates, grauissimas hereses, & mendacia innumerabilia, apertissima, & inter se pugnantia continere: editios & equites illi subscriptissime: eiusq; plures errores, & putida mendacia, quam paginas esse.

Iesuitæ aliquot centorum mendaciorum coniunctio

Iesuitæ contumeliosi in proceres Imperii.

Confessionem August. Iesuitæ verbo Dei euenterne queunt.

1. Quibus ratio-
2. nibus Iesuitæ
3. Confessionem
4. August. con-
5. fuent.
- 6.
- 7.
- 8.
- 9.
- 10.
- 11.
- 12.
- 13.
- 14.
- 15.
- 16.
- 17.

*Ha sunt insignes illæ probationes Jesuitarum, quibus suis persuadere conantur, Confessionem August. & doctrinam libri Concordie non plian aut Christianam esse. Cum autem Propositi demonstratio ex verbo Dei petitur: nihil firmum & solidum perseverre possunt. Et quidem suam propriam Iesuitarum doctrinæ & doctrinam, Sacrarum literarum testimonijs adeo defendere non possunt, ut etiam Doctores ipsos in plenisq. & precipuis articulis eius pudeat: atque impudetissime hungari ausint, multa Catholica Romana Ecclesia imputari, que nunquam ab illa proposita aut tradita fuerint. Veluti:*

*Iesuitarum doctrinæ & doctrinam, fidei Papistica prædictæ.*

*Capita doctrina Papistica, quæ hodie Iesuitæ negant.*

*Germ. pag. 63. - 64. 65.*

*Hanson. 65. 66. 101. 138.*

*66. 67. 146.*

*3. Quod perfectio Euangelica in externa desertione coniugij, liberorum, officiorum ciuilium, & temporalium honorum consistat.*

*72. 149.*

*4. Quod edocli fuerint homines, remissionem peccatorum operibus mereri.*

*75.*

*5. Quod in Papatu ius sint, fruolis & non necessariis operibus, vt rati, Sanctorum meritis, Monachorum ordinibus, peregrinationibus, statis ieiunijs, fraternalibus fidere.*

*93.*

*6. Quod Ecclesia nunquam puniuerait Sacerdotem propter Coniugium.*

*141. 142. 156.*

*7. Quod Ecclesia Catholica Coniugium & cibos prohibuerit.*

*101.*

*8. Quod Christus solum pro peccato Originali satisfecerit, cetera autem expiariri per sacrificium Missa, & opus penitentia sine satisfactione.*

*108. 109.*

*9. Quod vita monastica Baptismo equiparata, immo etiam prelata sit.*

*108.*

*10. Quod vita monastica remissionem peccatorum & iustificationem coram Deo mereatur.*

*108.*

*11. Quod opera Religiosorum, alijs salutem mereri possint.*

*132.*

*12. Quod opera etiam sine fide, bona sint.*

*125.*

*13. Quod opera aliquid mereantur, integratiam.*

*127.*

*14. Quod Pontifex Romanus, totius orbis terrarum Monarcha sit.*

*15. Quod Papa velut Caput Ecclesie, plenam & universam potestatem habeat in omnibus rebus & causis tam summis quam insimis, spirituilibus & temporibus.*

*16. Quod de Papa potestate (sine bene siue male eaytatur) nemini disputatione aut iudicare licet.*

*17. Quod Papa potestatem habeat, novos articulos fidei condendi, omnisq. generis cultus instituendi.*

*18. Quod*

18. Quod Papa potestatem habeat, Sacras literas pro arbitrio interpretandi.
19. Quod per opera bona, extra gratiam facta, mereamur gratiam & remissionem peccatorum.
20. Quod per contritionem, remissionem peccatorum consequamur.
21. Quod ad deletionem peccati, sola decessatio criminis sufficiat.
22. Quod satisfactio[n]es a Sacerdote impositae, deleant culpā & p[un]iam.
23. Quod docuerint, Deum placari, & remissionem peccatorum impetrari, per observationem traditionum & præceptorum humanorum.
24. Quod homo solis naturæ viribus sine Spiritu S. posse operas facere, quibus gratiam Dei consequatur, & Deum super omnia diligit.
25. Quod in Ecclesia Romana Coniugium vituperarent ut impurum vita genus.
26. Quod applicatione sacramenti in Misse sacrificio, anime a p[un]iis purgatorijs liberentur.
27. Quod Papa vtrunque gladium, hoc est, potestatem habeat, reges eligendi & deponendi, regnq[ue] mundi constitueri.
28. Quod Papa mutarit Sacra[m]enta.
29. Quod Papa statuta & leges suas, articulis Christianæ fidei & S. Scriptura equiparari velit.

134.

135.

147.

156.

162.

181.

192.

Hos, aliosq[ue] plures articulos, Jesuita in suis Scriptis non amplius agnoscere volunt, nec concedere, quod talia in Papatu sint tradita. Leuitas & inconstantia Jesuitarum.

Postquam verò de singulis hisce articulis, ex ipsorum Papistarum Scriptis demonstrauerimus, rem ita se habere: inq[ue] quod etiam hodie in Ecclesijs Papisticis illi ipsi articuli & alijs consimiles plurimi, rudi & imperita plebi pro veris venditentur: omnes p[ro]s, præsertim verò Principes Papisticos cogitare voluntus, non solum quanta impudentia, leuitas, & vanitas Jesuitarum sit, quod contra testimonium conscientiae proprie[ti]e ea negare non erubescant, quibus ipsa Ecclesia Romana praxis reclamat: verum etiam qualis ista fides Catholica sit, cuius ipsius Patronos p[ro]udeat, nec eam coram intelligentibus profiteri ausint, multo minus cum ad disputationem pertinuerit, defendere possint: nec tamen adhuc vereantur, non solum Concionatores Lutheranos, sed in primis illustrissimos Electores, Principes & Ordines Confessionis August. omni pudore projecto, leuissimorum securarum & sannionum more, procaciter infamare, criminar, & tanquam mendaces proclamare: quod absque dubio horū coniutorum Magistratus minime probabit.

Commonitio ad  
Principes Papisticos.
Jesuitarum Catholica fides claudicatur.

*Quia de causa quoque animus nobis non est, (consilium Spiritus sancti secuti) posthac eiusmodi apertis mendacijs Iesuitarum respondere, cum frons meretricia ipsis sit, nec ullius mendacijs licet crassissimi ipsos pudeat: adeoq; corum vel atropem dealbare velle merito videri possit, qui ipsos ad mentem meliorem reuocare instituant.*

*Quomodo Principes Papalici explorare possint, utrius partis doctrina verbo Dei fundata sit, & quamnam omnes tuto sequi possint: nostro iudicio hac unica, facilima & expeditissima ratio foret, ut in praesentia paucorum quorundam viri usq; religionis Principum fidei ipsorum Theologi, pacis & veritatis amantes, de articulis controversis placide, strictim & solidè, solo verbo Dei iudice, conferrent: tum paucis admodum diebus planum fieret, cuius nam partis Theologi doctrinam suam S. Scripture testimonijs probarent, nec ne.*

*Frustra enim Principes Pontificij prestolantur, donec sacrificuli seipso, aut Papa eos reformat, abrogentq; ea, qua plerisq; etiam Papistica religio ne addictis hactenus vehementer displicerunt: sed Principes ipsi, quibus anima sua salus cordi est, hanc curam reformationis suscipere debent. Pro ipsis enim nec Papa nec Sacerdos poenam inferni persoluet: sed Christo attestante: Si cæcus cæco dux fuerit, ambo (Princeps & Sacerdos) in foueam cadent.*

*Matth. 15.*

*Vtilitas ex amico  
Colloquio spe-  
anda.*

*Theologi Virtem-  
bergici liberum  
Colloquium Iesui-  
tis offrunt.  
S. Scriptura, unica  
Regula diuinæ ve-  
ritatis.*

*Si autem amico Colloquio instituto, non de ingenij gloria certaretur, sed solum veritas inquireretur, & quisq; Principum Biblia ad manum haberet, qua ipse legere, & explorare posset, utrum locum Scripture de controversis Capitibus à Theologis allegata sincere recitarentur: in quoq; articulo mox clare pateret, quid verbo Dei conforme esset vel non. Atque inde quisque nouisset, quid de singulis Capitibus sentire deberet. Et quo minus aduersarij conqueri possent, quasi e Lutheri Biblijs (qua nostra doctrina accommodata putant) nostra probare adeoq; nostris compendijis vti verlimus, et si sciamus sacra Biblia à nemine melius magisq; propriè & clarius Germanice conuersa esse: offerimus tamen nos, in tali amico Colloquio, Dietenbergij Biblijs acquiescere velle: que quidem ipsius nomine edita sunt, quicquid tamen bene, perspicue & propriè in ijs conuersum est, ex Lutheri translatione desumptum videmus.*

*Offerimus itaque uniuersis Iesuitis coram toto Christiano orbe, de omnibus Confessionis Augst. Capitibus aut privatum aut publicum Colloquium: quod illi duabus hisce aquissimis conditionibus subeant. Primum quidem, ut in tali Colloquio, unica norma veritatis sit verbum Dei, hoc est.*

est, Prophetarum & Apostolorum Scripta: ad quam vniuersi doctores tam veteres quam noui reuocentur, ita quidem ut parti, que suam doctrinam expresso & clarissimo Dei verbo probauerit, nec non aduersaria eodem confutauerit, altera pars meritò cedat. Quam conditionem D. Augustinus Arianius quoque detulit, scribens: Sed nunc nec ego Nicænum, nec tu debes Ariminensem, tanquam præiudicatus, proferre Cōcilium. Nec ego huius authoritate, nec tu illius detineris: Scripturarum authoritatibus, non quorumcunque proprijs, sed vtrisque communibus testibus, res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione concertet: vtrique tanti ponderis molibus cedamus. Idem obseruauit Christianissimus Imperator Constantinus Magnus, in magno illo Niceno Concilio, cùm congregatis Episcopis ac Patribus Biblia proposuisset, vt Arium hereticum, false sue de Christo doctrina ex illis conuincerent.

Deinde, non aduersamur, vt Dietenbergi tanquam Pontificij, & apud vos minime suspecti interpreti conuersio in medium ponatur, atque extra probationum firmamenta producantur. Has ergo conditiones si admiserint Iesuitæ, quemadmodum nullam probabilem causam habent, ob quam eas renuant: bene se res habet, & maximo fructu, sine dubio, non carebit. Nam si maximè Iesuitæ non conuertantur: Principes tamen pro sua singulari sapientia, utpote Christiani, (quorum anima, vt & subditorū, aeterna salus agitur) facile intelligent, vtra pars sua sincerè & solidè vel sophistice defenditer. Si vero eas recusauerint, publicè cunctis planum enadet, Iesuitas, mala sua cause diffidentes, fidei sue pudere, & verbum Dei, Christum, Apostolos, ac Prophetas iudices ferre non posse, & propterea Principes suos corundemq; subditos malâ conscientia, solo Pontificis metu atque minis, in errorib; de inere.

Veruntamen non dubitabimus, aduersæ religionis Principes de toto hoc negocio diligentius cogit aturos esse, & prosua subditorumq; suorum aeternas salutem eorum pretermissores, qua ad diuinam veritatem accurare indagandam, & salutem omnium consequendam pertinent: atque hoc negocium eo zelo acturos, vt in eo nec à Papa, nec Iesuitis, nec ab ullo alio mortalium impediri se patiantur. Quod illis clementer largiatur Omnipotens Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, virtute S. Spiritus: cui laus, honor, & gloria in omne aevum,  
Amen, Amen, Amen.

1837007

OCN 67956966

Category Theory 101

•sm• 2018-22  
April 06 2018

and t' māllois iqlus  
g. vob d. z. mālly  
māyba rōi q. d. g.  
q. on omia o mālly  
ua mālly. on mālly  
o iqlu mālly  
e mālly iqlu  
g. mālly

